MILANO. Biblioteca Ambrosiana. Ms. *Trotti, 556*, ff. 1*v*-157*r* : ***Exercitia spiritualia Beati Patris Ignatii de Loyola.*** Est exemplar, saeculo XVI vel initio XVII transcriptum, versionis Vulgatae. Adduntur, f. 158 : « Vitae Domini nostri I. C. misteria ad commoditatem meditationis in quattuor tempora distributa, variis Ecclesiae temporibus congruentia » ; f. 158*v* : « Admonitio. Usum meditandi maximum esse voluit in Societate nostra Beatus Pater Ignatius, quia optime intelligebat ex eo maxime pendere nostram vivendi rationem » ; f. 161 : « Apparatus ad meditationem misteriorum ex vita Xpri ».

GALLIA

CHANTILLY, (Oise), in Maison Saint-Louis : « Les Fontaines », ms. 8°, *318*. In hoc codice continetur textus *Martinensis* (= *M*). Volumen descriptum est a P. PINARD DE LA BOULLAYE, in *Un nouveau texte* ... RAM, 22 (1946) 253 ss. et a P. M. DE CERTEAUX, *La tradition favrienne aux Pays-Bas* ..., in RAM, 42 (1966) 203-206. Est vol. 200 × 150 mm., medio saeculo XVI scriptum, pp. 1-226 recens numeratae. Titulus modernus : *Miscellanea ascetica.* Est quidem codex miscellaneus, in quo quattuor sectiones distingui possunt (DE CERTEAU). Prima sectio (pp. 1-32). Pag. 1 : « Desen boeck behoort toe heer marten vanden perre — brinct hem weder om gods wille ». Inferius : « in hoc libro sunt plurima lectu digna ». Codicis possessor addidit : « fr. Martinus vanden Perre, prof. Silvae S. Martini » quibus postea addidit : « et procurator eiusdem ». Pp. 9-25 : latina versio epistolae S. Ignatii de obœdientia (Romae 26 Martii 1553) ; pp. 25-30 : « Bernardus in feria 3. de resurrectione dicit nos ... » [PL, 183, 288-292] ; pp. 31-32 albae.

Secunda sectio (pp. 33-129). Pp. 33-77 : *De industriis ad vitam spiritualem secundum triplicem conatum nostrum ad deum eundi, ad nostra exeundi, ad deum redeundi* » [Opus probabiliter Beato Fabro tribuendum, editum a DE CERTEAU, l. c. pp. 218-229] ; pp. 77-80 : « Ex horologio aeternae sapientiae, via ad perfectionem compendiaria », (extractum operis Susonis *Horologium sapientiae*, l. II, cap. 3) ; pp. 81-122 : « Iis qui sunt instructi in via dei spiritualibus exercitiis que sequuntur tradi possunt ad conservationem et augmentum ». Agitur de serie notarum quibus materia in hoc titulo indicata exponitur. Sequitur p. 123 : *Tabula brevis industriarum*, quae synopsi quadam complectitur ea quae in superiore tractatu *De industriis* (pp. 33-77) exposita sunt ; pp. 124-126 pura sunt.

Tertia sectio (pp. 129-144) alia manu scripta. Constat duobus fasciculis, quorum unumquodque quattuor habet pagellas. Contient textum *Exercitiorum* a Fabro dictatorum a. 1543 (editum infra, pp. 591-609). Filigrana chartae scriptum habet annum 1548, unde textus hic non multo post hunc annum exaratus est.

Quarta sectio (pp. 145-226) a tertio scriba exarata est. Sex constat quaternionibus, quos, ut videtur, alii duo, nunc amissi, praecedebant. Hoc explicat cur prior, qui nunc servatur, sine titulo incipiat in medias res : « fides quae nos christianos efficit » (p. 145). Sunt transcriptiones fragmentorum e SS. Patribus et doctoribus : Bernardo, Ambrosio, Chrysostomo, Augustino etc. In pp. 203-213 : « Ex secunda parte libri qui speculum spiritualium dicitur », i. e. *Speculum spiritualium* (Paris 1510), parte II, cap. I, fol. XXXIII.

CHANTILLY, ms. 8°, *105*[1-2]. Sunt imagines photographicae « negativae », mensurae 13 × 18 cm. duobus voluminibus religatae, exprimentes textum manuscriptum *Exercitiorum*, italica lingua. Constat 208 paginis, antiqua

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

numeratione signatis. Initio, in pag. non numerata legitur : « Questo è un libro antico degli Essercitii spirituali, secondo il metodo col quale si comunicavano prima che si stampassero. Fu donato al N. P. Gle. Gio. Paolo Oliva ». p. 1 : *Libbro di Exercitii della prima settimana.* « La prima nota è che per questo nome » [...] Explicit p. 208 : « fa liberamente e volontariamente penitentia delli peccati in memoria della passione di Iesu Xpo. Finis ». Est italica versio *Exercitiorum*, non archetypo conformis, sed mutationes inducens. Principium et fundamentum incipit (p. 2) hoc modo : « L'huomo è creato da Dio per cognoscere et amare, laudare e riverire e servire a Dio, Signor nostro, e per questo mezzo lui salvarse l'anima sua ... ». Notanda verba « cognoscere et amare ». In prima hebdomada, post « quartum » exercitium, de inferno, adest : « Contemplatione sopra li X comandamenti ». Sequitur : « Contemplatione sopra li cinque sentimenti e le cinque potenze dell'anima ». « Seconda contemplatione sopra li sette peccati mortali ». In secunda hebdomada omittit meditationem de tribus hominum classibus, considerationem de tribus humilitatis modis et integrum tractatum de electionibus. In quarta hebdomada inducit contemplationem de apparitione Christi Sancto Paulo, et de missione Spiritus Sancti. In prima habet meditationes de morte et de iudicio sat similes illis quae habentur in textu italico a nobis edito (pp. 718-719) e ms. 301 Archivi Status, Romae. Opus clauditur meditationibus pro singulis hebdomadae diebus, de virtutibus Iesu Christi.

Principium et fundamentum, prout in manuscripto hoc exponitur, editum est a P. Watrigant, ex hoc codice, in articulo : *La méditation fondamentale avant Saint Ignace*, in CBE, n° 9, p. 139. Contra hunc auctorem opinamur id quod dicitur in titulo : « secondo il metodo — prima che si stampassero », intelligendum non esse de prima impressione textus latini « Vulgatae », a. 1548, sed potius de prima editione italica. Ratio est quia agitur evidenter de tardiore explanatione textus ignatiani, quae multa omittit, plura addit. Secundum SOMMERVOGEL, V, 71, prima italica editio facta est Romae a. 1609. P. Oliva cui exemplar hoc traditum esse dicitur, Societati Iesu praefuit annis 1661-1681.

Aliud exemplum huius operis adest in archivo Pontificiae Universitatis Gregorianae (Romae), ms. *2180*.

BORDEAUX, Bibl. Municipale, ms. *811 H*. Vide infra, p. 105. Ex eo desumimus textum *B*. Codex descriptus est in FN, II, 55*-57*. Item in MI, *Exerc.* 210-211, codex 15. De eo agit CALVERAS, *Los últimos retoques de los Ejercicios*, p. 275. Secundum Calveras, *Retoques del texto* ..., p. 354, textus *B* dependet a textu hispano alio ac *A*.

PARIS. Bibl. Nationale, fonds latin, n° *6217*, ff. 38*v*-80*r*. *Exercitia spiritualia*. Est textus manuscriptus versionis Vulgatae a scriba saeculi XVI exaratus.

GERMANIA

KÖLN, Stadtarchiv, ms. W 8° *154**. Continet textum *Coloniensem* (= *C*) Exercitiorum. Vide MI, *Exerc.* p. 206-207, cod. 10, et infra pp. 454-461. Est volumen magnitudinis 142 × 097 mm., constans 147 foliis. Textus Exercitiorum folia recens numerata habet a f. 1 ad f. 63. Manu saeculi XVI vel XVII scriptum habet titulum : « Exercitia R. P. Petri [corr. es Iacobi] Fabri, Soc. Jesv theologi, quibus uti solebat ad alios instruendos et manuducendos

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

in vita spirituali, cum Coloniae haberet inter Carthusianos ». Exercitia incipiunt f. 2 verbis : « Sequuntur aliqua exercitia » desinunt verbis : « praestat et conservat ». Librarii manus est saeculi XVI, alia ab ea qui praecedentem titulum scripsit. In imo fol. 2r dicitur : « Sum carthusianorum in Colonia ». Una eademque manus exscripsit Exercitia usque ad undecimam regulam ad sentiendum cum Ecclesia exclusive, quae tamen et reliquae usque ad finem manu saeculi XVI scriptae sunt. Post Exercitia, in f. 65r titulus : « Exercitia R. D. Nicolai Eschii, sed plenius impressa », quae perducuntur usque ad f. 96. Inde a f. 97 variae precationes habentur, quarum postrema est « Anima Christi », incompleta tamen, quod signum est unum vel varia folia e codice excidisse.

HISPANIA

MADRID. Biblioteca de la Real Academia de la Historia, Sección « Cortes » ms. *266*. Ms. pergamena religatum, mensurae 220 × 160 mm. In operculo : « 240 hojas con el quaderno y 15 cortadas ». Alia manu antiquiore : « Eplae. et serm.es del Mtro. Avila ». In dorso : 266. Schedula recens : q|2388. In folio primo : « Ay aquí algunos sermones y epistolas del M° Avila y otros tratados que no sé si son del mesmo, y algunas cosas de espíritu de otros ; no son de su letra. Archivo Lit. P ». Numerationem foliorum antiquam habet, quae incipit a f. 159 et procedit usque ad f. 174 ; inde a f. 43, 44, 50-55, 87-89, 40-47. Sequuntur 39 folia non numerata ; ff. 179-198 ; sequuntur 27 folia non numerata et alia 7 pura ; 15 non numerata ; 7 pura ; 13 non numerata ; 1 purum ; 4 non numerata ; 5 pura ; 42 non numerata ; 5 pura. Numerationem continuam recentiorem habet, stilo lapideo, a f. 1 ad 227. Inter ff. 215 et 216 huius numerationis modernae aliqua folia avulsa sunt.

ff. 1-44. Videntur esse sermones Beati Avila.

f. 49*v*. « Síguese la doctrina de elegir estado de bivir o otra cosa buena, y primero quatro preámbulos generales que para ello disponen ». Explicit f. 83*r-v* : « ... la deve tomar como dicha del cielo para su consuelo propio. Finis ». Est tractatus e quo partem edimus, pp. 627-645.

f. 84 (prius 129) : « Muy Reverendos. Porque la ignorancia es causa de muchos males ... » ; f. 93 (prius 188) : Epistola Beati Avila : « Charissime : Por medio del P. Gonçalbo Gómez ... » ad f. 94*r* ; f. 95 (prius 190) : « Constándome el consejero de vuestros tan grandes deseos ... » (ad f. 99*r*) ; f. 104 : « Para una persona que estava tentada » (usque ad f. 107) ; f. 108 : « Cartas de Francisco Ortiz. Esta epístola fue escrita a un mancebo que estava desconsolado con tentaciones ». Sunt 10 epistolae, variis manibus scriptae. Ultima est : « al Marqués de Montes Claros sobre la muerte de su padre » ; f. 139 : « Para cierto juez. F. Ortiz. Entre muchas doctrinas que están puestas en la sagrada Scriptura para los jueces y gobernadores de pueblos ... » ; f. 145 : « Para hazimiento de gracias después de la comunión » ; ff. 161-168 : « Para una persona atribulada. Devota de Ihu Xpo y esposa. Gracias e dado a nuestro Señor porque os ha dado señal que vuestro llamamiento ... » ; f. 169 : M° Avila. Modo de vivir y estudiar ». *Incipit* : « Recebí una carta y aquel plazer con ella ... » ; f. 169*v* : « Otra para una esposa de Jesu X. en las tentaciones » ; f. 172*v* : « Para el Maestro Strada. Gozéme con una carta de V. M. : ... de Córdoba, 13 mayo de 1549 » ; f. 175 : « Mi padre y señor. Puesto que he sabido que mi carta no ha parescido a todos muy bien ... » De Granada a 2 [sine mense] de 1538. « Frater tuus in Domino. Iohannes

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

de Avila » ; f. 184 : « 12 Reglas para los que son combatidos de tentaciones » ; f. 186 : « Este es un traslado de una epístola que un religioso escrivió muy provechosa » ; f. 203 : « Carta para el Rey Philippo sobre la enfermedad de su hijo Carlos ». Sine data ; f. 211 : « Del M° Avila. Para una religiosa : Devota esposa de Jesu Xpo : El cuydado de nuestra ánima ... » ; f. 216 : « Aviso para bien bivir y bien morir » ; f. 222 : « Hexortación a la paciencia » ; f. 226 : « Exhortación del menosprecio del mundo y desseo de la muerte ». Finis, inexpleta sententia.

MADRID, Biblioteca del Palacio Real, ms. *Cartas de jesuitas*, vide infra, p. 110-111.

Vallisoletanus (= L). Valladolid, Colegio de Ingleses, cod. *898*. Volumen 167 foliorum non numeratorum, mensurae 14 × 10 cm., recentiore tempore religatum, titulo : *Ejercicios espirituales*. Scriptum magna ex parte ab uno eodemque scriba, ut videtur medio saeculo XVI°. In fol. 146 habemus : « Indulgentiae nonnullae quas personae Societatis Iesu consequi possunt. Romae MDLXIX ». Haec data nobis inditio est ad rimandum tempus totius codicis. Aliud indicium est Sanctum Franciscum Borgia, cuius complura exscribuntur spiritualia documenta, vocari semper « nuestro Padre Francisco », unde valde probabiliter codex scriptus est durante huius generalatu (1565-1572). Est codex miscellaneus ad usum noviciatus vel alius cuiuscumque Societatis domus. Enumeramus hic praecipua documenta, praeter Exercitia a nobis edenda (infra pp.), quae codex continet : f. 3, Memoria de los Rosarios de obligación ; ff. 19*r*-34*r*, Fragmenta de Exercitiis ; f. Epistola s. Ignatii de oboedientia ; f. 34, Epistola Patris Francisci Borgia ad PP. et FF. Societatis (sine die et anno) ; Modo de tratar con los Hermanos ; f. 51, Avisos de peregrinos de la C. de Jesús ; f. 59*v*, Regulae peregrinorum ; f. 60*v*, Septem gradus obedientiae ex Bernardo ; f. 62, De vera obedientia ; f. 62*v*, Modo de dar cuenta de conciencia ; f. 63, Para perseverar en la presencia de Dios, de nuestro Padre Francisco.

MEXICUM

MÉXICO, Biblioteca Nacional, ms. *998* (= *X*). De eo v. infra, p. 105.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Digitized by Google

Original from
UNIVERSITY OF MICHIGAN

INTRODUCTIO GENERALIS

In hac generali introductione, post brevem libri *Exercitiorum* conspectum, ea argumenta declaranda sumimus, quae ad historiam operis ignatiani pervestigandam conducunt. Agemus igitur : 1º De historico processu compositionis libri *Exercitiorum*, prout ex ipsius sancti Ignatii ceterorumque testium, ut plurimum coaevorum, eruitur. 2º De fontibus litterariis *Exercitiorum*, tractationem nostram circumscribentes iis operibus, de quibus in ignatianis documentis mentio fit. 3º De sic dicta inspiratione a Deo sancto Ignatio concessa in suo opere conscribendo. Lectorem in antecessum monemus scopum nostrum non esse de singulis quaestionibus longam disquisitionem instituere, nec multo minus controversa puncta dirimere, sed *Exercitiorum* cultoribus ea elementa brevi synthesi proponere, quae ex historicis documentis erui posse videntur.

Articulus I

Libri Exercitiorum summa

Exercitia S. Ignatii in tres partes dividi possunt, quarum prior, ad instar introductionis, in viginti *Annotationibus* consistit [1-20] ; altera continet exercitia proprie dicta, inde a titulo [21] usque ad ultimam contemplationem, et tres orandi modos [23-260] ; tertia complementis conficitur, quae sunt : mysteria vitae Christi [261-312] et quinque regularum series : de spirituum discretione pro priore [313-327] et pro altera hebdomada [328-336] ; regulae ad distribuendas eleemosynas [337-344], regulae ad intelligendos scrupulos [345-351] ; regulae ad sentiendum cum Ecclesia [352-370]. De singulis elementis pauca quaedam.

Prima annotatio [1] nobis praebet brevem conspectum *Exercitiorum*, varias exercitantis operationes enumerans : examina conscientiae, meditationes, contemplationes, orationes mentales et vocales. Proponit deinde scopum ad quem labor exercitantis tendere debet, qui est tollere inordinatos animi affectus, ut possit quaerere et invenire divinam voluntatem in vitae suae dispositione, qui scopus alia forma in

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Exercitiorum titulo exprimitur [21] : vincere semetipsum et propriam vitam ordinare. Reliquae annotationes sunt adumbratio quaedam directorii, quo iuvari possit, tam is qui facit exercitia, quam director. Tres postremae declarant varios gradus sive modos quibus exercitia fieri possunt, secundum exercitantis captum et animi dispositionem in qua versatur.

Hoc veluti directorium completur in corpore libri ope notarum quae per integrum textum sparguntur [nn. 44, 72, 88, 90, 99, 100, 127-129, 130, 131, 133, 148, 159, 160, 162, 163, 204, 205, 206, 207, 209, 226-228, 250, 259, 260].

Exercitia in quattuor hebdomadas sive periodos dividuntur. In textu *Autographo* (*A*) transitio ex una in alteram hebdomadam indicatur modo non valde claro, ope titulorum in summitate paginarum positorum.

Titulum *Exercitiorum* sequitur advertentia quaedam sive principium praesupponendum [22], de modo quo interpretari oporteat propositiones aliorum. Consideratio Principii et fundamenti [23] est basis in qua integra *Exercitia* inniti debent. Proponuntur deinde duo examinum genera : primum « particulare et quotidianum » ad celerius tollendum peccata sive defectus a quibus exercitans se liberare intendit [24-31] ; alterum est examen generale conscientiae [32-42] ad animam purificandam et ad melius confitenda peccata. Normae dantur pro hoc examine recte faciendo [43] et ad generalem confessionem cum communione [44].

Sequuntur quinque exercitia primae hebdomadae : primum, meditatio de tribus peccatis [45-54] ; secundum, meditatio de peccatis propriis [55-61] ; tertium, quod est repetitio duorum praecedentium, adhibitis tribus colloquiis [62-63] ; quartum est compendium eorundem [64] ; quintum, meditatio de inferno [65-71]. Prima hebdomada concluditur « additionibus » sive subsidiis ad melius facienda exercitia et ad melius obtinendum id quod quisque ex eis haurire exoptat [73-82]. Ultima additio, quae est de paenitentia, est brevis tractatus de hoc argumento, expositis variis modis paenitentiam agendi, eius fine et iusta proportione servanda [83-89]. Tempore exercitiorum examen particulare fit de his « additionibus » recte adhibendis, deque defectibus in faciendis exercitiis commissis [90].

Exercitium de Regno Christi [91-98] est introductio in contemplationem vitae Christi. Quinque contemplationes proponuntur pro primo die : de Verbi Dei incarnatione [101-102] ; de Christi Nativitate [110-117] ; duae repetitiones mysteriorum quae praecedunt [118-120], sensuum applicatio super iisdem [121-126]. Pro die altero dantur duo mysteria de Christi infantia [132], alia duo pro tertio die

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

[134]; indicatur deinde de his mysteriis duas repetitiones faciendas esse et concludendum per sensuum applicationem.

Quartum diem occupant meditationes de duobus vexillis [136-148] et de tribus hominum « binariis » sive classibus [149-157], cum nota huic ultimae addita. Ad modum introductionis in meditationem de duobus vexillis, praemittitur praeambulum ad considerandos status [135], quo via sternitur ad electionem recte faciendam.

Diebus 5° ad 12^um^ assignatur unum tantum vitae Christi mysterium, quod bis considerandum est, additis duabus repetitionibus et sensuum applicatione [158-161]; libertas tamen relinquitur ad hanc hebdomadam vel breviandam vel producendam, sumptis paucioribus vel pluribus mysteriis [162]. His diebus tractatur materia electionum, inde a quinto, quo die fit contemplatio de Christi baptismate [163]. Sed antequam exercitans electionem aggrediatur, ut magis afficiatur ad Christi veram doctrinam, multum prodest intericere consideratio-nem « per totum diem » de tribus humilitatis modis [164-168].

Sequitur tractatus electionis « ad quaerendam et inveniendam divinam voluntatem in propriae vitae dispositione ». Partes eius sunt: praeambulum [169], quo inculcatur rectitudo et puritas intentionis requisita, quattuor notae ad notititam sibi comparandam de rebus eligendis [170-174], tria « tempora » ad faciendam sanam et bonam electionem, cum duobus modis pro tertio tempore [175-188], et finalis quaedam advertentia de reformatione propriae vitae et status, quando quaestio non est de novo aliquo amplectendo [189].

In tertia hebdomada tantummodo prima contemplatio, de ultima Iesu Christi cena [190-199] integre declaratur, proposita methodo eam faciendi. Alterius de oratione Christi in horto, tria tantum praeambula explanantur, ut manifestus fiat finis totius hebdomadae, qui est « dolor cum Christo doloribus pleno » etc. [200-203]. Traduntur varianda in « additionibus » pro hac hebdomada [206]. Nuntiantur mysteria contemplanda singulis diebus usque ad sextum. Septimo die fit repetitio totius Passionis cum contemplatione solitudinis, tum Christi in sepulchro, tum Mariae Virginis et apostolorum [208]. Libertas conceditur ad protrahendam vel contrahendam hanc hebdomadam, ita tamen ut omnia Passionis mysteria percurrantur [209].

Regulae ad sese ordinandum in victu [210-217] tertiam hebdomadam separant a quarta, in qua, sicut in praecedenti factum est, prior solummodo contemplatio, quae est de Christi resurrectione [218-225], declaratur. Ad eius rationem conformandae sunt reliquae usque ad Domini Ascensionem [226]. Consilium datur peragendi tria tantum exercitia singulis diebus, addita repetitione quae simul sit applicatio sensuum [227-228]. Proponuntur variationes in additio-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

nibus [229]. Quartam hebdomadam claudit contemplatio ad obtinendum Dei amorem [230-237].

Tres orandi modi [238-260] complementum sunt quartae hebdomadae, immo omnium exercitiorum. In priore modo quattuor argumenta proponuntur, quae sunt: praecepta, peccata « mortalia » seu capitalia, animae potentiae, corporis sensus. Alter modus consistit in meditandis singulis verbis cuiuslibet orationis vocalis [249-257]. Tertius, recitatio orationis « per quandam vocum et temporum commensurationem » [258-269]. His modis via traditur ad vocalem orationem cum mentali coniungendam. Datur etiam forma meditationis post peracta exercitia tenenda. Hic est etiam scopus « mysteriorum vitae Christi » [261-312], quae quinquaginta et unum numero sunt, constituunt autem seriem independentem a mysteriis propositis in decursu quattuor hebdomadarum. Generatim proponuntur tria puncta in unoquoque mysterio consideranda, desumpta, ut plurimum, ex ipsis Evangelii verbis, omissis fere considerationibus et practicis applicationibus.

Regulae tandem proponuntur ad exercitantem in via spiritus adiuvandum. Quattuordecim regulae discretionis spirituum aptiores pro priore hebdomada [313-327], octo pro altera [328-336] normas tradunt in perdifficili labore distinguendi actionem boni et pravi spiritus. Septem regulae de distribuendis recte eleemosynis [337-344] applicant alterum modum electionis tertii temporis casui particulari de distributione eleemosynarum. Regulae duodeviginti de vero sensu in Ecclesia militante tenendo [352-370] diriguntur ad rectum criterium sibi efformandum et obsequium praeceptis et dogmatibus Ecclesiae catholicae exhibendum, in modo oboediendi superioribus ecclesiasticis, in recta doctrina tenenda in rebus theologicis, additis monitis de modo loquendi in quaestionibus de gratia et praedestinatione, deque Dei timore una cum amore fovendo.

Articulus II

GENESIS LIBRI EXERCITIORUM

1. Testimonia S. Ignatii aliorumque testium

Ad enodandas quaestiones de loco, tempore, evolutione compositionis libri *Exercitiorum*, operae pretium est, ante omnia, accurate perpendere quid S. Ignatius, quid testes coaevi de his rebus asseruerint. Ideo hoc loco colligimus dicta tam S. Ignatii quam aequalium qui de hac re egerunt, eorum praecipue qui de rebus ad vitam S.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Ignatii pertinentibus prae aliis solliciti fuerunt, quales sunt PP. Laínez, Polanco, Nadal, Ribadeneira. Nec posteriorum dicta praetermittemus quae lucem afferre possint [1].

S. IGNATIUS

Mirum est Ignatium, inter eventus vitae suae Minorissae transactae (*Acta*, nn. 18-34: FN, I, 388-408), ne verbum quidem fecisse de *Exercitiis* a se ibi primum factis et postea scripto mandatis. Immo, probabiliter de hac re omnino siluisset, nisi P. Gonçalves da Câmara, ad exitum vergente autobiographica relatione, eum interrogasset:

« Io dipoi queste cose narrate, alli 20 di ottobre domandai al pelegrino delli Exercitii et delle Constitutioni, volendo intendere come l'havea fatte. Lui mi disse che gli Essercitii non gli havea fatti tutti in una volta, senonché alcune cose che lui osservava nell'anima sua et le trovava utili, gli pareva che potrebbero anche essere utili ad altri, et così le metteva in scritto, verbi gratia, dello examinar la conscientia con quel modo delle linee, etc. Le electioni spetialmente mi disse che le haveva cavate da quella varietà di spirito et pensieri che haveva quando era in Loyola, quando stava anchora malo della gamba. Et mi disse che delle Constitutioni mi parlerebbe la sera ». (*Acta*, n. 99, pp. 502-504).

Ubi Ignatius loquitur de *Exercitiis* a se factis (« fatti »), evidenter agere intendit de eorum scriptione; sequitur enim: « et così le metteva in scritto ». Ignatium non scripsisse *Exercitia* « tutti in una volta », duo significare potest: vel nova elementa decursu temporis praecedentibus addita fuisse, vel opus pedetentim fuisse emendatum. Verba Ignatii priori hypothesi favere videnter, altera non exclusa. In utraque agitur, ut obvium est, de uno eodemque opere, id est « gli Essercitii ». Docet etiam nos Ignatius scriptionem *Exercitiorum* experientiam personalem subsequutam esse, seque opus suum scripsisse ut proximis auxilio esset. Ex eo conicicitur *Exercitia* in tertia periodo commorationis ignatianae in urbe Minorissa scripta esse, quia documenta nos docent Ignatium in hac tertia periodo studium iuvandi proximos animo concepisse. Fontem inspirationis nobis indicat Ignatius experientiam suam personalem: « alcune cose che lui osservava nell'anima sua »; cuius rei duo tradit exempla: usum adhibendi lineolas ad examen particulare notandum [31], et regulas electionum [169-188], qua-

[1] Cum in eorum narratione testes saepe simul agant de *Exercitiis* ab Ignatio factis et aliis traditis, breviter colligemus dicta de ministerio S. Ignatii in dandis *Exercitiis*. Monemus tamen lectorem non facile esse discernere utrum de *Exercitiis* proprie dictis agatur, unde res in singulis casibus accurate perpendenda est.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

rum originem reponit in illa spirituum varietate quam, Loyolae decumbens, expertus est.

Praxis ignatiana litteris mandandi ea quae sibi placuerant incepit iam Loyolae, tunc quidem sine ulla intentione iuvandi alios. Referens enim lectionem piorum librorum, scribit :

« Y gustando mucho de aquellos libros, le vino al pensamiento de sacar algunas cosas en breve más esenciales de la vida de Cristo y de los santos ; y así se pone a escrebir un libro con mucha diligencia (porque ya começaba a levantarse un poco por casa) ; las palabras de Cristo de tinta colorada, las de Nuestra Señora de tinta azul ; y el papel era bruñido y rayado, y de buena letra, porque era muy buen escribano. Parte del tiempo gastaba en escrebir, parte en oración ». In margine annotavit P. Câmara : « El qual [libro] tuvo quasi 300 hojas, todas escritas de quarto ». (*Acta*, nº 11, p. 376).

Scopus Ignatii cum se Minorissam e Monte Serrato contulit fuit : « estar en un hospital algunos días y también notar algunas cosas en su libro, que él llevaba muy guardado y con el que iba muy consolado (nº 18, p. 388). Notetur Ignatium iam in Monte Serrato confessionem suam scripsisse (nº 17, p. 386).

De *Exercitiis* ab Ignatio scriptis ter loquuntur *Acta* : 1º, loco supra allato (nº 99, p. 502-504). 2º. Ubi referunt Salmanticae Ignatium *Exercitia* examinanda tradidisse baccalaureo Frías : « y el peregrino le dio todos sus papeles, que eran los Exercicios, para que los examinasen » (nº 67, p. 458). Si « todos los papeles » seu omnes chartae quas Ignatius retinebat erant *Exercitia*, signum est eum Salmanticae non iam servasse librum illum 300 foliorum, antea tanto amore custoditum (nº 11, p. 376). Aliquot post diebus Ignatio relatum est eundem Frías doctoresque Santisidoro, Paraviñas aliumque Frías *Exercitia* vidisse : « que todos habían visto los Exercicios » (nº 68, p. 458). 3º *Exercitiorum* exemplar Ignatius tradidit Lutetiae Inquisitori Vincentio Liévin (nº 86, p. 480).

Ad documenta *Exercitiorum* quod attinet, in *Actis* mentio fit, ut vidimus, de lineolis adhibitis pro examine particulari et de regulis electionis. Etiamsi ea explicite non nominat, alia documenta innuit Ignatius, prout sunt : consolatio sine causa praecedenti (nº 27, p. 400), discretio spirituum Loyolae (nn. 6-9, pp. 370-374), item Minorissae tempore agitationis scrupulorum et tentationis inconstantiae (nn. 20, 25, pp. 390, 398) ; post eximiam illustrationem, ubi Ignatius comperuit rem pulchram, a se visam, a daemone procedere (nº 31, p. 406) ; experientia consolationum et desolationum (nn. 21, 26, pp. 392, 398) ; declaratio distinctionis inter peccatum mortale et veniale Salmanticae facta (nn. 68, 70, pp. 458, 460).

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

De processu seu evolutione compositionis libri *Exercitiorum* pauca nos docent *Acta*. In nº 68 (p. 458), ubi agitur de inquisitione facta a iudicibus salmanticensibus, dicitur eos difficultatem invenisse in puncto quodam, initio libelli : « que estaba en ellos al principio ». Agebatur de distinctione inter peccatum mortale et veniale, cogitatione commissum : *Exercitia* [35-37]. In textu Autographo (*A*) hoc documentum invenitur in fol. 7, post viginti annotationes [1-20], titulum [21], principium *praesupponendum* [22], *principium et fundamentum* [23], *examen particulare* cum additionibus [24-31]. Iam, probabile est viginti annotationes. vel postea additas esse, vel initio alium locum ac nunc occuppasse. Examen particulare videtur primo tempore alibi positum fuisse. Iam, si Examen generale praecedebant tantum titulus *Exercitiorum*, *praesupponendum* et *principium et fundamentum*, data horum documentorum brevitate, nihil impedit quominus *examen generale* initio libelli collocatum esse dicatur.

De *Exercitiis* aliis traditis Minorissae nihil explicite dicunt *Acta*, etiam cum de studio Ignatii iuvandi proximos agunt : « Ultra de sus siete horas de oración, se ocupaba en ayudar algunas almas que allí le venían a buscar, en cosas espirituales » (nº 26, p. 398). Cum his spiritualibus personis exercuit Ignatius apostolatum conversationis. Exercitia certe tradidit Compluti (nº 57, p. 440). Lutetiae « daba quasi en un mismo tiempo exercicios a tres » (nº 77, p. 468), scil. Petro de Peralta, Ioanni de Castro, Amatori (Amador) de Elduayen, qui magnam vitae mutationem inierunt in exercitiis. Ope exercitiorum lucratus est Ignatius primos socios Fabrum et Xaverium (nº 82, p. 476). De reliquis *Acta* silent, eos per *Exercitia* ad imitandum Ignatium allectos esse scimus e testimonio PP. Polanco, Nadal, Ribadeneira, et *Memoriali* Patris Câmara (infra, pp. 12, 17, 19, 20) Venetiis *Exercitia* quibusdam tradidit, nominatim Petro Contarini, Gasparo de Doctis, hispano cuidam nomine Roças (vel Rozas), baccalaureo Hoces. In Montecassino, Petro Ortiz. Romae, diversis (n. 92, 98, pp. 490, 500).

P. Laínez

Testimonium Patris Laínez in eius epistola ad P. Polanco, data die 16 iunii 1547 (FN, I, 54-145), magni momenti est, nam ea refert : « que por edificación nuestra o de otros presentes, a tiempo y lugar le habremos [a Ignacio] oído decir y de sus palabras colegido. En lo demás que toca a los principios de la Compañía, hablando como testigos, parte de oídas, parte de vista ... » (n. 1, p. 70). Epistola Patris Laínez est sine controversia prima S. Ignatii *Vita*, scripta novem annis ante sancti conditoris obitum, sex fere antequam Ignatius *Acta* Patri Câmara dictare inciperet.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Laínez non stricte sequitur chronologicam successionem eventuum, sed res enarrat prout calamo currenti ei in memoriam veniunt : « sin pensar mucho » (nº 55, p. 136). Si attenditur chronologia, dicendum est Lainium in nonnullos errores incidisse. Sic n. 16 (p. 86) dicit propositum peregrinationis Hierosolymitanae Ignatio in animum venisse Barcinone, dum clare constat ex *Actis* (nn. 8, 9, 12) illud ortum esse Loyolae. In eodem numero (p. 84) asserit Ignatium studia grammaticae incepisse Barcinone ante initam peregrinationem hierosolymitanam, cum certum sit id evenisse post reditum ex ea (cf. *Acta*, nn. 50, 54, p. 430, 434).

Commoratio Ignatii in urbe Minorissa hoc modo dividitur a Laínez : Prima periodus inchoatur his verbis : « Pero en los quatro meses primeros no entendía casi nada de las cosas de Dios » (nº 8, p. 78). Urbem Minorissam non nominat, sed dubia et tentationes de quibus statim agit, Ignatio venisse ait « en un hospital », quod nosocomium *Acta* Minorissae reponunt (nº 18, p. 388). Post primos quattuor menses, « a cabo de quatro meses », statim refert Laínez eximiam illustrationem ad flumen Cardoner (nº 10, p. 80) et addit : « y esto creo fuese en Manrresa, cerca de Barcelona, donde estuvo, si bien me acuerdo, obra de un año ». Re quidem vera, eximia illustratio in tertia periodo reponenda est. Alteram periodum inchoat his verbis : « Y hacia este tiempo » (nº 11, p. 80). Refert tunc scrupulos, anxietates, tentationes Ignatii in hac altera periodo. Dicendum est Lainium tertiam periodum a secunda non clare distinxisse. Post narratam tempestatem scrupulorum, addit :

> « Cerca deste tiempo hizo confesión general de toda su vida, y vino, quanto a la substancia, en estas meditaciones que decimos exercicios, y vivía muy ordenadamente, perseverando en la frecuen ia de los sacramentos y en oración ... » (nº 12, p. 82).

Locutio « cerca deste tiempo » connectenda est cum praecedenti narratione scrupulorum (nº 11, p. 80) et introducit tum confessionem generalem, quae pertinet ad alteram periodum commorationis Minorissanae, tum *Exercitia* spiritualia quae potius ad tertiam periodum reicienda sunt. Confessio generalis, de qua hic fit sermo, non est, ut patet, illa quam Ignatius fecit in Monte Serrato ; omnia enim quae in contexta oratione enarrantur, ad Minorissam pertinent (vide nn. 8, 10, 12). Scimus ex *Actis* (n. 22, p. 394), Ignatium Minorissae, ut liberaretur a scrupulis, generalem confessionem iterasse, et quidem scripto, cum doctore quodam Ecclesiae cathedralis (Seo) ; unde *Acta* clare distinguunt duplicem confessionem generalem, primam in Monte Serrato, aliam vel alias Minorissae. Convenit Polancus qui in *Summario* hispano (nº 20 : FN, I, 161) dicit : « En este tiempo

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

(scil. Minorissae) se confesó generalmente, y creo diversas veces, no pudiendo quietarse en sus escrúpulos ».

Locutio « vino quanto a la substancia en estas meditaciones que decimus Exercicios » non habetur in omnibus codicibus. Textus *XCE* habent : « vino a hacer las meditaciones que decimos Exercicios », sed hae duae variantes lectiones non multum differunt inter se. « Vino en estas meditaciones » lingua hispana fere idem est ac : « acertó con » vel « dio con ». Utraque locutio « vino en estas meditaciones » et « vino a hacer las meditaciones » possunt significare vel Ignatium has meditationes in propriam suam utilitatem feci<se, vel eas in aliorum commodum scripsisse. Additum : « quanto a la substancia » potius alteri hypothesi favet.

De scriptis *Exercitiis* non iam alibi loquitur Laínez. Agit quidem de Ignatii consuetudine scripto notandi ea quae ei magis placuerant in lectis libris (nº 3, p. 74), atque etiam de libro de Trinitate quem Ignatius Minorissae scribere incepit (nº 12, p. 82).

Quid continuerint *Exercitia* Minorissae scripta, e Lainii testimonio haurire non possumus. Certe commemorat, post narratam eximiam illustrationem, discretionem spirituum : « comenzó a ver con otros ojos todas las cosas, y a discernir y probar los espíritus buenos y malos, y a gustar las cosas del Señor, y a comunicarlas al próximo en simplicidad y caridad, según que dél las rescebía » (nº 10, p. 80).

Non dicit Laínez expressis verbis Ignatium Minorissae tradere incepisse aliis *Exercitia*, sed tantum : « hizo allí en Manrresa provecho a muchas almas que notablemente se ayudaron, y hicieron mudanza y mortificaciones ... » (nº 13, p. 84). De tempore commorationis Barcinone, data opera dicit Ignatium proximos adiuvasse : « por vía de pláticas particulares y de espirituales exercicios » (nº 13, p. 84). Paulo inferius idem repetit clarius : « Daba también meditaciones o exercicios espirituales, en lo qual tenía especial gracia y efficacia y don de discreción de espíritus, de ayudar y guiar una ánima, así tentada como visitada del Señor ». Donum discretionis spirituum alias commemorat (nn. 3, 10, 56, pp. 72, 80, 136).

De *Exercitiis* ab Ignatio traditis post eius commorationem Barcinonensem, non loquitur Laínez data opera, asserit tamen Ignatium Compluti solitum esse habere « razonamientos de las cosas de Nuestro Señor particulares, como en pláticas sobre los mandamientos de Dios y de la doctrina christiana » (nº 24, p. 94), quibus verbis *Exercitia* « levia » (cfr. annotationem 18^{am} [18]) satis clare innuuntur. Dicit socios Ignatio Lutetiae adhaesisse « por vía de oración » (nº 29, p. 100), quod, si cum aliis textibus conferatur, idem est ac « per Exercitia ».

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Exercitia commemorantur inter spiritualia ministeria exercita a sociis Romae (nn. 46, 52, pp. 122, 130), Parmae et Placentiae (n. 50, p. 128).

P. POLANCO

P. Ioannes Alfonsus de Polanco, inter alia minora, haec documenta biographica de S. Ignatio conscripsit : 1º *Summarium hispanum* rerum ad institutionem et progressum Societatis Iesu pertinentium, a. 1547-1548 (FN, I, 146-256) ; 2º *Summarium italicum* de eodem argumento, cuius duo servantur recensiones, prior anni 1549, altera anni 1551 (FN, I, 256-298) ; 3º *Informationem* de Instituto Societatis, a. 1564 (FN, II, 304-311) ; 4º Vitam latinam S. Ignatii, *Chronico* Societatis Iesu praemissam, a. 1574 (FN, II, 506-597 ; prius in *Chron.* I, 9-74).

In *Summario* hispanico sequitur Polancus vestigia epistolae Patris Laínez, cuius scopus fuerat ei copiam rerum offerre. Nihil mirum si Polancus errores chronologicos repetit quos a Lainio commissos fuisse diximus. Eos in posteriore *Vita* latina correxit, reponens, ex. gr., primam ideam peregrinationis hierosolymitanae non Barcinone sed Loyolae (FN, II, 519).

De *Exercitiis* Minorissae scriptis haec refert *Summarium* hispanum :

« Mas, tornando al propósito, entre otras cosas que le enseñó Aquél qui docet hominem scientiam en este año, fueron las meditaciones que llamamos Ejercicios espirituales, y el modo dellas ; bien que después, el uso y experiencia de muchas cosas le hizo más perfeccionar su primera invención ; que, como mucho labraron en su misma ánima, así él deseaba con ellas ayudar a otras personas » (n. 24, FN, I, 163).

In *Summario* italico reponit Polancus *Exercitiorum* compositionem in periodo spiritualium illustrationum Ignatio Minorissae concessarum :

« Dopo quattro mesi, communicandosi a lui la somma bontà d'Iddio, et visitandolo con grandi doni interiori, et dandoli grandi lumi et esperienza nelle cose spirituali, cominciò, senza haver imparato altre littere, a communicarsi alli prossimi et aiutarli con quelli Essercitii spirituali medesmi, con che Iddio havea aiutato lui ; et questo con grande frutto in diversi luoghi di Spagna, massime in Manressa, et in quello di Barcelona, dove colse le primitie delli essercitii spirituali, con gran fervore et devotione di molte anime » (n. 2, FN, I, 262).

Intentionem Ignatii aliis communicandi ea quae ipse in se fuerat expertus, repetit Polancus in *Vita* latina :

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

« ... et quia Dominus eum qui futurus erat multis magister, bene exerceri in seipso voluit, ea quae in spiritualium Exercitiorum libro continentur, primo tacere ipse, deinde observare et in scripta redigere, ad aliorum etiam instructionem coepit » (n. 17, FN, II, 527).

Paulo inferius praxim Ignatii aliis *Exercitia* proponendi iam Minorissae, ponit Polancus post eximiam illustrationem his verbis :

« At post praedictam illustrationem atque observationem spiritualium Exercitiorum, methodum etiam et rationem proponens animam a peccatis per contritionem et confessionem purgandi, et in meditationibus misteriorum Christi, et ratione bonae electionis faciendae circa vitae statum et res quaslibet, et demum in his quae ad inflammandum amorem in Deum et varios orandi modos pertinent, proficiendi, perutilem operam proximis navare coepit ; quamvis temporis progressu haec etiam ad maiorem perfectionem deducta sunt » (FN, II, 527).

Hic textus valde notandus est quia in eo innuit Polancus quaenam elementa iam Minorissae continerent *Exercitia*, etiamsi non omnia numerare intendat, nempe : exercitia primae hebdomadae, confessionem generalem, meditationes vitae Christi, regulas bonae electionis (notetur hoc punctum manu propria a Polanco additum fuisse), contemplationem ad obtinendum amorem, varios orandi modos. In annotatione 4ª [4] adest etiam summa rerum quae in *Exercitiis* continentur, quae non omnia comprehendit. Enumerationem similem illi quam legimus apud Polancum, habemus in *Examine generali*, Constitutionibus Societatis praemisso, cap. IV, nº 10 [65] :

« La primera [experiencia] es haciendo Exercicios spirituales por un mes, poco más o menos, es a saber, examinando su consciencia, revolviendo toda su vida pasada y haciendo una confesión general, meditando sus peccados y contemplando los passos y misterios de la vida, muerte, resurrección y ascensión de Cristo nuestro Señor, exercitándose en orar vocal y mentalmente, según la capacidad de las personas, como en el Señor nuestro le será enseñado, etc. »

Repetit Polancus Deum docuisse Ignatium *Exercitia* Minorissae, et quidem sine alio magistro. Vide textos supra allatos et *Instructionem* anni 1564, ubi dicit : « ... y con el exemplo y las conversationes, y con los Exercitios spirituales que sin maestro le avía Dios enseñado a él mesmo para su aprovechamiento, començó a hazer muy notable fructo en muchos próximos, en especial [en] un pueblo de Cataluña, llamado Manresa » (FN, II, 308 ; cf. III, 704).

Dum breviter innuit Polancus controversias occasione *Exercitiorum* suscitatas in Hispania, notat quid in eis novum sit : « Quello che ha dato occasione pare sia la novità, che suol sempre esser soggetta a suspittione ; et dico novità sì della Religione, sì etiam di quel

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

mezzo che suol fra li altri usare, specialmente delli *Essercitii spirituali*, o, per meglio dirsi, della pratica et modo de quelli (che è nova et non così loro in sé » (FN, I, 297). In posterum talibus impugnationibus minor erit locus, cum *Exercitia* a Summo Pontefice approbata fuerint : « Per l'advenire sarà manco occasione di questa parte, per esser la Compagnia ogni giorno più cognosciuta, et perché li Essercitii detti, essendo supplicato a S. Santità per il Ducca di Gandía li facesse esaminare, et trovandoli degni, li approvasse col'autorità apostolica, il Sommo Pontefice lo fece per un Breve, havendo informattione di quelli a chi fu commessa la cosa, qualli furono il suo M° del Sacro Palatio et il Vicario di Sua Santità et il Cardinal de Burgos... » (ib. 297-298).

Alia indicantur a Polanco, quae hoc loco tantum innuimus : Ignatius Minorissae Exercitia tradere coepit, quod primus clare dicit (FN, I, 164 ; II, 262, 527, 532), postea Barcinone, ante iter hierosolymitanum (FN, I, 166, n° 28 ; II, 533, n° 25) et post illud (FN, I, 170, n° 35 ; II, 541, n° 35) ; Compluti (II, 545, n° 40 ; 548, n° 43). Salmanticae *Exercitia* discutiuntur a Dominicanis (I, 176, n° 42), examinanda traduntur baccalaureo Frías (II, 551, n° 46). Lutetiae Ignatius *Exercitia* tradidit doctoribus Martiali Mazurier, Vagli et Alvaro de Moscoso (II, 559, n° 59) ; item Petro de Peralta, Ioanni de Castro et Amatori (Amador) de Elduayen (I, 179, n° 49 ; II, 560, n° 60). Propter *Exercitia* Ignatius persecutionem passus est (FN, I, 181, n° 50 ; II, 561, n° 62). Inquisitor Valentinus Liévin ab Ign. petiit *Exercitia*, quae ipse sibi descripsit (FN, II, 561, n° 62 ; cf. *Acta*, n° 81 ; FN, I, 480).

Lutetiae Ignatius *Exercitia* dedit sociis qui ei stabili modo adhaeserunt : Petro Favre (FN, I, 182, n° 52 ; II, 564, n° 64) ; Francisco Xaverio (FN, I, 183, n° 53 ; II, 263, n° 6 ; 309, n° 9 ; 565, n° 65) ; Iacobo Laínez, Alfonso Salmerón, Nicolao Bobadilla, (FN, I, 183, n° 53 ; II, 565-66, nn. 66, 67) ; id expresse non dicit de Claudio Iaio, Simone Rodrigues, Paschasio Broët, Ioanne Codure. Hi primi socii, post peracta *Exercitia*, ope orationis conservabantur (FN, I, 184, n° 55 ; II, 568, n° 71).

Decursu temporis, secundum Polancum fecerunt *Exercitia* baccalaureus Hoces (FN, II, 574, n° 80) ; alii Venetiis (ib.) Romae (I, 116, n° 78 ; 267, n° 12 ; II, 585, n° 96) ; Petrus Ortiz in Montecassino (II, 585, n° 95) ; alii Romae (I, 196, n° 78 ; 200, n° 83 ; 271, n° 19 ; II, 588, n° 101). Cardinalis Gaspar Contarini « sua ipse manu Exercitia spiritualia descripsit » (II, 585, n° 96). Confer : « ... et il Cardinale Contareno, per la devotione ch'ebbe col Padre Ignatio, volse che li desse gli Esercizi spirituali, li quali scrisse il Cardinale di sua

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

mano propria et le teneva fra le sue cose rare ». (Testimonium P. Benedicti Perera in processibus canonizationis S. Ignatii, MI, *Scripta*, II, 872) ; MAFFEI, *Vita P. Ignatii* l. II, c. VI.

P. NADAL

P. Nadal saepe egit de *Exercitiis* in suis scriptis, ab a. 1554 ad 1577. Eius testimonium magni momenti est, quia nemo fortasse ut ille fuit sollicitus de rebus ignatianis cognoscendis. Persuasum sibi habebat S. Ignatii vitam esse Societatis Iesu veluti fundamentum : « in cuius [Ignatii] actis tota vita Societatis continetur » (FN, II, 404). Ideo in omnibus fere suis operibus de Societatis instituto, saltem brevem vitae S. Ignatii narrationem praemittebat, ut medium aptissimum ad Societatis notitiam adipiscendam. Nadal auctor Ignatio fuit vitae suae narrandae (*Acta* nn. 1*-4* : FN, I, 354 ss., cf. FN, II, 7*, 407, 446-447). Praeter ea quae ex ipsius Ignatii sociorumque ore excepit, scripta legit Patrum Laínez, Polanco, Ribadeneira aliorumque qui de Ignatio egerunt.

Dicta Natalis non singula seorsim accipienda sunt, sed in eorum complexu contextuque perpendenda. Ratio est quia Nadal non scripsit opus stricto sensu historicum, sed documenta indolis apologetiae et paraeneticae.

Ante omnia recensendi sunt eventus, prout a Nadal referuntur. Eos desumimus praecipue e Natalis *Apologia* Societatis contra doctores parisienses, et ex *Dialogis* contra protestantes.

In sua conversione legit Ignatius « *Vitam Christi* ex Carthusiano et librum qui *Flos Sanctorum* inscribitur, ubi narrantur gesta sanctorum, utrumque hispanice, nam latine nesciebat » (FN, II, 404). Quae in Monte Serrato et primis mensibus vitae Minorissanae evenerunt, abundantius describuntur in *Dialogis* : « Sacrificio vero missae audito, sumpta sacra Eucharistia, secessit ad paenitentiam agendam in oppidum vicinum, cui nomen est Manresae » (FN, II, 237). E Natalis testimonio argumentum erui nequit ad asserendam longiorem commorationem Ignatii in Monte Serrato, nec contra eius claras affirmationes adducere licet eius *Apologiam* pro *Exercitiis* (EN, IV, 826), de qua postea.

Secundum Nadal, Ignatius *Exercitia* scripsit Minorissae, quo se contulit post brevem commorationem in Monte Serrato (FN, II, 116) :

« Fuit illius methodi Exercitiorum auctor P. Ignatius, Dei beneficio atque instinctu. Et quidem eo tempore, quo ad paenitentiam et orationem ad urbem Manresam secessit, longe a patria, in Cathaloniam, Hispaniae inferioris provinciam. Secessit enim ut ipse spiritualiter exerceretur et paenitentiae operam daret. Quae igitur ipse experientia comperit sibi profuisse,

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ex iis quae omnibus putavit fore utilia, ea in libellum redegit ». (*Exhortatio* 6ª, EN, V, 842).

« Aquí le comunicó N. S. los Exercicios, guiándole desta manera para que todo se empleasse en el servicio suyo y salud de las almas ; lo qual le mostró con devoción specialmente en dos exercicios, scilicet, del Rey y de las Banderas. Aquí entendió su fin y aquello a que todo se devía applicar y tener por escopo en todas sus obras, que es el que tiene ahora la Compañía » (FN, I, 307 ; EN, V, 403 ; cf. etiam FN, II, 241 ; EN, V, 613, 782).

Secundum Nadal, Ignatius accepit *Exercitia*, quae Deus illi communicavit (FN, I, 307) vel inspiravit (*Scholia in Constitutiones*, p. 154), per orationem (FN, II, 241). « Nihil fere habent *Exercitia* quod non in aliis libris reperiatur » (EN, V, 90). Quod eis specialem efficacitatem confert est eorum specialis methodus et finis intentus.

In secessu minorissano clare distinguit Nadal tres periodos : prima : « magna cum alacritate animi atque aequabilitate magnoque cum fructu » (FN, II, 237) ; altera, distincta fuit animi agitationibus scrupulisque : « Successerunt mirandae rerum interiorum vicissitudines... » (FN, II, 238) ; tertia caelestium illustrationum : « Nam illas turbas cogitationum excoepit animi tranquillitas admiranda », una cum divinis illustrationibus, quas inter illa eminet quae eximia dicitur (FN, II, 238-239). *Exercitia* hoc loco collocat Nadal :

« Per idem hoc tempus accepit per orationem illas meditationes quas isti Patres Exercitia spiritualia appellare solent, quae sunt orationis quaedam methodus, ac eam litteris mandavit ; qui liber fuit postea a Sede Apostolica probatus » (FN, II, 241 ; EN, V, 613).

Nota hoc loco a Nadal *Exercitia* vocari « meditationes », sicut antea a Laínez et a Polanco factum fuerat (FN, I, 80, 163) ; vocantur etiam « orationis quaedam methodus ». Idem fere repetit alio loco:

« Dedit nobis de sua bonitate Deus, attribuit Sedes Apostolica insigne illud ministerium iuvandi et nos et proximum per Exercitia spiritualia, id est, per doctrinam et methodum meditationis, contemplationis et orationis » (EN, V, 842).

In adhortationibus complutensibus a. 1561 compositionem *Exercitiorum* hoc modo enarrat Nadal :

« En este tiempo, con lo que él devía de leer y el Señor le comunicava en la oración en su alma, començó a notar los punctos y exerçiçios de la primera semana, que son meditaçiones de peccados, infierno y juiçio, en las quales sentía dolor y contrición y lágrimas de sus peccados, que es lo que se pretende en aquella primera semana » (FN II, 190 ; EN, V, 274-275).

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Paulo post addit :

« Y después de averse exerçitado en algún tiempo en los punctos que llamamos de la 1ª semana, el Señor lo llevó más adelante, y començó a meditar en la vida de Cristo nuestro Señor, y a tener en ella devoción y desseo de imitarla ; y luego en este mismo puncto tubo desseo de ayudar al próximo, y assí lo haçía en pláticas y conversaçiones particulares a los que podía ». Ibid.

Notandum est secundum Nadal studium Ignatii iuvandi proximos incepisse tempore *Exercitiorum* et connexum fuisse cum meditatione mysteriorum vitae Christi.

Exercitiorum compositionem reponit Nadal post eximiam illustrationem in adhortationibus coloniensibus a. 1567 :

« Hactenus versatus est quasi in probatione Exercitiorum, atque tum quidem temporis conscripsit Exercitia » (FN, II, 406).

Quasnam *Exercitiorum* partes scripserit Ignatius Minorissae nos docet Nadal : 1º Puncta et exercitia primae hebdomadae, ubi includuntur meditationes de peccatis, de morte, de iudicio (vide textum supra allatum e FN, II, 190) ; 2º Exercitia secundae hebdomadae, cum meditationibus de Christi vita (ibid.). Nadal expresse reponit hoc loco meditationes de Regno Christi et de duobus Vexillis : « Aquí le comunicó N. S. los Exercicios, guiándole desta manera para que todo se emplease en el servicio suyo y salud de las almas, lo cual le mostró con devoción specialmente en dos exercicios, scilicet, del Rey y de las Banderas. Aquí entendió su fin y aquello a que todo se debía aplicar y tener por escopo en todas sus obras, que es el que tiene ahora la Compañía » (FN, I, 307 ; EN, V, 40). Saepe etiam loquitur Nadal de his duobus exercitiis, non determinato tempore quo scripta sunt.

De evolutione textus agit Nadal in sua apologia pro *Exercitiis* contra Thomam de Pedroche O. P., qui in Ignatium movit accusationem illuminismi, eo quod sine litteris opus suum conscripsisset. En tibi verba Natalis :

« At vero sine litteris fuit. Ubi primum bonam Exercitiorum partem scripsit, nondum litteras attigerat ; nam postquam de terra egressus sua, de cognatione sua ac domo, ut primum se comparabat ad eluenda per contritionem et confessionem peccata, quae meditationes illas vehementius iuvabant, illas in libello describebat. Tum, ubi meditabatur in Iesu Christi vita, idem factitabat ; sed ita tamen ut non illa solum, quae tunc scribebat, sed cogitationes omnes, quae spiritus viderentur, suo confessario, viro pio ac docto, summa diligentia ac fide manifestaret, necubi propter litterarum ignorantiam periclitaretur » (FN, I, 318).

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Paulo inferius additit :

« Post consummata studia, congessit delibationes illas Exercitiorum primas, addidit multa, digessit omnia, dedit examinanda et iudicanda Sedi Apostolicae » (ib. p. 319).

Duo tempora distinguit Nadal in compositione libri *Exercitiorum* : primum antequam Ignatius litteras didicisset. Tunc « bonam Exercitiorum partem scripsit ». Meditationes quae eum in spiritu adiuvabant, « illas in libello describebat ». Hoc fecit dum se, per contritionem et confessionem, parabat ad eluenda peccata, ac deinde « ubi meditabatur in Iesu Christi vita ». Altera periodus fuit « post consummata studia ».

In hoc textu nonnulla declaranda sunt. Clarum est, ante omnia, illum intelligendum esse in connexione cum reliquis Natalis textibus. Locutio adverbialis « ubi primum » idem valet ac italic. « tosto che », hisp. « luego que, tan pronto como » [1]. Alia locutio « ut primum » idem est ac « ut », cum adiecto « primum » ad maiorem vim. Exempla : « Ut primum potestas data est » (Cicero). « Ut primum in contione provinciam deposuerim » (Cicero) [2]. Non ergo significat « prima vice » qua Ignatius confessionem fecit, ut aliqui voluerunt. Nadal, ut supra vidimus, repetivit Ignatium *Exercitia* Minorissae confecisse. Eius verba hoc loco eandem rem indicant, nisi velimus ut Nadal sibi non constet. Ignatium semetipsum parasse ad eluenda per contritionem et confessionem peccata, non intelligendum est, e Natalis mente, de « prima » confessione facta in Monte Serrato, sed de labore purificationis cum confessione generali Minorissae repetita, de qua ipse Nadal atque etiam Ignatius in *Actis* (nº 23, p. 394) verba faciunt. Quisnam fuerit confessarius « vir pius et doctus » cui Ignatius res suas manifestavit, non dicitur a Natali, sed si eius dictis stare velimus de *Exercitiis* factis Minorissae, intelligendus est « doctor » ecclesiae cathedralis (Seo) minorissanae, qui ab Ignatio vocatur « hombre muy espiritual ». Agi potest etiam de aliquo Patre dominicano, vel etiam de Ioanne Chanon, si, ut probabiliter asseritur, Ignatius eum identidem, Minorissâ in Montem Serratum ascendens, convenit.

« Post consummata studia » indicat tempus quod discessum Ignatii ex urbe Parisiensi significat (id est, post tempus vernum a. 1535). Ignatius studia absolvere cogitavit Bononiae, quo pervenit mense decembri ipsius anni, sed infirmae valetudinis causa Venetias se contulit, ubi socios exspectavit per totum annum 1536, donec ineunte a. 1537 ibi rursus omnes congregati sunt. Ignatius se studia absolu-

[1] FORCELLINI, *Lexicon totius latinitatis*, IV, 847.
[2] Ibid. 886.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

turum sperabat tempore quadragesimali illius anni, scribens enim, die 12 februarii 1536, Iacobo Caçador, ei dicebat : « acabado mi estudio, que será desta quoaresma presente en un año ... » (MI, *Epp.* I, 95-96). Die autem 1° novembris eiusdem anni 1536 scribebat cuidam dominae Mariae, Lutetiae commoranti : « ... me hallo bueno de salud corporal, esperando la quaresma para dexar los trabajos literarios por abraçar otros mayores y de mayor momento y calidad » (ib. 724). Tempore quadragesimali a. 1537, socii Ignatii Romam petierunt, ut veniam a Summo Pontifice impetrarent ad peregrinationem hierosolymitanam peragendam ; Ignatius Venetiis remansit. Post sociorum ex Urbe reditum, dum tempus ad peregrinationem inchoandam exspectant, in varias urbes ditionis venetae se contulerunt. Ignatius Vicetiam venit, donec mense octobri cum Fabro et Laínez Romam contendit, spe tandem peregrinationis peragendae amissa. Per id tempus, inde a commoratione in urbe Vicetia, magnas habuit Ignatius spirituales consolationes (*Acta* n° 95, p. 494). Fortasse ultimam manum imposuit *Exercitiis*, eo tempore, usque ad mensem iulium anni 1541, nam die 9 huius mensis et anni, Ioannes Baptista Vicla finivit transcriptionem *Versionis primae*. Iam, ut par est, textus hispanicus ante versionem latinam perfici debuit.

Sed de tempore quo Ignatius ultimam manum *Exercitiis* apposuit, postea dicendum erit (p. 32-33).

De *Exercitiis* aliis traditis ab Ignatio saepe agit Nadal. Studium iuvandi animas concepit ille in *Exercitiis* : « Iam enim inde postquam devotionem animi per exercitia illa concepit, totus propendere incepit ac ferri ad proximorum salutem procurandam » (FN, I, 318-319). In *Adhortatione 6ª* dicit : « His Exercitiis, quoad vixit, ab initio usque suae conversionis usus est et pro se et pro aliis » (EN, V, 842). Quid simile dixerat in Hispania, a 1554 : (FN, I, 306 marg.) et a. 1561 Compluti (FN, II, 173). Minorissae animas iuvare incepit colloquiis piis (FN, II, 190), quibus agebat de vitiis vitandis deque virtutibus amplectendis ; praecipue vero curabat ut ad sacramenta paenitentiae et eucharistiae homines accederent, ut orationi bonisque operibus vacarent (FN, II, 66). Compluti tradidit *Exercitia* doctrinamque christianam declaravit (FN, II, 69, 71, cf. 246-248). Salmanticae interrogatus fuit Ignatius de *Exercitiis* (FN, II, 74, 249). Lutetiae « colloquiis enim piis, consiliis, exercitationibus spiritualibus, multos ad fructum purioris vitae induxit » (FN, II, 77). Ibi Inquisitor Ignatio dixit « sibi tamen gratum fore, quae scripserat de Exercitiis spiritualibus videre. Ea scripta cum accepisset et placuissent admodum, rogavit ut exemplar unum sibi relinqueretur » (FN, II, 78). Primos socios Ignatius acquisivit per *Exercitia* (ib. 79, 252, cf. EN, V, 843). Venetiis *Exercitia* tradidit primariis viris (ib. 81, cf. 254) et baccalaureo Ho-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ces, qui sociis se adiunxit (ib.) *Exercitia* spiritualia numerabantur inter apostolica ministeria a sociis exercenda dum opportunitatem peregrinationis exspectabant (ib. 84). *Exercitia* tradiderunt socii Romae (ib. 86, cf. 260).

Notandum est testimonium Patris Nadal sibi proponentis quaestionem undenam Exercitiis proveniat efficacia quae ab omnibus agnoscebatur. Illud infra transcribemus (vide p. 34).

Nihil mirum si Ignatius, vim in *Exercitiis* a Deo repositam agnoscens, ea magni fecerit :

« Huic ministerio P. Ignatius tantum tribuit, quantum potuit » (EN, V, 845). Et in adhortationibus coloniensibus : « De Exercitiis dicebat P. Ignatius, quod nullum esset efficacius remedium » (EN, V, 787). Exercitia sunt Societatis Iesu proprium ministerium : «...nuestros Exercicios spirituales, este modo particular que a dado nuestro Señor a la Compañía de tratar las cosas interiores y spirituales » (Adhortat. complutenses : EN, V, 382).

P. Ribadeneira

P. Ribadeneira de compositione libri *Exercitiorum* agit in capite VIII libri primi *Vitae S. Ignatii.* Textus hispanus huius capitis incipit his verbis :

« En este mismo tiempo, con la suficiencia de letras que avemos dicho que tenía (que era solamente leer y escrivir), escrivió el libro que llamamos de los Exercicios espirituales, sacado de la experiencia que alcançó y del cuydado y atenta consideración con que yva notando todas las cosas que por él passaron. El qual está tan lleno de documentos y delicadezas en materia de espíritu y con tan admirable orden, que se vee bien la unción del Espíritu santo averle enseñado, y suplido la falta de estudio y dotrina » (FN, IV, 135).

Verba « en este mismo tiempo » significant tempus commorationis S. Ignatii in urbe Minorissa, de qua in praecedentibus fit sermo, et quidem tempus divinarum illustrationum quae tentationes subsequutae sunt. De his agit in capite VII : « Cómo passadas las tentaciones, le consoló Dios nuestro Señor ». Notandum est verba : « con la suficiencia de letras que avemos dicho que tenía (que era solamente leer y escrivir) » addita esse manu propria ab auctore in margine textus hispanici manuscripti *Vitae* (vide FN, IV, 135, apparatum). Idem dicatur de verbis : « El qual está tan lleno de documentos [...] falta de estudio y dotrina ».

In processibus, inter argumenta ad probandam Ignatii sanctitatem, adducit hoc : « el averle enseñado Dios, siendo hombre que aún

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

no avía estudiado, y dádole el medio de los Exercicios spirituales » (MI, *Scripta*, II, 159, cf. 848 nº 5).

Idem repetit Ribadeneira in epistola ad P. Girón :

« A esto respondo que para que Dios enseñe y alumbre a una alma, no tiene necessidad de estudios ni latín, y lo que nuestro Padre escrivió en el libro de los Exercicios, no fue por averlo estudiado ni aprendido en los libros, sino por avérselo enseñado Dios y averlo experimentado en sí mismo ». (FN, III, 600).

In processu remissoriali a. 1606, inter causas ob quas Ribadeneira reputavit Ignatium sanctum esse, adest

« 5ª : ex libro Exercitiorum, quem cum esset Manrese, et aliud nesciret quam legere et scribere, tunc temporis composuit » (MI, *Scripta*, II, 848).

Ex his patet Ribadeneiram inculcare voluisse Dei interventum in compositione libri *Exercitiorum*, cum scripta fuerint ab eo qui studia nondum fecerat. Sunt etiam fructus internae observationis et experientiae rerum spiritualium.

Loquitur Ribadeneira de fructu per *Exercitia* a multis percepto, praecipue ab iis « qui de vitae genere deligendo consultant, idque constituere ex divina voluntate cupiunt » (FN, IV, 136).

Exercitia vocantur etiam « spiritalis propriae cognitionis schola » (FN, IV, 136).

De *Exercitiis* ab Ignatio traditis silet Ribadeneira usque ad tempus commorationis S. Ignatii in urbe Compluto (FN, IV, 178). Salmanticae *Exercitia* dedit examinanda iudicibus (ib. p. 192-194). Lutetiae ea tradidit Petro Favre « para acabarle de perficionar » (ib. 231). Inquisitor Liévin librum *Exercitiorum* habere voluit : « ... ya que estava allí, que le rogava que le mostrasse su libro de los Exercicios spirituales. Diósele Ignacio y leyóle el buen Inquisidor, y agradóle tanto, que pidió licencia para trasladarle para sí, y assí lo hizo » (ib. 219).

P. Ribadeneira die 18 aprilis 1607 epistolam scripsit ad Patrem Franciscum Girón, in qua de *Exercitiorum* origine verba facit. De ea agemus ubi de fontibus litterariis *Exercitiorum* verba faciemus. De interventu Ribadeneirae in depictis imaginibus quae *Exercitiorum* compositionem exprimunt, locus agendi erit ubi de origine supernaturali libri ignatiani quaestionem attingemus (infra, p. 61-62).

Memoriale Patris Gonçalves da Câmara

In nº 91 (FN, I, 581), in margine, notatur Ignatium servasse regulam in *Praesupponendo* [22] contentam, de recte interpretandis proximi propositionibus.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Nº 305 (p. 704). Omnes primi Patres exercitia fecerunt.

In nn. 321-322 (p. 710-711) agitur de versione regulae 14ae « ad sentiendum cum Ecclesia » in versione Vulgata [366], deque controversiis occasione huius loci *Exercitiorum* in Hispania suscitatis. Hanc quaestionem amandamus ad nostram introductionem de Vulgata versione (infra, p. 137).

In n. 226 (p. 659) dicitur Ignatium in suo modo agendi perfecte observasse normas *Exercitiorum*, ita ut eas primum in animo suo plantasse, postea litteris mandasse visus fuerit.

Secundum numerum 312 (p. 708), in *Exercitiis* nihil scripto dandum est. Non oportet loqui cum exercitante de statu perfectionis amplectendo, nisi is iam talem statum in animo suo elegerit.

Nº 313 (p. 708). Ignatius intendit *Directorium* conscribere. Polancus de *Exercitiis* Ignatio quolibet tempore quaesita proponere potest. Sine ulla difficultate eis illico respondere valebit.

Nº 226 (p. 658). Inter socios qui *Exercitia* tradebant, prae aliis eminebat Petrus Faber, quem sequuntur PP. Salmerón, Franciscus Villanueva, Hieronymus Doménech. Franciscus Estrada bene dabat exercitia primae hebdomadae.

Nº 254 (p. 676). *Exercitia* utilia sunt praecipue eis qui vitae statum nondum amplexati sunt, quia tunc maior adest varietas spirituum. Ob eandem rationem utilia sunt tentatis et tribulatis.

Ignatius dicebat neminem in Societate mittendum esse ad collegia, nisi prius exercitia saltem primae hebdomadae fecisset (ibid.).

Stephanus de Garibay

Historicus hic vir, quorumdam S. Ignatii coaevorum amicus, in suo opere *Compendio historial* ..., a. 1571 impresso, brevem relationem inseruit vitae ignatianae, in qua haec habentur de *Exercitiis* :

« De Monserrate fue el sancto varón a las montañas de Manrresa, y allí, aviendo en siete meses en vida heremítica hecho grande penitencia, durante la qual començó a obrar los Exercicios spirituales, que agora, siendo por la Sede Apostolica confirmados, usa la Orden suya, partió para Barcelona... » (FN, II, 454).

Habemus hic testimonium, et quidem primum quod typis impressum est, de *Exercitiis* Minorissae factis. Periodus commorationis Ignatii in urbe Minorissa, quae hic dicitur fuisse septem mensium, ex aliis fontibus primigeniis ad undecim fere menses protrahenda est.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

AUCTOR ANONYMUS (Hieronymus Soriano ?)

Prout alibi diximus (FN, II, 423-424) hic auctor prae oculis habuit scripta Patris Nadal atque etiam alia, ut *Acta P. Ignatii*, sive directe sive per Natalis opera vidit. Nonnulla habet quae in aliis documentis non inveniuntur, ideoque saltem ex parte, documentum independens dicendum est. En tibi quae continet de *Exercitiis* :

« Tandem devenit ad Montem Serratum, ubi, volens perfecte Deo servire, remisit famulos cum equo, et coepit a poenitentia, nam confessus est generaliter uni ex monachis S. Benedicti satis scrupulose. Et postea in vigilia Annuntiationis, volens imitari equites, qui solent, cum novis armis induuntur, totam noctem vigilare, vigilavit et ipse offerens B. Virgini ensem et pugionem, et induens se sacco, et uno calceo in crure adhuc laeso, sine pileo, atque ita se recepit in desertum locum prope oppidum quod dicitur [Manresa], ita ut quotidie accederet ad Missam, ad horas canonicas et contionem. In eo deserto quotidie faciebat quinque vel tres disciplinas, orabat per 7 horas, pane et aqua vescebatur ; diebus dominicis adhibebat parum vini, atque ita fecit Exercitia primae hebdomadae, quae spectant ad vitam purgativam. Et cum in eo loco, qui dicitur Manressa, prope D. Virginem, ageret Exercitia primae hebdomadae, austerissimam vitam agebat. Deinde cum Christi mortem ac passionem meditaretur, coepit magno accendi desiderio iuvandi proximos, ad Christi Domini imitationem, qui in ea re tantum laboris insumpserat ... » (FN, II, 430-431).

Nota hoc loco dici *Exercitia* facta fuisse Minorissae, quorum duae partes attinguntur, exercitia primae hebdomadae « quae spectant ad vitam purgativam », quaeque periodo asperioris poenitentiae correspondent. Loquitur deinde de meditationibus vitae et passionis Christi, seu secundae et tertiae hebdomadae, quo tempore concepit studium iuvandi proximos. Cf. simile dictum Natalis, sup. p. 15.

P. OLIVERIUS MANAREUS (Mannaerts).

In suis adhortationibus haec habemus, quae dependentiam a P. Nadal ostendunt :

« A suae conversationis et vocationis initio, dum se recepisset ad Montem Serratum et ad locum solitarium, praecipue duobus exercitiis vacabat, de duobus videlicet vexillis et de rege ad bellum se comparante contra hostem infernalem et contra mundum ». *Exhortationes* p. 344. (LETURIA, *Estudios*, I, 134).

In suis responsionibus ad quaedam Lancicii postulata, attingit Manareus quaedam puncta ad *Exercitia* spectantia, ut examen particulare (FN, III, 423, 438), de indifferentia (ib. 429), de auctore praefationis editioni principi *Exercitiorum* praemissae (ib. 427).

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Processus canonizationis S. Ignatii

Brevi compendio colligimus ea quae de *Exercitiis* habentur in processibus canonizationis S. Ignatii [1]. In processu ordinario barcinonensi, a. 1595 facto, clara mentio de *Exercitiis* non fit. Mirum est quod articuli a P. Petro Gil, substituto procuratoris generalis Societatis Iesu in Hispania, propositi, de *Exercitiis* sileant [2]. Hac de causa, testes interrogati nihil dicunt de hac re. Quod valet, ob eandem causam, de processibus eodem anno factis Minorissae et in Monte Serrato.

In processu remissoriali barcinonensi a. 1606, rotulus Patris Paschalis Paoli, Societatis Iesu procuratoris generalis, de libro Exercitiorum agit in articulo 29º : *De oratione et illustrationibus* :

« Cum dictus P. Ignatius, adhuc poenitens et laicus, in continuis orationibus et meditationibus Manrese occuparetur, permultas illustrationes habuit, quibus et experientia quotidiana ac virtutum exercitationibus illuminatus, libellum quendam composuit, in quo modum orandi et meditandi et disponendi animam ad tollenda vitia et affectus inordinatos, et querendi ac inveniendi divinam voluntatem circa vitae suae institutionem et salutem, ac quotidie magis in oratione et meditatione proficiendi, docuit, quem Exercitia spiritualia appellavit » [3].

---

[1] Processus in ordine ad canonizationem S. Ignatii modo incompleto, prout tunc noscebantur, editi sunt a. 1918, il vol. MI, *Scripta de S. Ignatio*, II, 262-932. Post hanc editionem inventum est exemplar authenticum integrum versionis latinae horum processuum Romae, in Bibliotheca *Innocenziana*, quae nomen debet Innocentio X (Ioanni Baptistae Doria Pamphili), qui, cum esset Sacrae Rotae auditor, fuit unus e causae canonizationis S. Ignatii iudicibus. De hoc exemplari vide C. de Dalmases, *Una copia auténtica desconocida de los procesos remisoriales para la canonización de S. Ignacio. Texto inédito del proceso remisorial de Montserrat*, in *Analecta Sacra Tarraconensia*, 15 (1942) 129-170. Successivo tempore Barcinone repertus est textus originalis processus facti Barcinone, Minorissae et in Monte Serrato. Est textus notarii Ioannis Pareja. Servatur Barcinone, in : Archivo histórico de Protocolos, legajo 1º de Juan Pareja, sign. : 5-5-E. Continet depositiones ab hoc notario exceptas, desunt tamen eae quae ab alio causae notario, Ioanne Terés, sumptae sunt, cuius manuscriptum non inventum est. De textu notarii Pareja vide F. de P. Solá, *El original del proceso para la canonización de San Ignacio de Loyola, celebrado en Barcelona, Manresa y Montserrat*. in *Estudios históricos y documentos de los Archivos de Protocolos*, Barcelona, 1 (1948) 9-40. Ibi habentur descriptio textus et paucae testium depositiones. De Ignatii processibus vide, etiam inter alia : J. Calveras, *San Ignacio de Loyola en Montserrat y Manresa a través de los procesos de canonización*, Barcelona (Editorial Librería Religiosa) 1956.

[2] MI, *Scripta*, II, 269-271 ; Calveras, *S. Ignacio en Montserrat y Manresa*, p. 225.

[3] MI, *Scripta*, II, 554.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Huic articulo testes vocati respondent affirmative, sed modo generali, expressam de Exercitiis mentionem omittentes : Primus testis barcinonensis, Revdus. Onuphrius Paulus Cellers (MI, *Scripta*, II, 604) ; septimus, Revdus. Paulus Pla (p. 615) ; vigesimus sextus, Oriens Sagristà Pasqual, Ioannis Pasqual filia (pp. 633-634) ; vigesimus septimus, Angela Pasqual (p. 637-638) et undetrigesimus, Agnes Pasqual, Ioannis Pasqual filiae ; Soror Marianna Edo, monialis monasterii Sancti Hieronymi (p. 692).

Cum inedita sit lumenque nostro argumento afferre possit, edimus Agnetis Pasqual responsionem, lingua catalaunica expressam, ad dictum articulum 29[m] :

« Dixit que també ha oÿt al dit son pare, Joan Pasqual, que lo pare Ignasi era gran penitent, donat en gran manera a la oratió, per feer aquella anant de dia per les iglésies, fent en aquelles agenollat oratió ab gran devoció, oÿe devotament la missa, les vespres y completes, y que quant lo pare Ignasi fonc en Manresa, que ere un simple laich, se donà y exercità en oracions, contricions y grans meditacions. Deye que tingué en Manresa moltes il·lustracions ab sa vida santa y exercici de les virtuts. Ensenyava en Manresa als homens y dones y jovens de orar y meditar y de saber dispondre l'ànima y consciència y dexar los vicis ; y que per Manresa ab gran humilitat anave ensenyant la doctrina christiana [...]. F. 60r. Y se recorda molt bé ella testimoni que hoý dir al dit son pare que quant lo pare Ignasi vingué a estar en casa de dit son pare, dormia ab dit Joan Pasqual, qui leshores ere jove y no casat, que deye que lo pare Ignasi en la cambra y en lo llit li ensenyava la doctrina christiana y lo modo com havia de fer la oratió, y deya lo dit son pare que lo dit pare Ignasi, pensant que dit Joan Pasqual dormia, se exsie del llit y se agenollave en terra, unes voltes fent oració ab les mans plegades, altres voltes lensat en terra en forma de creu. la cara en terra, y altres voltes agenollat ab los braços estesos com St. Francesch, y que quant se'l mirava, li veya resplandir lo cors, cara y ulls. Altres voltes, tant de nits com de dies lo trovave y oýe dins la cambra posat en oratió ab gran rapto y llevat molt alt sobre la terra, també resplandent sens fer ningún moviment, y que quant tornava se posave a besar la terra, dient : — O, Señor, si los hombres hos conociesen, no os offenderían, sino que os amarían — ; y si quant ere al llit conexie que dit Joan Pasqual, pare d'ella testimoni, ne hagués hagut algún sentiment, li deya, acostant-se al llit : — Calla, dormi, hijo — ; y que son tantes les coses que en aquest propòsit ha enteses a dir de la santedat, perfectió y virtuts del dit pare Ignasi al dit pare d'ella testimoni, quant vivie, y als dits Miquel Canyelles y Joan Torres, que may acabarie ni baste la memòria » [4].

Praeter ea quae hic dicuntur de oratione et aliis pietatis operibus S. Ignatii, notetur eius modus docendi proximos « ad orandum, meditandum, ad ***disponendam animam*** et conscientiam et ad vitia relinquenda », quae referri possunt ad *Exercitia*.

---

[4] Barcelona, Archivo de protocolos, legajo 1º de Juan Pareja, f. 59v-60r.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Testis quadragesimus secundus, Iacobus de Agullana, sic respondet eidem articulo 29º :

« Super vigesimo nono articulo dixit se in interrogatoriis retulisse que audierat et sciret de libro exercitatorii spiritualis, composito in civitate Minorisse per B. Patrem Ignatium, dum adhuc idiota esset, sed divino spiritu ductus et repletus » [5].

Notandum tandem est testimonium testis quintidecimi, Iacobi Raimundi Vila, articulo 60º respondentis :

« ... ipse testis accessit ad dictum oppidum Minorissae, et vidit magnam devocionem quam in dictum Patrem Ignatium habebant, precipueque magnus concursus gentium ad speluncam ubi fecit penitentiam et ordinavit librum quem Exerciciorum appellant ... » [6].

Iacobus de Agullana dicit *librum*, quem « exercitatorium spirituale » vocat, scriptum esse a sancto Ignatio Minorissae ; Iacobus Vila addit illum « ordinatum » esse in spelunca.

In processu remissioriali minorissano eiusdem a. 1606, articulo vigesimo nono respondent, sed mentionem de *Exercitiis* non faciunt, testes primus, Revdus. Valentinus Paratje (MI, *Scripta*, II, p. 699) ; decimus, Montserratus San Miquel (p. 715) ; duodecimus, Franciscus Capdepòs (p. 720) ; quintusdecimus, Petrus Corrons (p. 724).

Idem Petrus Corrons, in responsione ad articulum decimum sextum, loquitur de « ... la cova o spelunca ahont tenen tots per cosa certa, segons los dits dels vells [...] que lo pare Ignasi se retirave y feye oratió y també en la església de Viladordis, ahont també anave a fer oratió, hi va gran concurs de gent » [7]. Similiter loquuntur Mauritius Bertrán, Agnes Mollona, Mauritius Cardona [8].

Mentione digna est depositio testis sexti processus minorissensis, Revdi. Francisci Puig, qui respondens ad decimum articulum interrogatorii, dicit :

« Recitabat etiam ipsa Dna. Canyelles eidem testi, se una cum Dna. Amiganta, Dna. Roviralta, Dna. Clavera, et aliis honestis mulieribus vitae exemplaris huius oppidi, solitam esse accedere ad sacellum sanctae Luciae, situm ad latus iuxta hospitale pauperum infirmorum, tunc in hoc oppidum declinantium, et ibi audire a dicto Patre Ignatio spiritualia exercitia, in quibus exercitiis precipue hortabatur auditores ut fugerent peccata et virtutem

---

[5] Ibid. f. 86r.

[6] SOLÁ, *El original del proceso*, p. 36. Integra depositio huius testis editur ibid. pp. 28-37 ; eiusdem fragmenta in MI, *Scripta*, II, 622-624. Cf. CALVERAS, *S. Ignacio en Montserrat y Manresa*, 228-229.

[7] Legajo 1º de Juan Pareja, f. 187v. In MI, *Scripta*, II, abest.

[8] Ibid. ff. 174r, 194v, 197v respective.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

amplecterentur, orationis assiduitatem amarent, sacramentaque penitentiae et eucharistiae frequentarent, et alia quamplurima spiritualia documenta eis tradebat »[9].

Ex his verbis aliquatenus haurire licet quaenam ex Exercitiis Ignatius tradiderit Minorissae, nescimus tamen quousque se extenderint illa « quamplurima spiritualia documenta ». Haec verba conferantur cum Polanci declaratione supra allata (p. 11)[10].

Alii testes minorissenses agunt de « documentis spiritualibus » piis feminis aliisque ab Ignatio datis[11], quibus verbis videntur indicari *Exercitia*. Quaedam piae feminae expressis verbis asserunt se, in sacello Sanctae Luciae : « audire a dicto Patre Ignatio spiritualia exercitia, in quibus exercitiis praecipue hortabatur auditores ut fugerent peccata et virtutes amplecterentur, orationis assiduitatem amarent, sacramentaque penitentiae et eucharistiae frequentarent ; et alia quamplurima spiritualia documenta eis tradebat »[12].

Novem testes, monachi monasterii Montis Serrati, in processu ibi a. 1606 interrogati, de *Exercitiis* silent[13]. Eorum dicta excludunt longiorem Ignatii commorationem in dicto monasterio vel in vicina solitudine, dum e contra agunt de locis ubi Ignatius versatus est dum Minorissae versaretur, inter alia, « speluncam quae est extra dictum oppidum Minorissae, prope flumen Cardenerium »[14] : (testis quintus P. Ioachim Bonanat). Vide etiam declarationes testis primi, Patris Antonii Jutge, et sexti, P. Iacobi Campmany[15].

Testium montserratensium testimonia de libro *Ejercitatorio de la vida espiritual* Ignatio a P. Chanon tradito colligemus ubi de fontibus Exercitiorum agemus[16].

Inter testes aliorum processuum memoria digni sunt : primus toletanus, Petrus de Ribadeneira[17] ; primus Flandriae, Oliverius Manareus[18] ; secundus Flandriae, P. Franciscus Costerus (De Costere). En tibi huius responsionem ad articulum tertium decimum :

---

[9] MI, *Scripta*, II, 709.

[10] Cf. FN, I, 164 ; II, 262, 527, 532.

[11] MI, *Scripta*, II, 722, 723, 743, cf. ibid. 369. CALVERAS, op. cit., 229-232.

[12] MI, *Scripta*, II, 709 ; CALVERAS, op. cit. 229.

[13] Integrum processum montserratensem vide editum apud DALMASES, *Una copia* ... pp. 137-168.

[14] Ibid. p. 155.

[15] Ibid. pp. 144, 158 respective. De spelunca in qua Minorissae secedebat Ign. v. MI, *Scripta*, II, 360, 391, 701, 709, 728, 734, 745, 751, 806, 861, 594.

[16] Infra p. 49.

[17] MI, *Scripta*, II, 848, 5°.

[18] Ibid. 889-890. Cf. sup. p. 21.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

« Vidisse Romae exemplar authenticum Constitutionum ipsius Societatis a P. Ignatio factarum, et se scire ab eodem compositum librum Exercitiorum spiritualium, plenum spiritualibus documentis, in maximum Ecclesiae Dei et Societatis auxilium, cuius auctor indubitanter vivus adhuc P. Ignatius ab omnibus habebatur » [19].

Summam processuum instituerunt Sacrae Romanae Rotae auditores, causae iudices, in eorum relatione ad Summum Pontificem, quorum haec sunt verba de re nostra :

« Et primo, magna rerum spiritualium cognitio quam habuit [Ignatius] in faciendis suis Exercitiis spiritualibus, de qua deponunt de certa scientia primus Toleti, super vigesimo nono et iuxta decimum quintum, in quinta ratione ; primus Flandriae, super eodem vigesimo nono ; et 2[s] iuxta decimum tertium ; et de publica voce et fama, decimus quartus Minorissae, super 7[o] ; vigesimus quintus super 24[o] ; et 10[s], 19[s], 27[s] et 42[s] remissoriales barchinonenses super 7[o] ; et ex lectione dict[o]rum Exercitiorum satis apparet. Et cum dicta Exercitia sint pietate et sanctitate plena, et ad spiritualem profectum utilia et salubria, ut ex sententia inquisitoris, Vicarii Urbis et Sacri Palatii Magistri, attestatur Paulus III in suis litteris apostolicis confirmationis dictorum Exercitiorum, factaque fuerint eo tempore quo dictus Pater erat idiota, et literarum ignarus; utique cogimur fateri dictam cognitionem et lumen supernaturaliter infusa potius quam acquisita fuisse, ut de scientia Sancti Bonaventurae dixit Pavinus in relatione eius canonizationis, par. 1°, art. 2° » [20].

ALIA TESTIMONIA

P. Antonius de Araoz. In exhortatione quadam, a. 1563 mense iunio habita, haec dixit de Exercitiis :

« No ha avido cosa por que tan perseguida haya sido la Compañía y exercitado el P. Ignatio y todos, como por los Exercicios. Y véase la gracia de Dios en ellos. Jesús Nazareno, enseñóselos al P. Ignatio (como piadosamente creemos) el Spíritu Santo, que aún no sabía gramática en los Pyrineos, en aquella penitencia tan áspera etc ». (FN, III, 789-790).

P. Ioannes Antonius Valtrino. Hic auctor in *Vita* Ignatii, annis 1591-1593 conscripta, multa e fontibus primigeniis hausit. Eius dicta vim habent quae a fontibus provenit. (De Valtrini fontibus vide FN, III, 336-337). Utile tamen est hoc loco subiungere synthesim ab hoc auctore factam :

« Laonde havendo in Manresa ricevute da Dio mirabili illustrationi et insieme il dono di meditare et orare mentalmente, et havendo provato grande varietà di spiriti, con la riflessione ch'egli faceva delle cose sue, et co'l lume che Dio gli havea dato, non li fu difficil cosa porre insieme alcune regole

[19] Ibid. 840.
[20] Ibid. 1009.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

et essercitii con i quali si era aiutato, come il modo di essaminar la coscienza, di far la confessione generale, le meditationi della vita di Cristo e di accender l'anima all'amore spirituale, i varii modi di orare et altre cose. Le quali, insieme con quelle che havea cominciato ad osservare in Loiola, havendole poi col tempo e con maggior osservatione accresciute e poste in ordine, ne fece quel libbro che chiamiamo degli Esercitii ; la cui utilità, essendosi sperimentata esser grandissima in ogni sorte di persone, fu dalla Santa Sede Apostolica approvato, come al suo luogo si dirà » (FN, III, 365).

P. Nicolaus Lancicius. Etiam hic auctor attenta consideratione dignus est quia multa collegit e fontibus primigeniis in archivo Societatis inventa (v. FN, III, 641-642, 688-690). De *Exercitiis* haec habet :

« In illa vita [*Acta* seu Autobiographia ignatiana] ab ipsomet S. P. Ignatio per partes narrata P. Consalvo, refertur S. P. Ignatium ei dixisse haec, ex quibus evidenter apparet Exercitia eum non accepisse ab ullo benedictino, sed fecisse ipsum Manresae dum adhuc esset idiota, et non sciens plus quam legere et scrivere » (FN, III, 689-690).

Exercitia facta sunt ab Ignatio et quidem sine magistro (ibid. 691-692), sed a Deo revelata (ib. 704).

2. Processus compositionis libri exercitiorum

Postquam testimonia collegimus de compositione libri *Exercitiorum*, brevi veluti conspectu proponimus gressus praecipuos evolutionis textus, prout e primigeniis fontibus erui possunt.

1. *Ignatium fuisse auctorem libri demonstratione non eget.* Implicite id ipse agnoscit, ubi dicit : « che gli essercitii non gli havea fatti tutti in una volta » (*Acta*, n. 99, p. 504). Unanimi consensu id asserunt testes, inter quos : Laínez, *Epistola*, n. 12 : FN, I, p. 82 ; Polanco, *Summ. hisp.* nº 24 : FN, I, p. 163 et *Vita latina*, FN, II, 527 ; Nadal : EN, V, 40, 274, 275, 613, 782, 842 ; *Scholia in Constitutiones*, p. 154 ; Ribadeneira : FN, II, 600 ; *Vita S. Ignatii*, l. I, cap. VIII (FN, IV, 134) ; P. Câmara, *Memoriale*, n. 226 (FN, I, 659) ; P. Costerus (De Costere), *Scripta*, II, 840 ; P. Lancicius, FN, III, 691, 704. Cum *Exercitia* typis mandabantur, deliberatum est an in operis titulo nomen auctoris eius exprimendum esset. Ignatius « no quiso entender en nada, sino remitirse a nosotros » (MI, *Epp.* II, 219). Re vera opus anonymum editum est, verumtamen tum in Brevi Pauli III, tum in *praefatiuncula* textui praemissa, Ignatium auctorem libri fuisse expressis verbis asseritur (vide infra, p. 76, 79).

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Testes tria stadia clare distinguunt : Ignatius primo *Exercitia* in se expertus est, tum ea scripto redegit, denique aliis tradidit : « ... senonché alcune cose che lui osservava nell'anima sua et le trovava utili, gli pareva che potrebbero anche essere utili ad altri, et così le metteva in scritto » (*Acta*, nº 99, p. 504). Polancus : « como mucho labraron en su misma ánima, así él deseaba con ellas [las meditaciones de Ejercicios] ayudar a otras personas » (*Sum. hisp.* n. 24, FN, I, 163) ; Exercitia « primo facere ipse, deinde observare et in scripta redigere » (*Vita latina*, FN, II, 527) ; Nadal : « los Exercicios que nuestro P. Ignacio instituyó y experimentó todos en sí » (*Pláticas de Coimbra*, p. 112) ; « ... et hoc processit ordine P. Ignatius, poenitentiam enim egit contemplationi vacans, deinde se in ministerio proximi exercuit, docens et aliis praedicans quod in se prius fuerat expertus » (*Exhortationes a.* 1554 : FN, I, 306, marg.).

2. *Primae experientiae factae Loyolae.* Ignatius asserit se spiritus varietatem expertum esse Loyolae, dum pios libros legeret (*Acta*, nº 99, p. 504). Lectio *Vitae Christi* et operis *Flos Sanctorum* eius animum in Iesu Christi amorem inflammarunt cum studio Illum imitandi. In ipsa lectione germina invenit meditationum fundamentalium de Regno Christi et duorum Vexillorum (v. infra, p. 41). Praxis litteris notandi ea puncta quae Ignatii animum moverant, Loyolae initium habuit, ubi in libro 300 foliorum « le vino al pensamiento de sacar algunas cosas en breve más esenciales de la vida de Cristo y de los santos ... » (*Acta*, nº 11, p. 376). P. Nadal asserit iam Loyolae Ignatium animo concepisse studium maioris gloriae Dei procurandae : « Queriendo, pues, el Señor que hubiese quien desta manera le sirviese, llamó al P. Mº Ignacio en una enfermedad etc. dándole imprimis a desear con gran devoción la mayor honra y gloria de su divina Majestad » (*Exhortationes a.* 1554 : FN, I, 305).

3. *Exercitia facta ab Ignatio et scripta Minorissae.* Ignatius in *Actis* nihil dicit de loco et tempore quo *Exercitia* scripta sunt. Ea scripta esse Minorissae asserunt, inter alios, Laínez, *Epistola* nº 12 (FN, I, 82) ; Polanco, FN, I, 163 ; II, 532 ; Nadal, FN, I, 307, II, 241, 406 ; EN, V, 40, 274, 275, 613, 782, 842 ; Ribadeneira, *Vita*, l. I, c. VIII (FN, IV, 134) ; ipse in processibus (*Scripta*, II, 848) ; auctor vitae anonymae (Sorianus ?) FN, II, 430-431 ; Stephanus de Garibay, FN, II, 454 ; P. Valtrino, FN, III, 365 ; P. Araoz, FN, III, 789-790 ; Rotulus remissoriae (*Scripta*, II, 554[1]) ; testes processus, quorum aliqui agunt de spelunca in quam se Ignatius Minorissae conferebat.

[1] P. Ribadeneira (testis Toletanus 1), respondens articulo 45, de spelunca nihil asserere ausus est, dicens : « Articulata esse vera, excepto de spelunca

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Sed quonam praecise tempore commorationis Ignatii in urbe Minorissa *Exercitia* scripta sunt ? Ignatius eo pervenit die 25 martii 1522 (*Acta* nº 18, p. 388), et inde profectus est Barcinonem medio mense februario a. 1523 (*Acta*, nº 35, p. 408 ; cf. FN, I, 29*) ; ideo fontes asserunt Ignatium Minorissae mansisse spatio fere unius anni : « obra de un año » (Laínez, nn. 10, 12 : FN, I, 80, 82 ; Polanco, nn. 21, 24, p. 162, 163). Ipsi fontes sat clare indicant Ignatii commorationem Minorissae in tres partes divisam esse, etiamsi alius alio clarius loquatur. Sic Laínez qui bene definivit primam periodum, per quatuor menses protractam (nn. 9, 10, p. 80), miscere videtur eventus periodi secundae et tertiae (nn. 11, 12, p. 80, 82). Clarius distinguit tres periodos P. Nadal (vide supra p. 41)[2]. Iam, iuxta fontes, *Exercitia* scripta sunt in tertia periodo, quae fuit periodus magnorum spiritualium donorum, inter quae eminet ea quae communiter appellatur « eximia illustratio ». Adsunt tamen indicia ad sustinendum Ignatium exercitia primae hebdomadae in semetipso expertum esse in altera periodo, quae fuit passivarum purificationum per tentationes et scrupulos. Sic Nadal, qui distinguit exercitia primae hebdomadae ab exercitiis secundae : « En este tiempo, con lo que él devía de leer y el Señor le comunicava en la oración en su alma, començó a notar los punctos y exerçiçios de la primera semana, que son meditaçiones de pecados, infierno y juiçio ... » (FN, II, 190). Loquitur postea de secunda hebdomada. In apologia contra Pedroche, idem facit : « ... nam postquam de terra egressus sua, de cognatione sua ac domo, ut primum se comparabat ad eluenda per contritionem et confessionem peccata, quae meditationes illam vehementius iuvabant, illas in libello decribebat. Tum, ubi meditabatur in Iesu Christi vita, idem factitabat » (FN, I, 318). Certe in altera periodo interiorem luctam passus est Ignatius, quae ei experimento fuit ad scribendum postea regulas de scrupulis, necnon regulas ad discernundum spiritus, aptiores pro priore hebdomada.

Documenta sat clare indicant *Exercitia*, saltem magnam partem, scripta esse post « eximiam illustrationem », quae Ignatium in alium hominem mutavit : « y esto con una ilustración tan grande, que le parecían todas las cosas nuevas [...] Y esto fue en tanta manera de quedar con el entendimiento ilustrado, que le parescía como si fuese otro hombre y tuviese otro intelecto que tenía antes » (*Acta*, n. 30, p. 404-406). Id expressis verbis affirmat P. Polanco : « post praedictam illustrationem » (FN, II, 527), et sat clare innuit Nadal : « Per

subterranea in qua habitasse dicitur P. Ignatium, quia id numquam expresse dixit ». *Scripta*, II, 906-907. Vide supra p. 25, annot. 15.

[2] Divisionem commorationis ignatianae in urbe Minorissa in tres partes communiter admittunt scriptores, ut H. RAHNER, *Ignatius von Loyola* ... p. 55-56.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

idem hoc tempus ... » (FN, II, 241), id est tempore divinarum illustrationum, quas prius descripserat (ib. p. 238-240). Idem dicit Ribadeneira in *Vita P. Ignatii*, l. I, c. VIII (FN, IV, 134-135) [3].

Notetur etiam *Exercitiorum* compositionem, sicut in fontibus connectitur cum eximia illustratione, sic etiam reponi eo tempore quo Ignatius primo expertus est studium in salutem animorum allaborandi, quod fructus fuit illius illustrationis aliarumque quae hanc comitatae sunt. Sic Polancus : « Dopo quattro mesi, communicandosi a lui la somma bontà d'Iddio et visitandolo con grandi doni interiori et dandoli grandi lumi et esperienza nelle cose spirituali, cominciò, senza haver imparato altre littere, a comunicarsi alli prossimi et aiutarli con quelli essercitii spirituali medesmi, con che Iddio havea aiutato lui » (FN, I, 262). Sic etiam Nadal (vide supra, p. 15) et *Vita anonyma* (p. 21).

4. *Quid continebant Exercitia Minorissae conscripta.* Res certa est *Exercitia* non perfecta esse Minorissae, prout ad nos usque pervenerunt. Ignatius ipse fatetur : « che gli Esercizi non li havea fatti tutti in una volta » (*Acta*, n. 99, p. 504). Laínez in Epistola (nº 12, p. 82) dicit Minorissae *Exercitia* scripta esse « quanto a la substancia ». P. Polanco : « después el uso y experiencia de muchas cosas le hizo más perfeccionar su primera invención » (*Sumario*, n. 24, p. 163) Nadal : « bonam Exercitiorum partem » scriptam esse antequam Ignatius studiis vacasset (FN, I, 318). Quid his formulis significetur, hauriendum est ex ipsis fontibus [4].

Synthesim quandam nobis offert P. Polanco, loco supra allato : « At post praedictam illustrationem ... » (FN, II, 527) : vide supra p. 11, et lege, sis, ea quae de hoc textu ibidem diximus. Ipse Polancus asserit Deum Minorissae docuisse Ignatium « las meditaciones que llamamos Exercicios y el modo dellas » (FN, I, 163), ubi sat clare indicatur ad tempus minorissanum pertinere partem praecipuam *Exercitiorum*, quae sunt meditationes. Iisdem fere verbis utitur P. Nadal : « Per idem hoc tempus accepit per orationem illas meditationes quas isti Patres Exercitia appellare solent » (FN, II, 241). Mens P. Natalis eruitur ex iis quae diximus de evolutione libri *Exercitiorum*, occasione textus discussi : « At vero sine litteris fuit ... » (supra p. 15). Nadal alio loco Minorissae iterum reponit exercitia

[3] Consentiunt scriptores, inter quos RAHNER, l. c. p. 54 ; CALVERAS, *La inspiración de los Ejercicios*, p. 392 ; LETURIA, *Estudios ignacianos*, II, 13 ss.

[4] RAHNER dicit : « Ignatius selbst und alle seine Vertrauten betonen immer wieder, dass die Exercitien in der Einsamkeit zu Manresa enstanden sind, dass somit weder vorher etwas Wesentliches davon vorhanden war, noch später, trotz allen jahrelang fortgesetzten Zusätzen und Verbesserungen, etwas Wesentliches hinzugefügt wurde ». *Ignatius von Loyola* ... p. 53-54.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

primae et secundae hebdomadae : « En este tiempo ... » (supra p. 14-15 ; FN, II, 190). Ubi agitur his textibus de meditatione vitae Christi, intellegi possunt etiam meditationes de passione et resurrectione Christi, quae in tertia et quarta hebdomada *Exercitiorum* peraguntur, prout explicitis verbis facit auctor *Vitae anonymae* (supra p. 21). Magni momenti sunt Patris Nadal declarationes, quibus affirmat duas meditationes de Regno Christi et duorum Vexillorum, quae in *Exercitiis* praecipuum locum obtinent, Minorissae factas esse (vide supra p. 15). Idem dicit Manareus (supra p. 21).

Testes in processibus canonizationis S. Ignatii indirecte aliqua nos edocent, dum declarant quasnam *Exercitiorum* partes Ignatius Minorissae fidelibus tradiderit, scil. fere examina conscientiae et modum orandi [5].

Haec sunt quae nobis tradunt documenta. In eis innixi, magna saltem probabilitate conicere licet quid *Exercitia* Minorissae continuerint [6], quae sunt : meditationes et contemplationes quattuor hebdomadarum [21-237], unde etiam methodus meditandi ope trium potentiarum, applicationis sensuum et contemplationis personarum, verborum et operum, scil. ut verbis utamur Polanci : « las meditaciones que llamamos Ejercicios espirituales y el modo dellas » (FN, I, 163). In particulari, aderant meditationes de Regno Christi et duorum Vexillorum [91-100 ; 136-148], quae omnium praestantissimae dici possunt [7]. Examen particulare [24-31] iam tunc fidelibus commendatum. Examen generale cum normis ad distinguendum peccatum mortale a veniali [32-44]. Tres orandi modi [238-260]. Regulae discretionis, prioris hebdomadae [313-327], saltem aliquae, atque etiam Regulae ad electionem faciendam [169-189], hae ultimae modo saltem imperfecto. Deerant viginti annotationes initiales et documenta seu regulae in fine libri, ad modum appendicis, adiectae. Multa ex his quae superius diximus probabiliter postea completa et perpolita sunt.

De Principio et fundamento [23] nihil dicunt fontes, ideoque ex eis scire nequimus quandonam hoc magni momenti documentum scriptum fuerit. Posita vi quam in systemate *Exercitiorum* habet, videtur illud omnino pertinere ad « substantiam » eorum, ideoque Minorissae compositum esse, saltem imperfectiore seu simpliciore redac-

[5] Cf. CALVERAS, *San Ignacio en Montserrat y Manresa*, p. 233-234 ; PINARD, *Les étapes*, 10.

[6] Vide sup. p. 11 et cf. scriptores : PINARD DE LA BOULLAYE, *Les étapes*, pp. 8-9 ; CODINA, *Los orígenes*, 61 ss., 65, n° 9 ; LETURIA, *Génesis de los Ejercicios*, in *Estudios ignacianos*, II, 13-19 ; CALVERAS, *Estudios sobre la redacción*, p. 66 ; ID., *La inspiración de los Ejercicios*, 392 ; H. RAHNER, *Ignatius von Loyola*, 53-54 ; H. BERNARD-MAITRE, *Le texte des Exercices spirituels*, 212-229 ; WATRIGANT, *La genèse*, 27 ; H. BACHT, *Der heutige Stand* ... 331.

[7] RAHNER, *Ignatius von Loyola*, 11.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tione [8]. In textu Helyaris (a. 1535) documentum hoc redactionem minus perpolitam habet quam in textu definitivo, et collocatum est ad modum annotationis cuiusdam initio libri, ante vera et propria exercitia seu meditationes.

5. *Exercitia in Hispania, post tempus Minorissae ab Ignatio transactum (1523-1527).*

Scimus Ignatium tum Barcinone, tum Compluti fidelibus exercitia, saltem levia, tradidisse. Salmanticae librum *Exercitiorum* iudicibus examinandum dedit. Ex fontibus nihil habetur de novis elementis hac periodo additis, unde eruere possumus exercitia quae ibi tradita sunt, eadem fere esse quae Minorissae scripta vidimus.

6. *Exercitia Lutetiae (1528-1535)* [9].

Ignatius Lutetiae nonnullis dedit *Exercitia*, inter quos primi eius socii numerabantur. Textum *Exercitiorum* inquisitori Liévin obtulit, Ad discernendum quid continuerint cum Ignatius Lutetiam reliquit, in patriam suam profecturus a. 1535, habemus textum Helyaris, hoc anno conscriptum. Elementa quae hic textus refert aderant evidenter in libro scripto *Exercitiorum*; cum tamen Helyaris textus non sit archetypus, sed accommodatus, fieri optime potuit ut textus archetypus elementa continuerit quae a textu Helyaris absunt.

Praeter ea quae aderant Minorissae, probabiliter addenda sunt: Annotationes 3ª, 5ª, 11ª, 12ª, 13ª, 16ª, 20ª, illae scilicet quae agunt de dispositionibus in exercitante requisitis. Praeterea: Praesupponendum [22], Principium et fundamentum [23], nisi forte iam Minorisae conscriptum fuerit (vide supra p. 31); meditatio de tribus Binariis [149-157] [10]; tres humilitatis modi [164-168]; contemplatio ad obtinendum amorem [230-237] nisi haec, iuxta Polancum, Minorissae scripta fuisse dicatur (vide supra p. 11, 31). His adde annotationem 5ªm, notas declaratorias, additiones [73-81], praeter quartam et decimam, et Regulas 3ªm, 4ªm, 5ªm discretionis spirituum pro prima hebdomada [316-318]. Cf. infra, p. 113.

7. *Exercitia in Italia (ab a. 1537 ad dimidiatum a. 1539).*

Est tempus a Nadal definitum: « post consummata studia » (supra p. 16). Huius temporis videntur esse: Annotationes 1ª, 2ª, 4ª, 6ª ad 10ªm; 14ª, 15ª, 17ª, 18ª, 19ª, illae videlicet quae magistri partes, seu

[8] LETURIA, *Estudios ignacianos*, II, 21; CALVERAS, *Estudios sobre la redacción*, 24, 66; PINARD, *Les étapes*, 54.

[9] CALVERAS, *Estudios sobre la redacción*, 24-27, 48; WATRIGANT, *La genèse*, p. 70; PINARD, *Les étapes*, 17-36; LETURIA, *Estudios ignacianos*, II, 20 ss. Vide etiam infra, p. 112-114.

[10] LETURIA, *Estudios ignacianos*, II, 20; CODINA, *Los orígenes*, 102-104; CALVERAS, *Estudios sobre la redacción*, 24-25.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

munus directoris respiciunt. Item : definitiva redactio Principii et fundamenti [23], mysteria vitae Christi, in fine textus addita [261-312] ; complementa quaedam de iuramento per creaturas [39], de obsequio praestando exhortationibus et commendationibus superiorum [42] ; regulae ad sese ordinandum in victu [210-217] ; regulae 1ª et 2ª discretionis spirituum primae hebdomadae [314, 315] [11].

8. *Exercitia Romae* (*1539-1541*).

Hoc tempore ultima manus textui *Exercitiorum* apposita est, additis postremis regulis [12] : completae sunt regulae discretionis spirituum primae hebdomadae [316-327], additae regulae de eadem re pro secunda hebdomada [328-336], regulae ad distribuendas eleemosynas [337-344], regulae de scrupulis [345-351], regulae ad sentiendum cum Ecclesia [352-370] [13]. Huius temporis sunt epistolae Francisci Estrada a. 1539, complementa *Exercitiorum* postulantis [14], et S. Francisci Xaverii a. 1540 exemplar petentis *Exercitiorum* « correctorum » [15]. Hoc tempore probabiliter conscripti sunt textus *Coloniensis* (*C*) et textus « Magistri Ioannis » (*I*). *Exercitia* perfecta erant a. 1541, quia hoc anno Ioannes Baptista Viola transcripsit *Versionem primam* in priore eius redactione (*P1*). Textus *Autographus* hispanus (*A*) transcriptus est a P. Bartholomaeo Ferrão a. 1544. *Versio prima* a Polanco correcta in eius altera recensione (*P2*) et versio *Vulgata* (*V*) a P. Frusio confecta a. 1546-1547, hoc ultimo anno approbata sunt a iudicibus a Sancta Sede delegatis. Versio *Vulgata* primum typis edita est Romae apud Antonium Bladum, die 11 septembris 1548. Eodem anno, die 31 iulii, Paulus III per Breve « Pastoralis officii cura » librum *Exercitiorum* approbaverat.

---

[11] Quid continuerit primitiva versio, vide apud CALVERAS, ibid. 66-73 ; v. infra, p. 113-114.

[12] Ibid. 97. De ultima revisione Exercitiorum Romae facta agit V. LARRAÑAGA, *La revisión total de los Ejercicios por san Ignacio ¿ en París o en Roma ?*, in AHSI, 25 (1956) 396-415, et iterum in opere *San Ignacio de Loyola*, 139-156.

[13] Si hae regulae conscriptae Lutetiae fuissent, non videtur ratio cur Helyari non traditae fuerint, cum hic vir in talibus adiunctis versaretur, quae regularum illarum expositionem quodammodo postularent. Cf. CALVERAS, *Estudios sobre la redacción*, 26-27 ; LETURIA, *Estudios ignacianos*, II, 181 ss. ; LARRAÑAGA, *San Ignacio de Loyola*, 154.

[14] « Habiendo yo de quedar aquí [Montepulciano], me enbiarán sin faltar las reglas de discretione spirituum y de tentaciones. con esotras reglas de Exercitios, y esto sin faltar ». Mense iunio 1539 : *Epp. Mixtae*, I, 22 ; « Por otras letras he scripto que me enbiasen las reglas de 1ª, 2ª y 3ª semana de los Exerçitios y otras cosas nuevas, si se han adjunto ». Senis 25.IX.1539 : Ibid. p. 29.

[15] « Los Exercycyos pidió el rey (Ioannes III) con desseo de verlos ; sy un traslado de los coreptos inbiásedes, parecyendos, también Su Alteza holgará de verlos ». MHSI, *Epp. S. F. Xaverii*, I, 47.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Articulus III

DE FONTIBUS LIBRI EXERCITIORUM

Vexata quaestio de fontibus litterariis *Exercitiorum* diu multumque occupavit scriptores, at sine vera fere utilitate [1]. Eam certo definire perdifficile est [2]. Analysis interna libri elementa non offert quae sine controversia dependentiam ab aliis auctoribus probent; similitudo enim non necessario dependentiam arguit. [3] In sancto Ignatio studium libros spirituales legendi non videmus. Ut ipse de se dixit, postquam Minorissae in eius manus incidit liber *De imitatione Christi*, nullum alium librum devotionis legere voluit [4]. Praeterea, ut omnes agnoscunt, id quod librum *Exercitiorum* novum et in suo genere singularem reddit, non tam sunt singula eius elementa, quae cum aliis libris communia sunt, quam finis intentus et ordinata methodus ad talem finem obtinendum adhibita. Brevi rem praecidit P. Nadal ubi, de *Exercitiis* agens, scripsit: « nihil fere habent, quod non in aliis libris reperiatur » [5]. Quaerens autem undenam *Exercitiis* proveniat mira efficacia, dicit:

« Hinc fit ut maior me admiratio plerumque subierit, quid sit tandem quod, quum sciamus Exercitia nostra nihil reconditum habere, nihil quod ex medio Evangelio et doctrina non sit sanctorum desumptum: quid enim prima hebdomade tradimus, nisi communem quamdam methodum ad comparandam peccatorum contritionem; quid 2ª et 3ª

---

[1] « Man hat bekanntlich das Exercitienbuch schon nach allen Seiten durchforscht, um wirkliche und angebliche Quellen zu finden, aus denen Inigo de Loyola seine Lehre geschöpft haben soll. Ignatius hätte wohl nur ein freundlich mitleidiges, vermutlich leise sarkastisches Lächeln, wenn er die historizierende Vivisektion seines mit so viel Federmühe geschriebenen Lebensbüchleins miterleben müsste. Und man hat mit Recht gesagt, dass Inigo damals in der Höhle von Manresa eine stattliche Bücherei von lateinischen und spanischen Autoren gehabt haben müsse, wenn er aus all den Quellen geschöpft hätte, die man für sein Buch bereits mit professoralem Ernst ' nachgewiesen ' hat... Das führte zu nichts ». H. RAHNER, *Ignatius von Loyola und das geschichtliche Werden seiner Frömmigkeit*, p. 32-33.

[2] « Dans quelle mesure s'est-il inspiré d'ouvrages antérieurs ? Il est malaisé de le dire avec certitude; cette recherche des sources littéraires a jusqu'ici conduit à un impasse, et les dépendances qu'on a voulu établir se sont révélées fragiles ou illusoires ». L. COGNET, *Historie de la spiritualité chrétienne*. III. *La spiritualité moderne*, Paris (Aubier) 1966, p. 24.

[3] « Si se trata sólo de las coincidencias materiales, las fuentes se pueden multiplicar indefinidamente ». CALVERAS, in annot. manuscriptis.

[4] *Memoriale P. Ludovici Gonçalves da Câmara*, nº 97, FN, I, 584.

[5] EN, V, 90, lin. 36.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

et 4ª quam meditationes vitae, mortis et resurrectionis Christi ? Quartae addimus ad amorem Dei consequendum unam meditationem [—] praeter modos orandi ; [— —] annotationes aliquas et observationes. Omnia igitur haec, quum videantur communia et cuivis theologo pervia, et cuivis etiam in via spiritus versato obvia, quid facit ut tantam habeant efficaciam in animis hominum, et ad pietatem et devotionem informandos ? [...] Illud igitur ego soleo praedicare, gratiam esse Dei peculiarem, et quidem coniunctam cum nostrae vocationis et instituti gratia, qua de sua benignitate Deus dat, ut et nos primum spiritum Evangelii Filii eius imbibamus intimo corde, et vim accipiamus illum aliis imprimendi » (EN, V, 843-844).

Multo brevius P. Polanco dicit novitatem *Exercitiorum* non consistere in rebus quae dicuntur, sed in modo quo proponuntur : « ... et dico novità, sì della Religione, sì etiam di quel mezzo che suol fra li altri usare, specialmente delli Essercitii spirituali o, per meglio dirsi, della pratica et modo de quelli (che è nova, et non così loro in sé) » [6].

P. Franciscus Suárez, terminologia scholatica utens, distinguit inter materiam et formam *Exercitiorum*, asserens materiam esse communem, novam vero formam :

« In his autem meditationibus duo animadvertenda sunt, materia et forma : materia consistit in re quae in meditationibus datur, forma in modo et directione quae ad recte et fructuose meditandum traditur. Et hoc posterius est in quo maxime laboravit Ignatius, et revera fuit donum speciali gratia illi concessum, et non sine magno usu comparatum cum gratia divina » [7].

P. Ludovicus de La Palma eadem utitur forma loquendi, vocans materiam meditationes Exercitiorum, formam vero directoria et regulas, quibus meditationes ad peculiarem *Exercitiorum* scopum ordinantur. In forma potius quam in materia eorum novitatem quaerendam esse [8].

Alia animadversio praemittenda videtur. Ubi agitur de fontibus litterariis distinguere oportet inter fontes inspirationis et fontes interpretationis [9]. Prioris generis sunt libri aliaque scripta quae aliquis

---

[6] FN, I, 297.

[7] *De Instituto Soc. Iesu*, l. IX, c. VI, 7 ; WATRIGANT, *La genèse*, 9².

[8] *Camino espiritual*, l. IV, c. II, edit. *Biblioteca de Autores Cristianos* (Madrid 1967) p. 691.

[9] Ampliorem divisionem suggerit Calveras : « Porque puede haber fuentes de instrucción, donde el autor aprende las ideas o conocimientos que elabora en su obra ; fuentes de inspiración, donde toma idea para desarrollarla ; fuentes de redacción, de donde traslada fragmentos más o menos retocados. Podemos hablar también de fuentes de interpretación, es decir, aquellas que a nosotros nos sirven para fijar la inteligencia de algún pasaje del autor,

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

auctor certe legit et ex quibus plus minusve conscie aliqua deprompsit. Fontes interpretationis vocamus libros, scripta modosque loquendi qui in aliqua determinata aetate in usu fuerunt, nobisque revelant traditionem aliquam ex qua lumen accipiunt ea quae determinatus auctor scribit. Si hanc distinctionem *Exercitiis* applicare velimus, manifestum erit in illis non tam de fontibus inspirationis — quod opinionibus personalibus et infinitis controversiis locum praebet —, quam de fontibus interpretationis quaerendis agendum esse. Ignatius enim fuit vir sui temporis, sub influxu culturali et religioso suae aetatis et suae terrae vivens, heres patrimonii a maioribus accepti.

Tum in domo paterna, tum in aulis magnatum quas adiit, traditionem quandam vitae spiritualis invenit. In aula Regum Catholicorum magno favore gaudebant poëmata Ambrosii Montesino, vatis praedilecti Ferdinandi et Elisabethae, quae in eorum prima editione titulum habuerunt: *Coplas sobre diversas devociones y misterios de nuestra santa fe catolica* [10], in editione autem definitiva, facta a. 1508, dum Ignatius Arevali moraretur, inscripta sunt: *Cancionero de diuersas obras de nueuo trobadas* [11]. Arevali perfecit Ignatius suam artem scribendi, quam ipse se possidere agnovit: « era muy buen escribano » [12]. Ibidem poëma in honorem sancti Petri componere incepit [13], praeeunte Ioanne de Padilla, baetico cartusiensi, qui scripsit *Los doce triumfos de los doce apóstoles* [14], atque etiam *Retablo de la vida de Cristo* [15]. Ex hoc auctore potuit Ignatius notitiam haurire Cartu-

---

porque nos sitúan en el ambiente a que alude, o nos dan las ideas corrientes en aquella materia que supone, o nos declaran el sentido de las palabras y construcciones anticuadas que tal vez emplea ». AHSI, 17 (1948) 52-53.

[10] Opus editum Toleti c. 1485. Unici exemplaris noti, Londini in British Museum servati, facta est reimpressio anastatica ibid. a. 1936.

[11] *Cancionero de diuersas obras de nueuo trobadas. Todas compuestas, hechas e corregidas por el padre Fray Ambrosio Montessino, de la orden de los Menores.* Toledo 1508. Exemplar Matriti in Bibl. Nat., R. 10.945. Nova editio in *Biblioteca de Autores españoles* (Rivadeneira), t. 35, p. 401 ss.

[12] *Acta* n. 11: FN, I, 376.

[13] POLANCO, *Vita* latina, FN, II, 517; LETURIA, *El gentilhombre*, 78, 139-140, 161.

[14] *Los doce triumfos de los doce apóstoles, fechos por el Cartuxano.* Sevilla 1521. Exemplar Matriti, Biblioteca Nacional, R. 16.620. Cf. RAHNER, *Ignatius von Loyola*, p. 30-31.

[15] *Retablo del Cartuxo sobre la vida de Nuestro Redemptor Jesu Christo*, Sevilla, Kronberger, 1512. Exemplar Matriti, Bibl. Nacional, R. 9.042. Haec est prima editio, etiamsi aliqui auctores eam factam esse dicant a. 1516. Ioannes de Padilla, natus Hispali a. 1468, cum iuvenis esset ingressus est cartusiam hispalensem « Nuestra Señora de las Cuevas », ubi mansit usque ad mortem, anno incerto. Eius *Retablo de la vida de Cristo*, verum culmen evangelicae poëseos, magnam habuit diffusionem usque ad initium saeculi

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

siae hispalensis, dictae Santa María de las Cuevas, quam ingredi cogitavit post conversionem [16]. In Monte Serrato congressum habuit cum unico fortasse centro orationis methodicae in Hispania. Dum Minorissae versaretur coepit scribere librum de Trinitate [17]. Salmanticae, cum studia theologica nondum incepisset, respondere valuit quaestionibus sibi propositis de Trinitate et de Eucharistia. Solvit etiam casum canonicum et late exposuit primum decalogi praeceptum [18]. Haec indicia demonstrant iam tum Ignatium in rebus fidei satis excultum fuisse, et quidem praescindendo a studiis, sine fundamento inceptis [19].

Pressius agendo de tempore quo *Exercitia* conscripsit, Ignatium libros legisse pro comperto est. Scribit P. Polanco : « En este tiempo [Minorissae], con lo que él devía de leer y el Señor le comunicava en la oración en su alma, començó a notar los punctos y exerçiçios de la primera semana ... » [20]. Idem repetivit Nadal, Ignatium defendens contra Pedroche de accusatione illuminismi : « Ignatius libros adhibuit ... » [21]. Non solum libros legit Ignatius, sed iam inde ab initio conversionis curavit ea quae legebat scriptis mandare : « Y gustando mucho de aquellos libros, le vino al pensamiento de sacar algunas cosas en breve más esenciales de la vida de Cristo y de los santos ; y así se pone a escrebir un libro con mucha diligencia ». In margine notat P. Câmara : « El qual tuvo quasi 300 hojas *todas escritas*

XVII. MENÉNDEZ Y PELAYO (*Antología de poetas líricos castellanos*, t. III, c. XXII, p. 97-81) numeravit circiter duodecim editiones factas inter annos 1516 et 1605. Opus divisum in quattuor *tablas*, non continetur solum mysteriis infantiae et passionis Iesu Christi, sed totam eius vitam complectitur. In margine fontes suos indicat, quorum praecipuus est *Vita Christi* Ludolfi cartusiensis. In operis Prologo dicit auctor : « Estos autores [Sanctus Thomas in opere *Catena aurea* et Ludolfus e Saxonia] han sido muy familiares al auctor desta obra, allende de otros muchos, según parece por la obra ». Minorem successum habuit aliud eius opus *Los doce triumfos de los doce apóstoles*. De his aliisque poëticis operibus huius temporis in Hispania vide Michel DARBORD, *La poésie religieuse espagnole des Rois catholiques à Philippe II*. Thèse pour le doctorat ès lettres présentée à la Faculté des Lettres et sciences humaines de l'Université de Paris. Paris 1965. De Ioanne Padilla, v. pp. 107-135.

[16] *Acta*, n. 12, p. 376 ; Laínez, FN, II, 135, 137 ; Nadal, FN, II, 325.

[17] Laínez, FN, I, 82-83 ; Polanco, ib. 162, 307[11] ; Nadal, ib. 307.

[18] *Acta*, n. 68, p. 458.

[19] *Acta*, n. 62, p. 450. Ignatius doctoribus salmanticensibus dixit : « diciendo siempre primero que él no sabía lo que decían los doctores sobre aquellas cosas ». *Acta*, n. 68, p. 458.

[20] FN, II, 190.

[21] FN, I, 319.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

de quarto »[22]. Hunc librum secum tulit in itinere ad Montem Serratum. Inde descendens die 25 martii 1522, non recta Barcinonem petiit, sed Minorissam versus deflexit, tum ad vitandas gentes quae eum honore afficere poterant, tum ad : « notar algunas cosas en su libro, que él llevaba muy guardado y con el que iba muy consolado »[23]. De hoc libro mentio non amplius recurrit. Dolendum quod perierit.

Sed quosnam libros legit Ignatius ? Ad hoc detegendum, omissa hoc loco comparatione libri *Exercitiorum* cum aliis tractatibus spiritualibus, de iis tantum breviter agemus de quibus vel Ignatius ipse, tamquam a se lectis, vel documenta coaeva mentionem faciunt. In commodum lectorum, initio huius voluminis elenchum bibliographicum exhibemus, in quo edita scripta recensentur, ubi particulares quaestiones de *Exercitiorum* fontibus tractantur.

Duae periodi distinguendae sunt : prior extenditur usque ad totum tempus commorationis Ignatii in urbe Minorissa, ubi quantum ad substantiam scripsit *Exercitia*[28] ; altera complectitur curriculum studiorum, usque ad adventum Ignatii in urbem Romam[29]. Praecipua difficultas, ut patet, est in determinandis libris ab Ignatio lectis in priore periodo. De ea fere tantum discerptatur inter scriptores.

Sanctus Ignatius eiusque priores biographi : Laínez et Polanco, quibus accenseri potest P. Nadal, tres tantum libros nominant : *Vitam Christi*, *Florem Sanctorum*, *De imitatione Christi*[30].

Vita Christi

Ante omnia quaerendum est quisnam liber sub hoc titulo veniat, complures enim libri *Vita Christi* dicebantur[1] : « ... y así le dieron un

---

[22] *Acta*, n. 11, p. 376.

[23] Ibid. n. 18, p. 388. Cf. AHSI, 17 (1958) 60 ; Leturia, *El gentilhombre*, 203 ; Id., *Génesis de los Ejercicios*, in *Estudios ignacianos*, II, 10.

[28] Laínez, FN, I, 82, sup. p. 8.

[29] Ignatius Romam pervenit exeunte anno 1537 (FN, I, 36*). Ibi ultimam manum *Exercitiorum* compositioni apposuit, quae perfecta dicenda sunt anno circiter 1540. Vide supra, p. 33.

[30] H. Rahner, *Ignatius von Loyola*, 33.

[1] En tibi titulos nonnullorum operum, lingua vernacula editorum in Hispania usque ad ineuntem saeculum XVI : Iñigo de Mendoza, *Vita Christi fecho por coplas*, Zamora 1482 (nova editio in *Nueva Biblioteca de Autores españoles*, tom. 19) ; Pseudo-Bonaventura (Ioannes de Caulibus), *La vida de nuestro redemptor y salvador Jesu Christo, según el seráphico doctor san Buenaventura*, Valladolid 1512 ; *Aquí comienza el libro llamado Vita Christi hecho por el seráphico doctor San Buenaventura*, Valencia 1564 ; *Vita Christi del seràfic doctor sant Bonaventura* ... (lingua catalanica), Barcelona 1522 ; Alonso

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Vita Christi y un libro de la vida de los santos en romance »[2]. P. Creixell putavit agi de opere scripto a Fr. Petro de la Vega, ordinis Sancti Hieronymi, cui titulus : *La vida de nuestro Senor Jesucristo y de su sanctísima Madre y de los otros sanctos, según la orden de sus fiestas*[3]. Sed iam P. Codina opinionem hanc singularem confutavit[4]. Recentius Rev. Dom. Iosephus Tarré, proposuit opus : *Retablo de la vida de Cristo*, de quo superius egimus[5], scriptum a cartusiensi Ioanne de Padilla[6]. Opus hoc saepe vocabatur *Cartujano*. Tarré argumentum eruit e similitudine aliquorum locorum cum Ignatii locutionibus. Putat etiam lectionem huius operis suggessisse Ignatio ideam ingrediendi cartusiam hispalensem « Santa María de las Cuevas », ad quam Ioannes de Padilla pertinebat. Fieri quidem potest, immo probabile censemus, ut Ignatius librum illum legerit, sed difficulter eius conversio inde repetenda est. Difficile est ut opus poëticum, quale est opus Padillae, talem in animo Ignatii effectum producere potuisse. Adsunt praeterea positiva argumenta externa et interna quae *Vitam Christi* ab Ignatio lectam fuisse opus Ludolfi Cartusiensis evincunt.

Primus hoc expresse asseruit Nadal: « un Vita Christi *del Cartuxano* en romançe, en el qual leyó mucho »[7]. Idem alibi repetivit « incepit legere Vitam Christi *ex Carthusiano*, et vitas sanctorum vul-

---

de Orozco, *Comienza un Vita Christi breve, en el qual cada día se deve occupar qualquier fiel christiano*, 1554; Eiximenis, *Llibre que es appel·lat Vita Christi*; *Primer volumen de Vita Christi de fray Francisco Xymenes*, Granada 1496.

[2] *Acta*, n. 5, p. 370.

[3] CREIXELL, *San Ignacio en Manresa* (Barcelona 1914) p. 174; ID., *San Ignacio de Loyola. Estudio crítico y documentado de los hechos ignacianos relacionados con Montserrat, Manresa y Barcelona* (Barcelona 1922) p. 29-30. Dicit Creixell in altero hoc opere (p. 29[1]) se invenisse exemplar prioris editionis huius operis, factam Caesaraugustae a. 1521, Barcinone, in bibliotheca societatis dictae « Círcol Astístic de San Lluch ». Alia editio dicitur facta ibidem a. 1541. Addit Creixell (p. 29) priorem partem huius operis nihil esse nisi Vitam Christi Cartusiensis Ludolfi, lingua vernacula aptatam : « no es sino un cartujano arromanzado, o en castellano, o si se quiere, el Montesino reducido y expurgado ».

[4] In opere *Los orígenes de los Ejercicios* (p. 245-260) demonstravit : 1° Opus Petri de la Vega esse opus ab opere Ludolfi distinctum, etiamsi illè multa desumat e versione Vitae Christi a Montesino facta ; 2° Ignatium non legisse opus Petri de la Vega, sed Vitam Christi Ludolfi Cartusiensis, ab Ambrosio Montesino translatam.

[5] J. TARRÉ, *El Retablo de la Vida de Cristo compuesto por el Cartujo de Sevilla*, in AHSI, 25 (1956) 243-253.

[6] Vide sup. p. 36, annot. 15.

[7] FN, II, 186. Fieri nequit ut Nadal nomine « el Cartujano » significare intenderit *Retablo* Ioannis de Padilla. Id excluditur vel e textu sequenti, ubi Nadal distinctionem facit inter textum *latinum* et hispanum *Vitae Christi*. Vide auctores allatos in annot. 15.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

gari sermone conscriptas, nam adhuc latine nesciebat » [8]. Hoc adiunctum oblivioni mandandum non est, nam textus hispani horum operum non erant simplices translationes e latina lingua, sed accommodationes pro hispanis lectoribus. Unde comparatio cum textu *Exercitiorum* fieri debet e textu hispano non e textu latino, ut saepe factum est [9].

Idem repetit, sed probabiliter nixus in Natalis auctoritate, anonymus auctor *Vitae* ignatianae quae tribuebatur Patri Hieronymo Soriano [10], atque etiam P. Ioannes Antonius Valtrino : « li furono portati due libri scritti in spagnuolo, l'uno della Vita di Cristo, composto da Landulfo cartusiano et l'altro delle vite de' santi, intitolato Flos Sanctorum » [11]. Idem repetivit P. Valtrino in censura *Vitae* ignatianae a P. Maffei scriptae [12]. Ribadeneira nomen auctoris Vitae Christi reticet [13]. Expresse nominat Ludolfum P. Bartoli [14]. Haec opinio nunc communis dici potest [15].

Id confirmatur analysi et comparatione libri *Exercitorum* cum *Vita Christi* Ludolfi Cartusiensis. Nolumus hic multos locos parallelos adducere, quod iam alii fecerunt [16]. Praeter argumenta et formam pro meditationibus vitae Christi, quae Ignatius a Ludolfo mutuari potuit, indicia particularia dependentiae adsunt, qualia sunt : Adam creatus est in « campo damaçeno » [51]. Ludolfus : « Formado ya Adán de la tierra en el campo damasceno, cerca del valle de Ebrón ... » (I, II, I) [17]. Notandum hoc loco Ludolfum non collocare hominis creationem in territorio Damasci, sed in « ǧebel er-rumeidi »,

---

[8] FN, II, 64 et cf. pp. 234 et 404.

[9] Idem monuerunt CODINA, *Los orígenes*, p. 64-65, et LETURIA, *Estudios ignacianos*, I, 99[8].

[10] FN, II, 429.

[11] FN, III, 346.

[12] FN, III, 393.

[13] *Vita Ignatii Loyolae*, l. I, c. VI : FN, IV, 86-87.

[14] *Della vita e dell'Istituto di S. Ignazio ...*, (Torino 1825), p. 31.

[15] Inter alios vide : MI, *Exerc.* 53-56 ; CODINA, *Los orígenes*, p. 220 ss., WATRIGANT, *La genèse*, p. 18 ; BÖHMER, *Loyola und die deutsche Mystik* (Leipzig 1921) p. 31 ; ID., *Studien zur Gesellschaft Jesu. I. Loyola, Die Lebensbücher Loyolas*, 302-303 ; LETURIA, *El gentilhombre*, 150[3] : « Que el Vita Christi era el del Cartujano traducido por Montesino lo ha probado definitivamente el P. Codina » (locis supra, annot. 4, indicatis).

[16] MI, *Exerc.*, 57-94 ; CODINA, *Los orígenes*, 223-243 ; WATRIGANT, *La genèse*, 19-22 et ibid. *Notes complémentaires*, pp. 79-88. Watrigant adhibet editionem latinam *Vitae Christi* factam Parisiis apud V. Palmé, a. 1878 ; BÖHMER, *Loyola und die deutsche Mystik*, pp. 25 ss. ; Lilly ZARNCKE, *Die Exercitia spiritualia des Ignatius von Loyola in ihren geistesgeschitlichen Zusammenhängen* (Leipzig 1931) ; E. RAITZ VON FRENTZ, *Ludolphe le Chartreux et les Exercices de saint Ignace de Loyola*, in RAM, 25 (1949) 375-388 ; G. CUSSON, *Pédagogie de l'expérience spirituelle personnelle* (Bruges-Paris 1968) pp. 24-35.

[17] MI, *Exerc.*, 76.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ad occidentem urbis Hebron, quae illo nomine vocatur in A. T., qua in re Ludolfus heres fuit antiquae traditionis quae hoc referebat [18]. In contemplatione Nativitatis Christi ponit Ignatius [111] Mariam Virginem et sanctum Ioseph secum bovem et asinam ducere, quod etiam habet Ludolfus : « El asno [traía S. José] para que la reyna del cielo ... viniese en él, e el buey para venderlo e para pagar del precio dél el tributo ... » (I, IX, II) [19]. Discrepat tamen Ignatius nam dicit Mariam et Ioseph habere ancillam quandam, quod Ludolfus negat : « no tenían moço ni moça ». Ancillam e contra inducit *Flos Sanctorum* : « ... e su moço e su moça ». Maioris momentum est quo Ludolfus ut argumentum meditationum proponit vitam Christi, praecipue eius infantiam et passionem, secundum illius temporis usum. Modi meditandi et contemplandi, inclusa sensuum applicatione, aliquo modo e *Vita Christi* originem ducere possunt. Item modus facta vitae Christi contemplandi ac si contemplans eis adesset [114] [20]. Nonnullis interpretibus videtur Ignatium pro meditationibus Regni Christi et Duorum Vexillorum elementa tum e *Vita Christi* tum e *Flore Sanctorum* eruisse [21]. Re quidem vera in primis internis motionibus post

---

[18] H. RAHNER, *Ignatius von Loyola als Mensch und Theologe*, 247-248. J. SIMONS, *The geographical and Topographical tests of the Old Testament*, Leiden, 1959, pp. 149, 213, 323.

[19] MI, *Exerc.*, 65-66. Consilium ab Ignatio in hac meditatione datum serviendi Iosepho et Mariae in eorum necessitatibus, datur etiam a Ludolfo in mysterio de Fuga in Aegyptum : « Pues ve en pos dellos et ayúdales a llevar al niño et sírvelos en todas las cosas que pudieres ... ».

[20] En Ludolfi verba in suo « Prohemio del auctor » : ... « Mas, si tú destas cosas desseas tomar fructo, con toda la afectión de tu ánima, con diligente y deleytable fervor, deteniéndote en la contemplación dellas con alguna tardança, todos los otros cuydados entonces dexados, assí presente a las tales cosas, que assí por el mesmo señor fueron dichas o hechas, como si por tus propias orejas las oyesses y con tus ojos las viesses, porque son muy suaves al que las piensa con desseo, y más al que las gusta. Y por ende, aunque muchas dellas se cuentan como passadas, cata que las pienses como si todas fuessen presentes, porque desta manera gustarás sin duda mayor suavidad ; y lee las cosas ya hechas como si agora se hiziessen, et pon ante tus ojos los hechos passados como si fuessen presentes, et assí te parescerán los misterios de Christo más sabrosos y más alegres ». Vide : Rafael M.ª de HORNEDO, *Algunos rasgos comunes entre la contemplación ignaciana y la del Cartujano*, in *Manresa*, 36 (1964) 337-342 ; textum latinum huius loci vide apud BÖHMER, *Studien zur Geschichte der Gesellschaft Jesu*, I. *Texte*, p. 66 et cf. p. 59. Vide etiam BODENSTEDT, p. 77 (cf. annot. 23).

[21] Hanc connexionem notavit iam a. 1882 W. KREITEN, *Zur Entstehung des Exercitien-Büchleins* in *Stimmen aus Maria-Laach*, 23 (1882) 42-45. Vide etiam LETURIA, *El gentilhombre*, 174-175 ; *Estudios ignacianos*, II, 19, 25, 59 ; RAHNER, *Ignatius von Loyola*, 36-37, 43 ; BODENSTEDT (vide annot. 23), p. 42. Negat hanc dependentiam, etiamsi fateatur in *Vita Christi* haberi germina meditationis ignatianae, Codina, in MI, *Exerc.* 84 ; *Los orígenes*, p. 200.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Ignatii conversionem ad Deum, adsunt germina harum duarum meditationum. E lectione *Vitae Christi* probabiliter animo concepit Ignatius propositum peregrinationis Hierosolymitanae [22]. Tota denique eius animi adhaesio ad personam Christi ex huius operis lectione initium sumpsit.

Nota de Ludolfo Cartusiensi.

Ludolfus Cartusiensis, postquam annos circiter 26 Ordini Fratrum Praedicatorum pertinuisset, anno c. 1340 Argentorati (Strasbourg) in ordinem Cartusiensium transiit [23]. Ab a. 1343 ad 1348 fuit Prior Confluentiae (Koblenz), postea monachus Moguntiae et tandem Argentorati, ubi diem supremum obiit die 10 aprilis anni 1377 vel 1378. Prima editio latina *Vitae Christi* facta est Coloniae a. 1472. In Hispania prima editio fuit catalaunica, interprete Magistro Ioanne Roiç de Corella, equite et Magistro in Theologia (« cavaller e mestre en sacra Theologia »), Valentiae annis 1496-1500 [24]. Reges Catholici Fratri Ambrosio Montesino munus dederunt opus hoc in hispanicam linguam vertendi. Impressio facta est sumptibus domini García de Rueda [25], Compluti, typis Stanislai poloni, sub titulo : *Vita Christi Cartuxano romançado por fray Ambrosio Montesyno.* Volumina I et IV prodierunt primum a. 1502. Volumina III et II a. 1503. In operis colophone non dicitur ubinam Montesino versionem primi voluminis perfecerit. Secundum perfecit die 31 iulii 1499 in Cifuentes (Guadalajara) ; quartum die 29 novembris eiusdem anni in Huete (Cuenca), oppido natali interpretis ; tertium a. 1501 Granatae. Probabile est sanctum Ignatium hac prima editione usum esse.

[22] Ludolfus in *Prooemio* dolet quod Terra Sancta sit in manibus infidelium. BÖHMER, *Studien*, p. 66. Cf. LETURIA, *El gentilhombre*, 184 ; BÖHMER, *Loyola und die deutsche Mystik*, 19.

[23] De vita et operibus Ludolfi Cartusiensis vide : Sister Mary Immaculate BODENSTEDT, S. N. D., *The Vita Christi of Ludolphus the Carthusian*, Washington (The Catholic University Press) 1944 ; QUÉTIF-ECHARD, *Scriptores Ordinis Praedicatorum*, I, 568 ; GALLARDO, *Ensayo de una biblioteca de libros raros y curiosos*, III, 866 ss. ; MÉNDEZ, *Tipografía española*, 163.

[24] MENÉNDEZ PELAYO, *Antología de poetas líricos castellanos*, III, 57[1] ; BODENSTEDT, op. cit., p. 21.

[25] Ita dicitur in conclusione libri primi : « Aquí se acaba el primero volumen de la primera parte del Vita Christi cartuxano, interpretado de latín en romance por fray Ambrosio Montesino, de la orden del santissimo seraphico Francisco, por mandamiento de los christianíssimos reyes de España, don Fernando y la reina Isabel invitíssimos : imprimido por industria y arte del muy ingenioso e honrado Stanislao de Polonia, varón precipuo del arte impressoria : e imprimióse a costa e espensas del virtuoso e muy noble varón García de Rueda, en la muy noble villa del Alcalá de Henares, a XXII días del mes de noviembre, del año de nuestra reparación de mill e quinientos e dos ». Exemplar : Madrid, Bibl. Nacional, *Usoz, 1399-1402.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Vitae Christi fontes sat clare reperiri possunt. Auctor ipse in operis prooemio nonnullos tradit [26]. In textu multa desumit e Guigone du Pont, cartusiensi. Fons autem praecipuus pro toto textu sunt *Meditationes vitae Christi*, olim tributae sancto Bonaventurae, nunc autem Fratri Ioanni de Caulibus, qui opus suum scripsit saeculo XIV [27]. Alii fontes sunt : *Lignum vitae* Sancti Bonaventurae ; *Horologium sapientiae* Henrici Susonis ; *Stimulus amoris*, opus probabiliter scriptum a Ioanne Mediolanensi O. F. M. ; *Historia scholastica* Petri Comestoris [28].

Flos sanctorum

Communiter admittitur sanctum Ignatium nomine « un libro de la vida de los santos » (*Acta* nº 5) indicare voluisse opus a Iacobo de Varagine, latina lingua scriptum, quod aliis etiam titulis donatum est : *Vitae* seu *Flores Sanctorum*, *Legenda Sanctorum*, *Historia longobardica*, saepius vero *Legenda aurea*.

« Frater Iacobus de Varagine » (hoc modo nomen suum ipse scripsit saepius quam « de Voragine »), pertinens ad familiam quae, ut videtur, ab urbe Varazze in Liguria originem trahebat, natus est, probabiliter Ianuae (Genova), a. 1229 vel in secunda parte a. 1228 [1].

---

[26] Textum latinum *Prooemii* vide apud Böhmer, *Studien zur Gesellschaft Jesu*, I. *Texte*, pp. 56-71. Vide etiam Bodenstedt, op. cit., p. 24 ss.

[27] Hae *Meditationes* magnam partem a Ludolfo fere ad verbum desumptae sunt. Vide Bodenstedt, p. 30 ; C. Fischer, O. F. M. *Bonaventure, Apocryphes*, in *Dictionnaire de Spiritualité*, I, 1848-1856, praecipue p. 1852 ; Böhmer, *Ludolf von Sachsen und Giovanni von San Gimignano*, in *Loyola und die deutsche Mystik, Anhang*. De *Meditationibus vitae Christi*, olim S. Bonaventurae tributis vide : C. Fischer, *Archivum Franciscanum Historicum*, 25 (1932) 3-5 ; 175-209 ; 305-348 ; 449-483. Conclusiones habes in p. 482 ; Atanasio López, *San Buenaventura en la Bibliografía española*, in *Archivo Ibero-Americano*, 16 (1921) 342-399 ; Allison Peers, *Spanish Mystics*, n. 2167 ; L. Oliger, *Le Meditationes Vitae Christi del pseudo-Bonaventura*, in *Studi Francescani*, 8 (1922) 18-24 ; G. Petrocchi, *Sulla composizione e data delle Meditationes Vitae Christi*, Torino, 1952 ; Giuliano Gasca Queirazza, *Intorno alle « Meditationes Vitae Christi »*, in *Archivum Franciscanum Historicum*, 56 (1963) 162-174. Hispanica editio, sub titulo : *La vida de nuestro Redemptor y Salvador Jesu Christo según el seráphico doctor Sant Buenaventura*, facta est Vallisoleti (Valladolid) a. 1512. Exemplar Matriti in Bibl. Nacional, R. 512. Aliae editiones hispanicae : Medina del Campo, 1548 ; Zaragoza, 1556, 1571 ; Valencia, 1564, 1580, 1588, etc. Latina editio facta est in Monte Serrato, a. 1499. Vide Baraut, *García Jiménez de Cisneros*, II, 904.

[28] Vide Bodenstedt, op. cit., pp. 24-39.

[1] Giovanni Monleone, *Jacopo da Varagine e la sua Cronaca di Genova dalle origini al MCCXCVII. Studio introduttivo e testo critico commentato*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Anno 1244 ingressus est Ordinem Praedicatorum. Provinciae Longobardiae (quae totam Italiam septentrionalem comprehendebat) bis praefuit, annis 1267-1277 et 1281-1286. Die 13 aprilis consecratus est episcopus Ianuensis [2], quam dioecesim rexit usque ad mortem, nocte inter dies 13 et 14 iulii 1298.[3] Scripsit opus *Chronica civitatis Ianuensis* ab origine usque ad annum 1297 ; *Legendam aurem* seu *Florem Sanctorum* incerto tempore, certe ante initum munus provincialis sui Ordinis, scil. ante annum 1267 [4]. In editione latina a Graesse curata, e 182 narrationibus, 149 sunt verae vitae sanctorum, inde ab initio usque ad sanctum Franciscum Assisiensem et Petrum Martyrem. Reliquae 33 narrationes agunt de vita et morte Iesu Christi vel de Beata Virgine Maria. Prima editio cuius annus certus est, in lucem prodiit a. 1474 [5]. Ab hoc usque ad annum 1500 numerantur 88 editiones latinae, aliae multae in linguis vernaculis diversorum populorum [6]. Notandum est non omnes has editiones inter se convenire. Sic, ut punctum attingamus ad vitam sancti Ignatii pertinens, vita sancti Onuphrii abest ab editione latina facta a Graesse [7], atque etiam ab italicis quas inspeximus, altera facta a Nicolao Manermi (Manerbi, Malerbi) [8], altera a. 1924-1926 cura domini A. Levasti, qui typis edidit codicem n. 1254 Bibliothecae Riccardianae (Florentiae) [9].

Sanctus Ignatius adhibuit versionem hispanam, prout ipse dicit expresse [10]. Hispanicae editiones variae fuerunt [11]. Damus hic titu-

---

di G. MONLEONE. 3 vol., in *Fonti per la Storia d'Italia pubblicate dal R. Istituto italiano per il Medio Evo. Scrittori. Secolo XIII* (Roma 1941). Volume primo : *La vita e le opere di Jacopo da Varagine*, p. 29 ss.

[2] *Hierarchia catholica*, I, 281 ; MONLEONE, op. cit., p. 63.

[3] MONLEONE, p. 93. Sepultus est Ianuae in templo Sanctae Mariae « de Castello », Ibid.

[4] MONLEONE, op. cit. p. 106.

[5] Ibid. 109 ; E. C. RICHARDSON, *Materials for a Life of Jacopo da Varagine* (New York 1935), p. 29 ; BRUNET, *Manuel du Libraire*, V (Berlin 1922) 1365-66. Notitiam editionum et versionum in QUÉTIF-ECHARD, *Scriptores*, I, 455-456.

[6] M. L. PELLECHET, *Jacques de Voragine. Liste des éditions de ses ouvrages publiées au XV siecle*, in *Revue des Bibliothèques*, 5 (1895) 98-98. Addenda, ibid. 225-227. RICHARDSON, op. cit. in annot. 5 dicit, p. 1, 28 in primo saeculo artis typographicae numerari ad 500 manuscripta et ad 150 editiones et versiones huius operis. Editiones lingua hispanica non recenset.

[7] Lipsiae, a. 1850 ; Bratislavae, a. 1890.

[8] Saepe edita. Exemplar vidimus editionis factae Venetiis a. 1565.

[9] *Leggenda aurea. Volgarizzamento toscano del trecento, a cura di* Arrigo LEVASTI. Firenze, Libreria Editrice Fiorentina, 3 vol. 1924-1926 (= I libri della Fede).

[10] « ... y así le dieron un Vita Christi y un libro de la vida de los santos en romance ». *Acta* n° 5, p. 370.

[11] P. Codina quinque hispanas editiones antiquas enumerat in [illegible]

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

lum illius, cuius exemplar servatur Loyolae, quaeque secundum A. Palau, typis impressa est ineunte saeculo XVI :

Leyenda de los san/tos (que vulgarmente Flossantorum llaman) agora de nueuo em/premida : y con gran estudio y di/ligencia extendida y declarada : y / a la perfeción de la verdad trayda : / y avn de las siguientes leyendas / augmentada. Conuiene a saber : / la vida de sant Joseph : la de sant / Juan de Ortega : la Uisitación de / nra. Señora a Santa Elisabet, el / triunfo o vencimiento de la cruz : la hystoria de sancta Anna ». *Inferius* : « Flossanctorum [12] ».

Haec editio continet vitas sanctorum (inter quas vitam sancti Onuphrii) et festa Domini. Habet etiam prologum monachi cisterciensis Gauberti Mariae Vagad. Auctor versionis videtur fuisse Fr. Gundisalvus de Ocaña, prior monasterii Sanctae Mariae de Sisla (Toleti), Ordinis Sancti Hieronymi. Hic sanctus vocatur in textu « nuestro padre S. Jerónimo », quod indicat interpretem pertinuisse ad dictum religiosum Ordinem [13]. Prologus Gauberti M. Vagad habetur fons probabilis medititionis Regni Christi *Exercitiorum* [14].

Certum est e lectione huius libri hausisse Ignatium studium imitandi sanctos. Ipse duos tantum nominat : Franciscum et Domini-

---

nes, 217-219. Vide etiam MI, *Exerc.* 50-51 ; GALLARDO, *Ensayo de una biblioteca*, I, 814 ; HAEBLER, *Bibliografia*, p. 339 ; PALAU, *Manual del librero hispanoamericano*, ²XI, p. 302, n. 198.468 ; QUÉTIF-ÉCHARD, I, 454-459 ; MÉNDEZ, *Tipografia española*, 401 ; BRUNET, *Manuel du Libraire*, V, 1365-1372 ; LETURIA, *El gentilhombre*, 304-305. Lingua catalaunica opus editum est Barcinone a. 1494 a J. Rosenbach. HAEBLER, I, 126-127 ; II, 75-76.

[12] PALAU, *Manual del Librero*, V, p. 441, n. 92889, dicit exemplar huius editionis venditum esse a. 1892 a familla Borghese, pretio 105 libellarum italicarum. Cum exemplar Loyolae servatum a familia Borghese procedat secundum Leturia, *El gentilhombre*, p. 304, conicere licet exemplar loyolaeum illud esse de quo Palau agit ; quo posito, constat etiam illud Loyolam non ante a. 1892 pervenisse. Est exemplar a P. Codina n. 3 (p. 218) recensitum, ubi dicitur etiam illud provenire « Ex libris M. A. principis Bvrghesii ». In hoc exemplari agi de sancto Onuphrio dicitur in *El gentilhombre*, pp. 157, 305. Londini, in British Museum, servatur exemplar : *Comiença la leyenda de los sanctos, la qual se llama historia lonbarda.* Impressum a Juan de Burgos, in urbe Burgos, anno non indicato : 1500 ? : IB, 53312. British Museum : *General Catalogue of printed Books*, tom. 144, col. 111. HAEBLER, *Bibliografía ibérica*, I, p. 339, hoc exemplar describit, et opinatur illud impressum esse saeculo XV, quia impressor Ioannes de Burgos suam activitatem dimisit non multo post a. 1500. Exemplar constat 308 foliis.

[13] CODINA, *Los orígenes*, 219 ; LETURIA, *Estudios ignacianos*, II, 61[14]. De Gonzalo de Ocaña, v. GALLARDO, III, 1009-1011. CALVERAS, *Fray Gonzalo de Ocaña, traductór del « Flos Sanctorun » anónimo*, in *Anal. sacra Tarracon.* 17 (1944) 206-208.

[14] LETURIA, *El gentilhombre*, 172-174 ; ID., *Estudios Ignacianos*, II, 7 ; ID., *El « Reino de Cristo » y los prólogos del « Flos Sanctorum » de Loyola*, in *Estudios ignacianos*, II, 57-72. Cf. supra, p. 41.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

cum : « se paraba a razonar pensando consigo : ¿ qué sería si yo hiciese esto que hizo S. Francisco y esto que hizo S. Domingo ? [...] Mas todo su discurso era decir consigo : S. Domingo hizo esto ; pues yo lo tengo de hacer. S. Francisco hizo esto ; pues yo lo tengo de hacer »[15]. P. Nadal in adhortatione Compluti habita a. 1561, omisit nomina horum duorum sanctorum, nominat vero sanctum Onuphrium. Optabat [Ignatius] dicit Nadal : « far cose grandi in servitio d'Iddio Nostro Signore, come un santo Enofrio e altri santi che se li offerivano »[16]. Mira est mentio, in vita S. Ignatii, de hoc sancto anachoreta, cuius exempla adeo differunt ab actis sanctorum Francisci et Dominici. Notandum est, etiamsi nomen sancti Onuphrii inveniatur in multis codicibus referentibus hanc Patris Nadal exhortationem[17], in ultimo textu, manu ipsius Nadal correcto, qui est textus italicus *U*, nomen sancti Onuphrii deletum esse, substitutum vero nominibus SS. Francisci et Dominici[18]. Hos duos sanctos tantum affert Nadal in omnibus documentis posterioribus, ut sunt *Dialogi* pro Societate, a. 1563 scripti, et *Adhortationes colonienses* a. 1567[19]. Ratio huius mutationis non significat certo Natalem errorem quendam voluisse corrigere, sed suum textum cum *Autobiographia* ignatiana, forte post a. 1561 tantum lecta, consentientem reddere. Attamen cum mentio sancti Onuphrii a solo P. Nadal facta fuerit et postea ab eodem in suo manuscripto deleta, in scriptis vero posterioribus non repetatur, nobis videtur non multum insistendum esse in quaerendis similitudinibus inter vitam sancti Ignatii et vitam sancti Onuphrii, neque ibi argumentum quaerendum ad conieciendum Ignatium aliquando vitam solitariam conducere voluisse[20].

De imitatione Christi

S. Ignatius dixit Patri Gonçalves da Câmara : « que en Manresa avía visto primero el Gerçonzito y nunca más había querido leer otro libro de devoción »[1]. Notissimi huius libri, qui, ut notum est, ab aliquibus tunc temporis tribuebatur Ioanni Gerson, cancellario parisiensi, complures editiones in Hispania factae sunt. Ecce tibi titulum editionis burgensis a. 1516 : *Contemptus / mundi, compuesto por el / famoso maestro en / Sancta theología Juan / Gerson, chanceller*

[15] *Acta*, n. 7, p. 372.
[16] FN, II, 187, in apparatu critico, EN, V, 270.
[17] V. FN, II, 186-187 (et apparatum), cf. p. 162 ; EN, V, 270-271.
[18] FN, II, 187 lin. 82.
[19] FN, II, 234, EN, V, 606 ; FN, II, 403, EN, V, 779.
[20] Leturia, *El gentilhombre*, 167-169 ; Id., *Estudios ignacianos*, I, 113[1].
[1] *Memoriale*, n. 97, FN, I, 584.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

de / París. E otro su tra-/tado del pensamiento / o ymaginación de cora-/çon nueuamente impresso. Quamnam Ignatius Minorissae editionem habuerit nescimus, neque id ad intentum nostrum multum confert. Influxus eius in *Exercitia* manifestus est, ita ut potuerit fieri comparatio sive concordia inter utrumque librum [2]. Titulus ipse: « Exercitia », ex *Imitatione Christi* provenire potest. Ibi enim agitur (l. I, c. XIX) « De exercitiis boni religiosi ». Maioris momenti est studium Christi vestigia sequendi in ascetico labore vincendi seipsum ad obtinendam victoriam de passionibus inordinatis (cf. l. I, c. XXV et *Exercitiorum* num. 189). Hunc influxum agnovit P. La Palma, qui asseruit auctorem libri *De imitatione Christi* magistri partes egisse erga sanctum Ignatium [3]. Quod per totum vitae Ignatii cursum se extendit, nam teste eodem P. Câmara: « y así no parece otra cosa conversar con el Padre, sino leer a Juan Jersón puesto en ejecución » [4]. Liber ille fuit semper Ignatio familiaris. Dum Romae viveret, teste Manareo: « in cubiculo suo secretiore, ordinarie super mensam alios libros non habebat quam Novum Testamentum et Thomam de Kempis, quem solebat appellare perdicem librorum spiritualium » [5].

Exercitatorio de la vida spiritual

De huius operis auctore, García Jiménez de Cisneros, Ordinis Sancti Benedicti, magni momenti studia edita sunt, quorum culmen est editio critica omnium eius operum, cura P. Cypriani Baraut O. S. B.[6] Natus in oppido Cisneros (dioecesis legionensis) a. 1445-1446, a. 1475 Vallisoleti ingressus est Ordinem Sancti Benedicti. In dicto monasterio mansit usque ad a. 1493. Hoc anno nonnulli monachi, ex eo provenientes, se transtulerunt in abbatiam Sanctae Mariae de Monte Serrato. Die 3 iulii ipsius anni, García de Cisneros

---

[2] Mercier, Victor, *Concordance de l'Imitation de J. C. et des Exercices spirituels*, Paris, 1885. Versio hispana facta a Arturo Masriera, Barcelona, 1900, altera editio 1917. Gilmont-Daman, n. 2192. P. Codina, *Los orígenes*, dedicat integrum caput XV huic argumento. Cf. de Guibert, *La spiritualité*, 145.

[3] *Camino espiritual*, l. I, c. III, ed. B. A. C. (Madrid 1967) p. 438. Cf. Codina, *Los orígenes*, 155-166.

[4] *Memoriale*, n. 226: FN, I, 659.

[5] FN, III, 431.

[6] *García Jiménez de Cisneros. Obras Completas.* Vol. I. *Introducción e índices.* Vol. II. *Texto.* Abadía de Montserrat, 1965, (= *Scripta et Documenta 15, 16*). Vide etiam, inter alia, G. M. Colombás, *Un reformador benedictino en tiempo de los Reyes Católicos. García Jiménez de Cisneros, abad de Montserrat.* Montserrat 1955 (= *Scripta et documenta*, 5); A. M. Albareda, *Intorno alla scuola di orazione metodica stabilita a Montserrato dall'abate Garsias Jiménez de Cisneros (1493-1510)*, in AHSI, 25 (1956) 341-353.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

primus Prior reformatus huius monasterii electus est. Septemdecim continuos annos suae communitati praefuit, primum ut Prior, usque ad a. 1499, deinde ut Abbas. Mortuus est a. 1510. In suo monasterio introduxit reformationem, cuius Vallisoleti testis fuerat. Eius opus hac in re comparari potest cum activitate Ludovici Barbo (1381-1443) [7] in patavina congregatione Monachorum de Observantia, et Ioannis Trithemii (1462-1516) in germanica congregatione Bursfeldiensi. Cum Ludovico Barbo communem habet affinitatem cum motu *Devotionis modernae*. Specialis mentionis digna est fundatio et promotio typographiae in monasterio Montserratensi, ubi multa opera spiritualia edita sunt, inter quae nostra praecipue intersunt opuscula olim tributa sancto Bonaventurae, liber *De spiritualibus ascensionibus* Gerardi Zerbolt a Zutphen et hispanico versio *Epistolae excitativae ad spirituale profectum*, tributae Ioanni Gerson. Ibi impressa sunt opera ipsius García de Cisneros, inter quae eminent duo [8].

Legitne Ignatius opera García de Cisneros ? Neque ipse Ignatius, nec testes coaevi de his operibus mentionem faciunt. Unus Ribadeneira rem censet valde probabilem, non ductus directo testimonio, sed fidem tribuens traditioni in Monte Serrato vigenti. En eius verba in epistola ad Patrem Franciscum Girón S. I. :

« Lo que el Padre Fray Antonio de Yepes dize, y quiere escrivir o imprimir acerca de los Exercicios de nuestro b. Padre Ignacio, es cosa antigua y recibida entre los Padres de Nuestra Señora de Monserrate, y ha muchos años que un Padre de aquel sagrado convento, llamado Fray Juan de Lerma, me la escrivió, fundado en algunas de las razones que dize el Padre Fray Antonio de Yepes. Lo que a mí me parece son dos cosas : la primera que es cosa muy provable que nuestro b. Padre Ignacio aya tenido noticia en Monserrate del libro o Exercitatorio del Padre Fray García de Cisneros, y que a los principios se aya aprovechado dél para su oración y meditación, y que el Padre Fray Juan Chanones le aya instruýdo y enseñado algunas cosas dél, y también que aya llamado al libro, que después compuso, Exercicios espirituales, tomando el nombre del libro, o Exercitatorio, del Padre Fray García. La segunda cosa es que el libro de N. P. es muy diferente del del Padre Fray García, porque aunque en el uno y en el otro material-

[7] I. Tassi, O. S. B., *Ludovico Barbo (1381-1443)*. Roma 1952. In appendice, p. 143-152, editur *Forma orationis et meditationis congregationi monachorum S. Iustinae tradita per d. Ludovicum Barbo, eius fundatorem, qua ipse sine intermissione in abbatiali et episcopali ordine usus est.*

[8] De his editionibus vide Baraut, op. cit. I, 28-31 ; II, 894 ss. ; Albareda, *La imprempta de Montserrat (segles XV-XVI)* in *Analecta Montserratensia*, 2 (1918) 11-166. Opus *Exercitatorio de la vida espiritual* editum est tum latine tum hispane in Monte Serrato, anno 1500. Eodem anno ibidem prodiit in lucem, pariter latine et hispane, opus *Directorio de las horas canónicas*. Baraut, p. XI-XIII.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

mente se tratan algunas cosas que son las mismas, pero son muy diversas en el modo y forma de tratarse ... »[9].

Praeter testimonium Patris Ioannis de Lerma, a Ribadeneira adductum, alia habemus in processibus in ordine ad canonizationem sancti Ignatii. In processu informativo, a. 1595 in Monte Serrato facto, respondens ad articulum secundum, P. Laurentius Nieto dicit : « ... que lo dit P. Ignacio, arribat en esta sancta casa, (y) se confessà amb lo P. Joan Chanones, monje desta casa, lo qual li donà y enseyà alguns exercicis spirituals, en los quals se exercità dit P. Ignaci ; y estant en Manrresa, hont estigué alguns dies, venía algunes vegades a donar rahó a dit Pare son confessor de dits exercicis y de les mercès que nostre Senyor li feya »[10]. Item P. Ioachim Bonanat sic respondit ad eundem articulum : « y assó dix saber ell testimoni per haver-ho oyt dir als que té dit, y que dit Pare Loyola confessà ab lo Pare fra Joan Chanones, monge desta sancta casa, de nació francés, lo qual li donà los exercicis espirituals desta casa de Fra Garcia de Cisneros, abad que fonch desta casa »..... Idem fere repetivit P. Michaël de Santa Fe : « ha oyt dir que dit P. Ignasi confessà en esta casa ab lo Pare Fra Joan Canones, de nació francès, monge desta casa, lo qual li donà los exercicis spirituals de Cisneros »[11]. Quid intelligendum sit pro : « li donà los exercicis », declarant testes processus remissiorialis a. 1606 facti. P. Franciscus Godofredus respondit ad sextum articulum[12] : « ... a quo [Chanones] ipse P. Ignatius accepit exercitatorium vitae spiritualis, compositam [sic] per reformatorem dicti monasterii »[13]. P. Michaël Santa Fe, depositionem a se factam a. 1595 confirmavit : « ... a cuius manu [Chanones] creditur hic, in huiusmodi cenobio, dictum P. Ignatium recepisse aliqua spiritualia documenta »[14].

Etiamsi hi testes non sunt immediati et testimonium ferunt cum de Ignatii glorificatione agebatur, quo tempore res a maioribus traditae facile amplificantur, eorum declarationes, e recepta traditione originem ducentes, nobis, sicut iam antea Patri Ribadeneira, probabilia reddunt duo facta : Patrem Chanones Ignatium aliquo modo introduxisse in res spirituales eique *Exercitatorium* Patris Cisneros com-

---

[9] FN, III, 599.
[10] MI, *Scripta*, II, 384-385.
[11] Ibid. 385-386.
[12] Textum sexti articuli habes in MI, *Scripta*, II, 531-532.
[13] C. DE DALMASES, *Una copia auténtica desconocida de los procesos ... Texto inédito del proceso remisorial de Montserrat*, in *Analecta sacra Tarraconensia*, 15 (1942) p. 148.
[14] Ibid. p. 153.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

modasse [15]. S. Ignatius testesque coaevi pauca nobis dicunt de eius commoratione in Monte Serrato, quam reducunt ad triduum confessionis [16]. Ulteriora colloquia S. Ignatio cum Chanon, si quando locum habuerunt, facta sunt cum Ignatius iam Minorissae degebat, unde sine magna difficultate in Montem Serratum se conferre potuit. Hoc evenisse indicatur in processibus [17] et affirmatur, nullo argumento allato, a P. Daniele Bartoli [18]. Notandum tamen est Ignatium etiam Minorissae invenisse sacerdotes, qui eum in spiritu iuvarent. Ipse nobis loquitur de : « un doctor de la Seo, hombre muy espiritual, que allí predicaba, le dijo un día en la confesión que escribiese todo lo que se podía acordar » [19]. Cum eo egit Ignatius tempore scrupulorum. Inter Patres Dominicanos, apud quos degit, invenit Ignatius etiam confessorem (« su confesor »), Patrem Galcerán Perelló [20]. Noverat etiam monachum Cisterciensem, vicini monasterii Sancti Pauli « hombre muy espiritual », a quo post reditum e peregrinatione hiero-

[15] Admittunt Ignatium legisse *Exercitatorium*, inter alios : WATRIGANT, *La genèse*, p. 27-28 ; H. BÖHMER, *Loyola und die deutsche Mystik*, p. 20 ; TACCHI VENTURI, *Storia*, ²II-1, 24 ; ALBAREDA, *Sant Ignasi a Montserrat*, 113-114 ; CODINA, *Los orígenes*, 62, 128, 172, 177, 181 ; LARRAÑAGA, *San Ignacio de Loyola*, 127 ; LETURIA, *Estudios ignacianos*, II, 11 ; DUDON, *Saint Ignace*, p. 265-266. Contrarii sunt, inter alios, ASTRAIN, *Historia*, I, p. 158-160 ; CREIXELL, *San Ignacio*, I, p. 197.

[16] Ignatius non dicit quandonam Montem Serratum pervenerit, sed ex eius dictis eruitur id evenisse versus diem 21 martii 1522. Vide FN, I, 28* et *Acta*, n. 17, p. 386 : « Pues, partido deste lugar, fuese, según su costumbre, pensando en sus propósitos, y llegado a Monserrate, después de hecha oración y concertado con el confesor, se confesó por escrito generalmente, y duró la confesión tres días ». Post narratam vigiliam armorum sequitur : « Y en amaneciendo, se partió por no ser conocido ... » (ibid. n. 18, p. 388). P. Laínez loquitur quidem de armorum vigilia, sed non de discessu Ignatii e Monteserrato, n. 7, FN, I, 76-78 ; sed referens ea quae Ignatio evenerunt post quatuor menses (inde ab adventu in urbem Minorissam), praecipue post eximiam illustrationem, dicit : « y esto creo fuesse en Manresa, cerca de Barcelona, donde estuvo, si bien me acuerdo, obra de un año », n. 10, p. 80. Clarius Polanco : « ... y en este estado duró circa de 4 meses en Manresa, adonde fue luego que salió de Monserrate », *Sum hisp.* n. 13, FN, I, 159. Fontes asserunt Ignatii commorationem in urbe Minorissa spatium unius fere anni durasse. Probabiliter ad undecim menses reducenda est, inde a mense martio 1522 ad dimidiatum februarium sequentis anni. FN, I, 29*.

[17] MI, *Scripta*, II, 385, 388, 446. Vide etiam CALVERAS, *La inspiración de los Ejercicios*, 398-399.

[18] « Andava Ignazio a trovarlo [Dom Chanon] a certi tempi, e a lui, come a primo padre dell'anima sua, apriva tutto il suo cuore. *Della vita* ... l. I, § 14, p. 66. Probabilis est etiam opinio P. Tacchi Venturi, asserentis Ignatium in Montem Serratum pervenisse mense martio ineunte : *Storia*, ²II 1, 23.

[19] *Acta*, n. 22, p. 394.

[20] FN, III, 198[36].

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

solymitana litteras discere cogitavit [21]. Sed amicus eius iam mortuus erat. Non deerant ergo Minorissae sacerdotes quibuscum Ignatius de suis rebus agere poterat et de facto egit, ita ut minus ei necesse fuerit in Montem Serratum ascendere. Minorissa fuit illi « primitiva ecclesia » [22], ad instar noviciatus in vita spirituali.

Comparationem inter *Exercitatorium* et *Exercitia* non instituemus, quae ab aliis iam facta est [23].

Inspicienti utrumque librum statim apparet unum ab altero toto caelo differre. Diversitas petitur praecipue e natura et scopo [24]. *Exercitia* ignatiana non sunt manuale meditationum nec tractatus vitae spiritualis, sed prout eorum titulus indicat, methodus ad disponendum animum ad se exuendum ab inordinatis affectionibus, in ordine ad cognoscendam et amplectendam divinam voluntatem in propriae vitae dispositione [21]. *Exercitia* uno fere mense absolvuntur. Directoria, additiones, regulas habent ad laborem exercitantis moderandum. Exercitia « facienda » sunt, id est intelliguntur ut « danda et facienda », immo potius diriguntur ad directorem quam ad exercitantem, qui ab eo se duci sinere debet. Casus typicus pro faciendis *Exercitiis* est ille ubi exercitans optat electionem facere, sive de propriae vitae statu, sive de aliqua re particulari in proprio statu. Electio est punctum centrale *Exercitiorum*. Ad methodum quod attinet, etiamsi interpretes eam reduxerint ad praxim trium viarum [25], *Exercitia* de tribus viis non loquuntur nisi semel [26], dum in *Exercitatorio* omnia ad tres vias reducuntur. In comparatione harum diversitatum essentialium quisque videat quam parvum momentum habeant similitudines mere materiales quae inveniri possint.

Idem dicit potest de operibus *Exercitatorium* praecedentibus, qui huic libro fontes fuerunt. Aliqui auctores maiorem similitudinem invenerunt inter *Exercitia* et librum *De spiritualibus ascensionibus*,

---

[21] *Acta*, n. 54, p. 436.

[22] Laínez : FN, I, 140.

[23] Vide praecipue CODINA, *Los orígenes*, 172-177 ; MI, *Exercitia*, 94-123 ; WATRIGANT, *La genèse*, 33-38.

[24] FN, III, 599.

[25] Ita H. Nadal. Vide NICOLAU, *Jerónimo Nadal ... Los ejercicios y las tres vías*, p. 265-268 ; 274-276 ; EN, V, 5, 19, 93 ; LA PALMA, *Camino espiritual*, « La división de nuestros Ejercicios en las cuatro semanas, es la misma que se hace del camino espiritual en las tres vías o jornadas, purgativa, iluminativa y unitiva » : l. I, c. XIV, Ed. B. A. C., (Madrid 1967), p. 459.

[26] S. Ignatius utitur semel verbo « vida », n. [10] : « Porque comúnmente el enemigo de natura humana tienta más debajo de especie de bien, cuando la persona se ejercita en la vida iluminativa, que corresponde a los ejercicios de la 2ª semana y no tanto en la vida purgativa, que corresponde a los ejercicios de la 1ª semana ». De via unitiva non loquitur. Textus *P1* vertit « vita » ; *P2* et *V* « via ».

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

auctore Gerardo Zerbolt a Zutphen [27], cuius editio facta est a. 1499 in monasterio Montis Serrati [28]. Non obstante aliqua similitudine in dispositione generali utriusque operis, directa dependentia excludenda est. Non solum Ignatius aliique testes numquam loquuntur de hoc auctore, sed eius opus, latine scriptum, ab Ignatio legi non potuit cum Minorissae, ignarus linguae latinae, *Exercitia* « quantum ad substantiam » composuit. Nisi forte dicendum sit Ignatium indirecte opera Gerardi novisse, in quantum magna ex parte in *Exercitatorio* cisneriano inserta sunt [29].

De libris Horarum et manualibus confessionum

Duo sunt genera librorum quibus sine dubio Ignatius usus est, saltem post conversionem, quique utiles sunt ad explicanda *Exercitia* : *libri Horarum* et *manualia confessionum*. Cum eis singulos articulos dicaverint PP. Leturia et Calveras [30], sufficiat hoc loco pauca innuere.

Ignatium solitum esse orare ope libri alicuius Horarum certum est [31]. Minorissae singulis diebus, Missae, Vesperis et Completorio assistebat ; Missae autem tempore Passionem Domini legebat : « y ordinariamente leía a la Misa la Pasión » [32]. Iam, ad hoc faciendum opus illi non erat alium librum adhibere, nam in libris Horarum illius temporis narratio Passionis Domini, saltem secundum Ioannis evangelium, adesse solebat [33].

Confessionalia, *Summae confessorum*, *Tractatus de paenitentia* et his similes, Ignatii tempore in usu erant ad paenitentes iuvandos in con-

---

[27] Sic Watrigant, *La genèse*, p. 59 ; Hyma, *The Christian Renaissance*, p. 270 : Groult, *Las fuentes germánicas de la mística española*, in *Arbor*, n. 181, (1961) 32.

[28] Baraut, *op. cit.* I, p. 28, 94, II, 905 ; Albareda, *La impremta de Montserrat (s. XV-XVI)*, in *Analecta Montserratensia*, 2 (1918) 85-86.

[29] Cf. Baraut, op. cit. 87.

[30] Leturia, *Libros de Horas, Anima Christi y Ejercicios espirituales de san Ignacio*, in AHSI, 17 (1948) 3-50 ; iterum editum in *Estudios ignacianos*, II, 99-148. — Calveras, *Los « Confesionales » y los Ejercicios de San Ignacio*, in AHSI, 17 (1948) 51-101.

[31] Ioannes Pasqual : « venia ressant ab unes ores » : FN, III, 190 ; *Scripta*, II, 87. In articulo 45° Rotuli Patris Paschalis Paoli, in processu pro Ignatii canonizatione, dicitur Ignatium Minorissae solitum esse e sua solitudine egredi « certis diei temporibus ad recitandas quasdam *e libro* preces », MI, *Scripta*, II, 575. P. Araoz in sua censura ad *Vitam* Ignatii auctore Ribadeneira, inter ea quae addenda censet, dicitur : « De tantos mill açotes por algunas ojas que se quemaron de las horas en que rezaba », FN, IV, 936 ; MI, *Scripta*, I, 725. Expressis verbis de libro horarum S. Ignatii loquitur in processibus P. Balduinus Delange. MI, *Scripta*, II, 434-435.

[32] *Acta* n. 20, p. 390.

[33] Leturia, *Libros de Horas* : *Estudios ignacianos*, II, 127-128; FN, I, 391[5].

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

fessionibus faciendis. Hi libri continebant summam doctrinae christianae, mandatorum explanationem, orationes et alia huiusmodi. S. Ignatius sat clare hos libros sive methodos significat in *Constitutionibus Societatis* p. 4, c. 8, n. 4 D [407]. Ignatii iussu redegit Polancus *Breve directorium ad confessarii et confitentis munus rite obeundum concinnatum*, primum editum a. 1553 et deinceps saepe [34].

In sua confessione facta in Monte Serrato, Ignatius usus esse videtur aliquo ex his confessionalibus [35]. Confessio enim, iuxta hos libros, per unum vel duos dies parari solebat, antequam paenitens ad confessarium accederet peccata confitendi causa [36]. Scimus Ignatii confessionem tres dies durasse : « después de hecha oración y concertado con el confesor, se confesó por escrito generalmente, y duró la confesión tres días » [37].

Quidquid est de Ignatii praxi, *Confessionalia* certe sunt fons ad interpretanda *Exercitia*. Exempla nonnulla hoc demonstrant. In primo puncto secundi exercitii primae hebdomadae dicitur : « El primer puncto es el processo de los pecados ... para lo cual aprovechan tres cosas. La 1ª mirar el lugar y la casa adonde he habitado. La 2ª la conversación que he tenido con otros. La 3ª el oficio en que he vivido ». Quid simile legimus in *Arte de bien confesar* : « diligentemente piense en recordar sus pecados, discurriendo por los estados que ha tenido, por los lugares en que ha estado, e por los ejercicios que ha hecho, de manera que se confiese enteramente » [38].

Magnum momentum tribuitur verecundiae in *Exercitiis*, ad quam excitandam dirigitur primum exercitium : « Aquí será demandar vergüenza y confusión de mí mismo ... » [48]. *Confessionalia*, inter condiciones bonae confessionis, numerant verecundiam : « Has de saber que la vergüenza es gran parte de la penitencia, y por esto se debe procurar, por más satisfacer a Dios » [39]. Peculiari attentione digna est comparatio doctrinae *Exercitiorum* in examine generali, de variis modis peccandi cogitatione, verbo et opere. Hanc divisionem potuit Ignatius videre in manualibus confessionum, ex. gr. in *Confesión breve*, auctore Andrea de Escobar [40].

---

[34] Opus compositum inter annos 1549 et 1553, impressum Romae a. 1554. Cf. SOMMERVOGEL, VI, 939-943; J.-F. GILMONT, *Les écrits spirituels des premiers jésuites*, p. 203-204, n. 221. Ignatius hoc directorium laudavit : MI, *Directoria*, 104.

[35] CALVERAS, art. cit. in annot. 30, p. 61.

[36] Ibid. 57-59 : II. *La confesión en tiempo de San Ignacio.*

[37] *Acta*, n. 17, p. 386.

[38] CALVERAS, art. cit. p. 62.

[39] Ibid. p. 64.

[40] Ibid. p. 66 et textus 52-56.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

In tribus orandi modis apparet etiam similitudo cum *Confessionalibus*. Argumenta quae innuit Ign. pro primo modo « cerca de los diez mandamientos ... » [238] continentur fere iisdem verbis in *Arte para bien confesar* et reliquis manualibus [41].

Hoc loco notandum est neque Ignatium neque *Confessionalia* loqui de peccatis capitalibus, sed eos illa vocare peccata « mortalia », etiam cum sensu morali gravia non sunt. Hoc prae oculis habendum est ubi in *Exercitiis* agitur de peccato « mortali », prout in n. [57] : « la malicia que cada pecado mortal cometido tiene en sí ». Sic in *Confessionali* Alfonsi de Madrigal (Tostado) : « Síguese de los siete pecados mortales : De la soberbia ... De la lujuria ... » [42] ; in *Arte de bien confesar* : « cuando ... habrán sumado y recordado todos sus pecados más o menos *en cada pecado mortal*, así por pensamiento y deliberaciones, como por obras e inducciones » [43]. Eadem terminologia utebatur Ignatius cum Compluti *Exercitia* tradebat piis feminis. Secundum dictum Mariae de la Flor : « E la dixo que le avía de declarar las tres potençias, e ansí se las declara ; e el mérito que se ganava en la tentación ; e del pecado venial cómo se facía mortal ; e los diez mandamientos e çircunstançias ; *e pecados mortales* ; e los çinco sentidos, e çircunstançias de todo esto » [44].

Ex his sequitur Ignatium in *Exercitiis* et deinceps postea usum esse terminologia quae *Confessionalium* propria erat.

Tandem, *Confessionalia* usui nobis sunt ad intelligenda nonnulla verba et constructiones grammaticales *Exercitiorum*, ex. gr. : « gravedad e impedimento » [150]. Gravedad idem est ac « dificultad », ut etiam in *Suma de confesión* : « Hermano, no hayáis graveza de decir todas las cosas que vos acordáredes ». — « Venia y perdón » [241] correspondet « indulgencia y perdón » (Escobar). — « Acusarse en » [243] aequivalet « acusarse de », ut in *Confessionali* Tostati : « acusándose en lo que no pecó ». — « Cada un año » [44] idem ac in *Suma de confesión* : « confesar a lo menos una vegada en cada un año ». — « Dones y gracias espirituales » [20, 32, 87, 322] respondet in *Arte para confesar* : « He impugnado a mi próximo habiendo envidia de sus gracias espirituales y dones que de Dios había recibido ». Exempla multiplicari possunt. Ea nos explicant terminologiam adhibitam a S. Ignatio, quae erat ea qua utebantur scriptores ascetici sui temporis.

---

[41] Ibid. textus nn. 2-4, 29, 30, 48, 55, 56, 62, 71.

[42] Ibid. textus n. 29, p. 89. Vide etiam : CALVERAS, *Notas exegéticas sobre el libro de los Ejercicios*, in *Manresa*, 24 (1952) 177-181, ubi declarat *Exercitia*, n. [57].

[43] Ibid. p. 68.

[44] MI, *Scripta* I, 611.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

EVANGELIA

Facta vitae D. N. Iesu Christi quae in *Exercitiis* contemplanda proponuntur sanctus Ignatius haurire potuit e *Vita Christi* Ludolfi cartusiensi [45], vel ex aliis libris. Dubium tamen non est quin ipsa Evangelia prae manibus habuerit. In *Mysteriis vitae Christi* [261-312] quae breviter ad finem libri declarantur, ipsa verba Evangeliorum affert, ea intra parenthesim claudens, prout tunc in usu erat, loco virgularum (''), indicans capita et versiculos, litteris distinctos [46]. Antequam latinam linguam disceret, Ignatius Evangelia lingua hispana legere debuit. Iam vero, versiones hispanae Evangeliorum typis editae tunc temporis paucae omnino erant [47]. Versio facta a Francisco de Enzinas : *El Nuevo Testamento de nuestro Redemptor y Saluador Iesu Christo, traduzido de Griego en lengua castellana* [48], typis editum est Antwerpiae a. 1543, unde post *Exercitia* scripta et emendata. Alia versio Novi Testamenti, auctore Ioanne Pérez de Pineda, edita est Venetiis a. 1556 [49]. Praeterea hae due versiones heterodoxae habebantur. Posteriores sunt adhuc versiones protestantium Cassiodori de Reina (Basileae a. 1569) et Cypriani de Valera (Amstelodami 1602) [50]. Post prohibitionem Sacram Scripturam in linguam vernaculam vertendi, difficilius adhuc fuit versionem typis editam legendi. Probabiliter Ignatius vidit opus scriptoris sibi bene noti Ambrosii Montesino : *Evangelios y Epístolas para todo el año* (Toledo 1512) [51], quod ultimum fuit opus a vate franciscano conscriptum. Sed collato huius textu cum *mysteriis vitae Christi* in libro *Exercitiorum*, apparet diversitas, sicut etiam cum versione hispana *Vitae Christi* Ludolfi ; unde Ignatius verba ipsa Evangelii a Montesino non mutuavit. His positis nihil restat nisi ut Ignatius *mysteria vitae Christi* e versione latina Vulgata desumpserit et hispanice verterit, unde post tempus Minorissanum.

---

[45] WATRIGANT, *La genèse*, p. 21.

[46] Ut notum est, numeri ad designandos versiculos Sacrae Scripturae primum adhibiti sunt in editione gallica facta a R. Estienne (*Stephano*), anno 1551.

[47] Cf. *Historical Catalogue of the printed editions of Holy Scripture in the Library of the British and foreing Bible Society*, compiled by T. H. DARLOW and H. F. MOULE.

[48] J. SIMÓN-DÍAZ, *Impresos del Siglo XVI* : *Religión*, n. 58 (*Cuadernos Bibliográficos*, n. XIV). C. S. I. C., Madrid, 1964 ; PALAU, *Manual del librero*, [2]II, 217, n. 290, 75.

[49] Ibid. n. 117.

[50] PALAU, *Manual del librero*, [2]II, 212-213, nn. 28941, 28942. Altera haec versio est nova editio praecedentis a Valera revisa.

[51] C. PÉREZ PASTOR, *La imprenta en Toledo*, p. 35, n. 54.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

In *Exercitiis* mentionem fecit Ignatius Evangelii Nicodemi [310], eam tamen delevit, eius loco scribens : « píamente se medita y se lee en la vida de los sanctos ». Unde, sin minus legit, at certe novit Ignatius hoc Evangelium apocryphum, alio nomine vocatum *Acta Pilati.*

ERASMUS

P. Gonçalves da Câmara in suo *Memoriali* [52] asserit commendatam fuisse Ignatio, dum Compluti versaretur (a. 1526-1527), lectionem operis Erasmi *Enchiridion militis christiani* ; sed Ignatium libri illius lectionem declinasse (« nunca lo quiso leer ») eo quod de orthodoxia auctoris dubia moverentur. P. Ribadeneira, dum *Vitam* Ignatii pararet, in suis *Collectaneis* verba *Memorialis* notavit [53]. Postea tamen, iam inde a prima editione *Vitae P. Ignatii* (a. 1572), factum hoc Barcinone reposuit, cum Ignatius in illa urbe a. 1524-26 grammaticae studio vacaret [54]. Ribadeneirae narratio differt a *Memoriali*, praecipue quia dicit Ignatium librum illum non illico respuisse, sed eum legere incepisse : « començó con toda simplicidad a leer en él con mucho cuydado, y notar sus frases y modos de hablar ». Postea tamen, cum experiretur ea lectione spiritus fervorem in animo suo restingui, librum e manibus abiecit. Nobis non videtur contradictionem adesse inter duos hos testes, Ribadeneiram et Câmara, quia nihil impedit quominus tum Barcinone tum Compluti lectio libri illius, adeo in Hispania tunc noti, suaderetur Ignatio. Vide quae alibi de hoc scripsimus [55]. Praeterea, Ignatium Barcinone incepisse legere *Enchiridion* asserunt etiam, etsi probabiliter sub influxu Ribadeneirae, P. Polanco [56], P. Maffei in sua *Vita* Ignatii, l. I, c. XVI, et P. Valtrino [57]. Polancus in *Summario* hispano de hac re silet.

Haec praemisimus quia multi auctores magnam adesse notarunt analogiam inter Principium et fundamentum *Exercitiorum* [23] et

---

[52] In nn. 98, 245 : FN, I, 585, 669.

[53] FN, II, 417-418.

[54] L. I, c. XIII : FN, IV, 172-175.

[55] FN, I, 585[60] ; II, 417[15] ; IV, 172[12] ; cf. tamen infra annnt. 57.

[56] FN, II, 543.

[57] FN, III, 386. Validum argumentum contra sententiam Ribadeneirae ex eo petitur quod Enchiridion Erasmi non invenitur citatum in documentis bibliographicis barcinonensibus illius temporis. Ceterum opera Erasmiana raro recensentur Barcinone in prima quarta parte saeculi XVI, dum in altera dicti saeculi dimidiata parte abunde reperiuntur. De his v. J. M. MADURELL - J. RUBIÓ, *Documentos para la historia de la imprenta y librería en Barcelona (1474-1553)*, et J. M. MADURELL - C. DE DALMASES, *Jeroni Ardèvol, maestro de san Ignacio*, in AHSI, 37 (1968) 383.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Canonem 4^um^. *Enchiridii* erasmiani. Cum res tanti momenti sit, comparatos hic adducimus utrosque textus. Ad *Exercitia* quod attinet, exscribimus non solum textum hispanum « autographum », sed etiam textum latinum in redactione Heliaris, quae omnium quae servantur antiquissima est (a. 1535), ut suo loco monstrabimus.

Erasmus	Textus Heliaris [f. 24*r*]	Textus «autographus»[23]
« Tum ad summi boni metam recta festinanti, quaecunque obiter occurrunt, eatenus sunt aut rejicienda aut adsumenda, quatenus cursum tuum aut adjuvant aut impediunt. Earum rerum ferme triplex est ordo. Quaedam enim ita sunt turpia, ut honesta esse non possint, velut ulcisci injuriam, male velle homini. Haec semper adspernanda, quantovis etiam emolumento proposito aut cruciatu [...] Quaedam e regione ita sunt honesta, ut turpia esse non possint. Quod genus sunt bene velle omnibus, juvare honestis rationibus amicos, odisse vitia, gaudere piis sermonibus. Quaedam vero media, veluti valetudo, forma, vires, facundia, eruditio et his similia. Ex hoc igitur postremo genere rerum nihil propter se expetendum, neque magis vel minus adhibendae sunt, nisi quatenus conducunt ad summam metam »[58].	«Secundo : homo creatus est ad laudem Domini et ad salutem animae suae. Item omnia quaecumque creata sunt super faciem terrae, sunt creata propter hominem, ut ipse laudet Deum, et salvet seipsum. Ex iis sequitur, quod homo tantum debet accipere de huiusmodi rebus creatis, quantum poterit iuvare ad laudem Domini et ad salutem animae suae ; et tantum debet ea repellere, quantum sibi noceant ad eiusmodi finem. Ex quibus manifestum est quod nos debemus esse indifferentes circa ista creata, verbi gratia, ut ego absolute nec secundum quid debeo velle magis prospera quam adversa, quietem et ocium quam negocia et labores, paupertatem quam divitias aut contra, honores quam opprobria, vitam longam quam brevem, sanitatem quam morbum, vitam quam mortem, et econtra, nisi in quantum iudicavero hoc vel illud esse mihi melius ad laudem Domini et ad salutem animae meae, absque affectione aliqua carnali aut sensuali ».	« El hombre es criado para alabar, hazer reverencia y servir a Dios nuestro Señor y, mediane esto, salbar su ánima : y las otras cosas sobre la haz de la tierra son criadas para el hombre, y para que le ayuden en la prosecución del fin para que es criado. De donde se sigue que el hombre tanto a de usar dellas quanto le ayuden para su fin, y tanto deve quitarse dellas, quanto para ello le impiden. Por lo qual es menester hazernos indiferentes a todas las cosas criadas, en todo lo que es concedido a la libertad de nuestro libre albedrío y no le está prohibido ; en tal manera, que no queramos de nuestra parte más salud que enfermedad, riqueza que pobreza, honor que dessonor, vida larga que corta, y por consiguiente en todo lo demás ; solamente deseando y eligiendo lo que más nos conduçe para el fin que somos criados ».

[58] *Desiderii Erasmi Roterodami Opera omnia*, tom. V, p. 26. Similitudinem

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Etiamsi non desunt puncta dissimilia inter hos textus, analogia negari non posse videtur. Sed quaestio est utrum similitudo significet dependentiam. Ratio praecipua dubitandi est quod doctrina ab Erasmo exposita non videtur adeo nova vel singularis, ut eam Ignatius alibi discere non potuerit.

Ut notum est, ut fons pro Principio et fundamento adducitur etiam Petrus Lombardus, Magister sententiarum, I *Sententiarum*, distinct. I.[59]

Altera periodus

Oblivioni mandandi non sunt auctores pro altera periodo, cum scilicet Ignatius tempore studiorum, et his peractis, ob oculos habere potuit. Barcinone Ignatius linguae latinae studio vacavit [60]; Compluti per annum cum dimidio inordinate studia prosecutus est: « y estudió términos de Soto, y phísica de Alberto, y el Maestro de las Sentencias » [61]. Lutetiae studia grammaticae et humaniorum litterarum complevit in collegio Montis Acuti, a Standonck, motus Devotionis modernae fautore, restaurato. Theologiae secundum doctrinam Sancti Thomae [62] vacavit in conventu Dominicanorum [63]. Tum examina apud inquisitores Compluti, Salmanticae, Lutetiae habita, tum studia philosophiae et theologiae, una cum caelesti illuminatione, Ignatium duxerunt ad rerum fidei expositionem, quam etiam critici moderni cum Theologiae conclusionibus consentientem agnoscunt [64]. Meditatio de Regno Christi apprime cohaeret cum Sacra Scriptura [65]. Duo Vexilla et Regulae discretionis spirituum respondent traditioni sanctorum Patrum de civitate Dei et civitate diaboli, de oppositione Sathanae et angelorum. Expositio peccati angelorum e doctrina sancti Augustini originem ducit, sive mediante sancto Thoma, sive me-

---

nonnulli invenerunt inter Principium et fundamentum et opus *Arte para servir a Dios*, compositum a Fr. Alonso de Madrid. Vide P. Meseguer, *Fray Alonso de Madrid y san Ignacio de Loyola. Discusión de una posible influencia*, in *Manresa*, 25 (1953) 159-183. Cf. Iparraguirre, *Orientaciones bibliográficas*, n. 321.

[59] Watrigant, *La méditation fondamentale*, pp. 22-24; Pinard de la Boullaye, *Les étapes*, p. 13; R. Garcia Villoslada, *Loyola y Erasmo*, 42[30].

[60] *Acta* n. 54, p. 434; cf. Dalmases, *Los estudios de San Ignacio en Barcelona*, in AHSI, 10 (1941) 283-293. Ibi indicantur libri scholastici qui in usu erant Barcinonae. Ea comple ope articuli a Madurell-Dalmases scripti, supra in annot. 57 allati, pp. 381-384.

[61] *Acta*, n. 57, p. 440.

[62] Nadal: FN, II, 196.

[63] Polanco: FN, II, 555.

[64] H. Rahner, *Ignatius von Loyola als Mensch und Theologe*, p. 248.

[65] Ibid. 249.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

diante Magistro sententiarum [66]. E studiis theologicis procedit mentio « synderesis » [314] in prima regula discretionis spirituum, quam notionem theologia scholastica a sancto Hieronymo mutuavit [67]. Fontes assignare possumus pro oppositione inter Babylonem et Hierosolymam [68]. Babylonem significare confusionem dicunt Patres [69]. Mentio concilii Carthaginensis [344] clare studia theologica praesupponit; ubi tamen auctores moderni reperiunt non agi de concilio carthaginensi a. 398 cui sanctus Augustinus interfuit, quam de canonum collectione ab Hilario Arelatensi saeculo V facta, quam Ignatius sive per Pseudo-Isidorum [70] sive per Corpus iuris [71] hauire potuit. Tandem in tertia regula de scrupulis [348] sententia affertur sancti Gregorii: bonarum mentium est ibi culpam agnoscere ubi culpa nulla est [72].

Tempore studiorum S. Ignatia vel studiis peractis apposita videntur latina verba quae in hispanico textu reperiuntur : illucidado [2] a Nadal mutatum in : illustrado ; tamen [4, 320] ; probabiliter [15] ; consequenter [25], a Nadal mutatum in « por consiguiente » ; propósita [25, 180, 182], Nadal : propuesta ; mera [32], Nadal : propria ; impromptu [32], Nadal : promptamente ; haziendo alguna mórula [35], Nadal : deteniéndome algo en él ; meretriz [41], Nadal : mujer de mal partido ; voluntarie [89] ; natura [89, 136, 325] ; como suele, ut in pluribus [142] ; id est habet se ad modum laborantis [236] ; per diametrum [325] ; textus S. Gregorii [348] ; textus S. Bernardi [351].

Verum est nonnulla ex his verbis fortasse in usu communi linguae hispanae illius temporis adhibita esse, quod facilius admittit potest in formulis, prout : « subiecta materia » ; « todo el compósito » ; immediate ; superbia ; dempto ; pútridas.

In nostro *lexico* textus hispani, ad finem huius voluminis, verbis latinis praemittitur asteriscus.

Studia igitur simul cum mentis illuminatione, quam Deus scriptoribus mysticis impertiri solet, hanc miram correspondentiam effecerunt, vi cuius sanctus Ignatius in traditione Sanctorum Patrum inseritur [73].

---

[66] S. Augustinus, *De genesi ad litteram*, l. XI, c. XIV, n. 18 : PL 34, 436. S. Thomas, 1, q. 63, a. 2 et 3. Cf. RAHNER, op. cit. 248.

[67] RAHNER, op. cit. 248.

[68] MI, *Exerc.*, 124 ss.

[69] Ib. 349[5].

[70] Ibid. 542[1].

[71] « Ut episcopus vilem supellectilem et mensam, ac victum pauperem habeat, et dignitatis suae auctoritatem fide et vitae meritis quaerat . HINSCHIUS, *Decretales Pseudo-Isidorianae* (Leipzig 1863) 302 ; *Decretum Gratiani*, cap. 4, distinc. 41. Canon hic adhibitus est a Concilio Tridentino, et quidem tamquam a carthaginense procedens, in Decreto de Reformatione generali, sessione XXV. *Concilium Tridentinum*, t. IX, p. 1086 et cf. p. 1034.

[72] PL, 77, 1195.

[73] RAHNER, *Ignatius von Loyola und die aszetische Tradition der Kirchenväter*, in *Ignatius ... als Mensch und Theologe*, 235-250.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

CONCLUSIO

Ex iis quae exposuimus erui videtur *Exercitia*, consideratis praecipue eius scopo et natura, esse librum omnino singularem, qui tamen cum traditione tum orali tum scripta sui temporis connectitur. Dum fontes aliorum operum, prout *Vitae Christi* Ludolfi cartusiensis, *Exercitatorii* cisneriani atque ipsius sancti Ioannis de Cruce, ut pauca adducamus exempla, sat clare detegi possunt, id non facile fit ubi agitur de *Exercitiis*, quia hoc opus a nullo alio stricte loquendo dependet. Quod non excludit aliorum influxum. Prout scriptores generatim agnoscunt, *Exercitia* per *Vitam Christi* et *Florem sanctorum* cum traditione medioevali, immo cum traditione Sanctorum Patrum colligantur. Per influxum certum libri *De imitatione Christi* et probabilem *Exercitatorii* Garciae de Cisneros, non exclusa traditione collegii Parisiensis Montisacuti, Ignatius unitur cum motu « Devotionis modernae », sed potius quam in punctis particularibus, affinitas sive similitudo in aspectibus generalibus quaerenda est : in christocentrismo ad Salvatoris nostri imitationem promovente, in oratione methodica, quae tamen in *Exercitiis* humaniore modo praescribitur quam in operibus « Devotionis modernae », sine scalis, gradibus, rosariis et innumeris divisionibus ; in moralismo sive tendentia ad morum reformationem et luctam contra inordinatas tendentias animi ; in indole affectiva orationis, ope colloquiorum et precum [74].

Articulus IV

DE ORIGINE SUPERNATURALI LIBRI EXERCITIORUM

Nomine *inspirationis*, saepe a scriptoribus adhibito, intelligitur speciale supernaturale adiutorium sancto Ignatio concessum in ordine ad compositionem libri *Exercitiorum* [1]. Tale *inspirationis* genus negari nequid, cum illud adfuisse statuant Ignatius ipse et testes coaevi vix

[74] Notae quae devotionem modernam distinguunt declarantur a R. GARCÍA VILLOSLADA, *Rasgos característicos de la « Devotio Moderna »*, in *Manresa*, 28 (1956) 315-350.

[1] Debuchy : « un secours surnaturel spécial » : *Introduction a une étude des Exercices spirituels de Saint Ignace*, in *Collection de la Bibliotheque des Exercices*, n. 6, p. 14. De hoc argumento v. LA PALMA, *Camino espiritual*, l. I, c. 11 : *De lo mucho que nuestro santo Padre fue ayudado de nuestro Señor para escribir este libro* edic., B. A. C. (Madrid 1967), pp. 432-436 ; CALVERAS, *La inspiración de los Ejercicios*, in *Manresa*, 30 (1956) 391-414 ; H. RAHNER, *Ignatius von Loyola*, p. 53 ; M. QUERA, *El origen sobrenatural de los Ejercicios* (Barcelona 1941) ; DE GUIBERT, *La spiritualité de la Compagnie de Jésus*, 104[37].

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

non omnes. Ex eorum dictis nonnulla seligimus. Ignatius dicit de semetipso : « En este tiempo le trataba Dios de la misma manera que trata un maestro de escuela a un niño, enseñándole [...] y siempre ha juzgado que Dios le trataba desta manera »[2]. Et quidem, ut ait Ribadeneira, hoc eodem tempore nihil sciebat nisi legere et scribere [3].

P. Polanco : « ... entre otras cosas que *le enseñó* Aquel qui docet hominem scientiam en este año fueron las meditaciones que llamamos Ejercicios espirituales y el modo dellas »[4]. Idem Polanco : « Spiritualia ergo illa Exercitia quae *a Deo ipse edoctus acceperat*, multis Manresae communicare coepit »[5]. Alio loco : « ... y con el exemplo y las conversaciones y con los Exercitios spirituales *que sin maestro le avía Dios enseñado a él mesmo* para su aprovechamiento, començó a hazer muy notable fructo en muchos próximos, en especial [en] un pueblo de Cataluña, llamado Manresa »[6].

P. Nadal : « Aquí [en Manresa] *le comunicó nuestro Señor los Exercicios*, guiándole desta manera para que se emplease en el servicio suyo y salud de las almas, lo cual *le mostró con devoción* especialmente en dos exercicios, scil. del Rey y de las Banderas »[7]. « Fuit illius methodi Exercitiorum auctor Ignatius *Dei beneficio atque instinctu* [8]. « Per idem tempus accepit *per orationem* illas meditationes quas isti Patres Exercitia spiritualia appellare solent »[9]. « Haec sunt Exercitia quae Dominus tunc primo Patri Ignatio *inspiravit* »[10].

Ribadeneira : « El qual [libro de los Ejercicios] está tan lleno de documentos y delicadezas en materia de espíritu y con tan admirable orden, que se vee bien *la unción del Espíritu Santo haberle enseñado*, y suplido la falta de estudio y dotrina »[11]. In testimonio de Ignatii sanctitate, occasione processu anni 1595, inter alia argumenta hoc adducit : « el averle *enseñado Dios*, siendo hombre que aún no avía estudiado, y dádole el medio de los Exercicios spirituales »[12]. Conceptum inspirationis late exponit ipse Ribadeneira in epistola ad

---

[2] *Acta*, n. 27, p. 400.
[3] *Vita*, l. I, c. VIII : FN, IV, 135.
[4] *Sum. hisp.* n. 24 : FN, I, 163.
[5] *Vita latina*, FN, II, 532. Ibid. paulo antea (p. 529) scripserat : « et sic a Domino fuit edoctus ut licet nihil unquam a Scripturis sanctis vel doctoribus didicisset, sufficienter ipse instructus, etiam ad alios instruendos fuisset ».
[6] *Informatio de Societate*, a. 1564 : FN, II, 308, et cf. FN, III, 704.
[7] *Adhortationes a. 1554* : FN, I, 307.
[8] *Adhortatio 6ª* : EN, V, 842.
[9] *Dialogi*, FN, II, 241 et EN, V, 613.
[10] *Scholia in Constitutiones*, (ed. Prati in Etruria 1883) p. 154.
[11] Lib. I, c. VIII : FN, IV, 135.
[12] MI, *Scripta*, II, 159.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

P. Franciscum Girón, ubi haec, inter alia, asserit : « Aunque nuestro B. Padre huviera estudiado mucho y sacado de otros libros sus Exercicios, no era posible, humanamente hablando, que de conceptos aprendidos en escuelas y sacados de libros, aunque espirituales y devotos, se siguieran las mudanças de vida y reformaciones de costumbres y los otros fructos que se han sacado del libro de los Exercicios, si el Señor, *con especial gracia*, no se los hubera *dado* para estos efectos » [13]. In huius assertionis confirmationem affert Ribadeneira tum Breve apostolicum approbationis *Exercitiorum*, tum Praefatiunculam eius primae editioni praemissam, in qua Polancus dicit : « Haec documenta ac spiritualia exercitia, quae non tam a libris quam *ab unctione Spiritus Sancti*, et ab interna experientia et usu tractandorum animorum edoctus noster in Christo Pater [...] composuit ».

Biographi posteriores eandem rem inculcant. Sic Maffei, a. 1585: « ... ex iis quae partim caelesti magistro dictante perceperat, partim ipsemet experiendo cognorat de fructuosa ratione meditanti orandique, praeclaras observationes et saluberrima praecepta conscripsit » [14]. Verbum « dictare » quod hoc loco Maffei, ac post eum alii scriptores et artium cultores adhibuerunt, minime intelligendum est, ut patet, sensu litterali. sed pro divino lumine quo Deus Ignatium donavit dum *Exercitia* scriberet.

De interventu beatae Mariae virginis

Directa testimonia de speciali interventu Beatae Virginis non habemus, sicut exstant pro Constitutionibus Societatis Iesu. De his dicit Ignatius : « Il più erano visioni che lui vedeva in confirmatione di alcuna delle constitutioni, et vedendo alle volte Dio Padre, alle volte tutte le tre Persone della Trinità, alle volte *la Madonna che intercedeva, alle volte che confirmava* » [15]. Ex analogia, idem factum esse arguere licet in compositione *Exercitiorum*, eo vel magis quod ex *Actis* constat, etiam tunc temporis Ignatium a Beata Virgine visitatum esse [16]. Re quidem vera ignatiani biographi saepe de interventu Beatae Mariae Virginis loquuntur. Cum tamen haec traditio sat incertis et tardioribus documentis fulciatur, a quolibet iudicio abstinentes, lectorem remittimus ad scriptores qui de ea egerunt [17]. Unum notare

[13] FN, III, 600.
[14] Lib. I, c. VIII.
[15] *Acta*, n. 100, p. 506.
[16] Ibid. n. 29, p. 404.
[17] Codina, Arturus, MI, *Exercitia*, 39-47. — Codina, Arturus, *Los orígenes de los Ejercicios*, Cap. VII, 85-93. — Watrigant, Henri, *La très Sainte Vierge a-t-elle aidé S. Ignace à composer le livre des Exercices spirituels*, in

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

liceat. Vitae ignatianae imaginibus expressae, quae occasione beatificationis sancti Ignatii editae sunt, sicut plastico modo extollunt Dei interventum in compositione *Exercitiorum*, sic de Beata Virgine nihil habent. Sic *Vita beati Patris Ignatii, Fundatoris Societatis Iesu*, Romae, 1609, 79 imaginibus (quibus post Ignatii canonizationem addita est imago 80ª) quam curarunt Patres Nicolaus Lancicius et Philippus Rinaldi. Imago 21ª exprimit Ignatium in quodam specu genuflexum *Exercitia* scribentem, hac legenda : « Libellum exercitiorum spiritualium singulari afflatu Dei haustaque de caelo luce conscribit ». Imago 18ª exhibet duabus scaenis visiones Iesu et Mariae Virginis quibus Ignatius Minorissae gavisus est. Titulus : « Saepe Christus Dominus eiusque Mater ei ad longum temporis spatium contemplandos fruendosque se exhibent ; magnamque eius animo inspirant in christiana fide atque in suscepta pietate constantiam ». Simili titulo donatur tabula 5ª alius collectionis, in aes incisae a Hieronymo Wierx, sine anno [18]. In *Vita Beati Patris Ignatii* ... quam, e tabulis Ioannis de Mesa, P. Ribadeneira a. 1610 in aes incidi curavit [19], adest tabula non numerata (quae re vera est 4ª), a Carolo van Mallery incisa, quae caelestia munera refert ab Ignatio Minorissae accepta, his verbis declarata : « A. Mysterium Sanctissimae Trinitatis Ignatio reuelatur. Lib. 1, c. 7. — B. In Missa dum hostia eleuatur, Christum Dominum nostrum uidet. Lib. 1, c. 7. C. De S.mª Trinitate librum scribit, librum item exercitiorum spiritualium. Lib. 1, c. 7 ». Ignatius scribens apparet in parvo quadrato, in margine superiore sinistro. Ignatius scribit sedens in cubiculo quodam, prope lectum. Nulla imago Beatae Virginis adest, neque id mirum est, nam, ut apparet ex citationibus supra transcriptis, haec *Vita* nititur in ignatiana *Vita* a P. Ribadeneira conscripta, in qua nihil dicitur de speciali interventu Mariae Virginis in ordine ad *Exercitia*. De his *Vitis*, imaginibus expressis, data opera egimus in volumine *Fontes narrativi*, IV, pp. 41-44.

Anno 1617 P. Mutius Vitelleschi Minorissam misit pictam tabulam, quam P. Andreas Lucas in *Vida de San Ignacio de Loyola* (edita a. 1633), p. 31 hoc modo describit :

Lettres d'Uclés, 1894, 110 p. (Compendium ab A. Maas, in *Woodstock Letters*, 24 [1895] 52-70). — Solá, Juan María, *La intervención de la Virgen en los Ejercicios espirituales*, in *Manresa*, 7 (1931) 40-56, 145-159. — Creixell, Juan, *San Ignacio*, vol. I, 211-216 (cf. 133-135). — Dudon, Paul, *Saint Ignace*, p. 626. — Quera, Manuel, *Influjo de la santísima Virgen en la composición del libro de los Ejercicios*, in *Manresa*, 15 (1943) 64-72, 164-176. — Calveras, José, *La inspiración de los Ejercicios*, in *Estudios Eclesiásticos*, 30 (1956) 391-414.

[18] Vide FN, IV, 43.

[19] Ibid. 41-42.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

« Poco más arriba de la cueva, a un lado de su cumbre, está una devota capilla adornada con un retablo grande de buen pincel, donde se ve S. Ignacio hincado de rodillas, vestido de saco y cadena, haciendo oración, y levantados los ojos a una imagen de Nuestra Señora, con su Hijo en los brazos escribiendo el libro de los Ejercicios espirituales, el cual (según cierta tradición) la misma Virgen le dio y dictó. En la orla y marco del cuadro se leen estas palabras : En este lugar el año 1522 San Ignacio compuso el libro de los Ejercicios, que fue el primero que se escribió en la Compañía de Jesús y está aprobado por Bula de la santidad de Paulo tercero ».

Notetur hanc inscriptionem affirmare solum Sanctum Ignatium illo loco *Exercitia* composuisse ; nihil dicit de « dictatu », quae res a P. Lucas affirmatur « secundum quandam traditionem ». Imago Patris Vitelleschi originem dedit aliis sive depictis sive exsculptis imaginibus, inter quas mentione digna est ea quae a. c.1678 a Francisco Grau exsculpta est in alabastrc, quae etiam nunc ornat altare in sacro specu Minorissano situm [20].

[20] CALVERAS, *La inspiración*, p. 404 ; F. FITA, *La Santa Cueva*, 125.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

DOCUMENTA PRAEVIA

Documenta praevia vocamus ea quae sive in exemplaribus manuscriptis, sive in primaevis editionibus, textui *Exercitiorum* praemittuntur. Sunt autem :

1. Monitum Doctoris Petri Ortiz.

2. Vivae vocis oraculum Pauli III pro *Exercitiis*, datum 2 ianuarii 1547. Hoc documentum nulli textui sive manuscripto sive impresso praeponitur, illud tamen hoc loco exhibendum duximus, tamquam primam libri *Exercitiorum*, licet non explicitam, a Paulo III approbationem.

3. Litterae apostolicae « Pastoralis officii cura », a Paulo III concessae die 31 iulii 1548.

4. Praefatiuncula, a P. Ioanne de Polanco scripta, et editioni principi Vulgatae versionis a. 1548, praemissa.

5. Monitum editionis Romanae a. 1596, post Congregationem generalem Societatis Iesu quintam.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Original from
UNIVERSITY OF MICHIGAN

1

MONITUM DOCTORIS PETRI ORTIZ

Praefatio

I. — TEXTUS. Lingua hispana : ARSI, *Instit. 221*, f. 4*rv* ; *Instit. 222*, ff. 185*v*-186*r* ; *Exercitia 3* (*E*), f. 1 ; *Domenici* (*D*), initio codicis, folio non numerato. — Lingua latina : ARSI, *Exercitia 2a* (*I*), ff. 3*rv* et 20*r*-21*r*.

II. — EDITIO : MI, *Exerc.* 699-700, cf. 577-578. Editio textus hispani.

III. — AUCTOR : Hoc documentum tribuendum esse doctori Petro Ortiz scimus e declaratione Patris Nadal, in cod. *Instit. 221*, f. 4*r* : « Hoc documentum non fecit P. Ignatius sed doctor Ortisius, magnus theologus et admodum devinctus Societati, qui a P. Ignatio accepit exercitia ». Ipse Nadal probabiliter ad hoc documentum significationem faciebat, dum in cod. *Instit. 222*, f. 185*v*, in margine scripsit : « Está en el principio de los Exercicios notados de mano de N. P. Ignacio ». Hoc certe affirmari non potest de textu « Autographo » (*A*), qui tali documento caret. Fieri potest ut Nadal significaverit textum a sancto Ignatio vocatum « Exercitia Magistri Ioannis » (*I*). Hic textus habet quidem initio monitum hoc doctoris Ortiz et dici potest « notatus » a P. Ignatio, qui, ut monuimus in eius descriptione, annotationes autographas in singulis eius quaternionibus apposuit. Secus dicendum est Natalem indicare intendisse alium textum a sancto Ignatio « notatum », qui ad nos usque non pervenit.

Monitum hoc, advertens ne quis difficultates theologicas solvere audeat nisi « satis in sacra theologia versatus et institutus » sit, recte addicitur Petro Ortiz, qui in sacris disciplinis egregie fuit eruditus. De eo v. infra, p. 627[1].

IV. — RATIO EDITIONIS : Edimus tum textum hispanum, e cod. *Instit. 221*, f. 4*rv*, appostis lectionibus variantibus reliquorum, tum textum latinum e cod. *Exercitia 2a*, et quidem ex altera et longiore redactione, in ff. 20*r*-21*r*. Typis italicis notamus ea verba quae haec redactio breviori textui addit, unde his omissis etiam textus brevior prae oculis haberi potest.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Textus hispanus [*ARSI, Instit. 221*, f. 4*rv*]

Documento pata todas conversationes y modos de proceder spirituales

Con mucha humilldad y vigilantia devemos enteramente guardar por fundamento este presente documento, para alcançar y caminar con toda seguridad por el camino de la verdad, es a saber, que ninguna persona que no sea fundada en theología, por mucho que aya aprovechado en contemplationes y spirituales exercitios, no se atreva, ni por sí, ni disputando con otro, determinar difficultades de la sacra theología, más de las verdades que por la tradición de la Yglesia todos han de tener ; porque si esta regla eccede, allende de que, con falta de humilldad, atentando de dar la tal determinatión pervierte la orden eclesiástica, con que la determinatión doctrinal de las tales difficultades está comettida a las personas exercitadas en exámenes scolásticos por las universidades, las quales, de parte de la santa sede apostólica, en testimonio de la provada sufficientia de las tales personas les da[n] insignias de grados ; el tal attrevimiento y presomptión es tentar a Dios, attribuiéndose la persona sufficientia y facultad de determinar por sí solo la tal diffícil qüestión, dexando los medios de los letrados y mayores, que están de [4*v*] Dios ordenados para ello. Y por tanto se ha de evitar con mucho cuidado la tal determinatión, como temeridad que puede ser occasión de muchos errores, así por los engaños del enemigo de la naturaleza humana, con que transfigurándose in ángelo de luce, puede engañar el ánima incauta, dando a entender una cosa por otra ; como porque, aunque entienda y quiera la tal persona dezir la verdad, aconteçerá que diga falsedad, y con ella scandalize en la manera de hablar, por falta de los términos de los sanctos doctores y de la scuela de theología, cuia forma de hablar se ha de guardar. Y lo mismo amonesta el señor Sto. Clemente al fin de la quinta y postrera epístola, cuio mandamiento se canoniza en el Decreto, en la distinctión 37, en el capitulo « Relatum ». Y quanto al predicar confirma lo mismo Innocentio III en el capítulo « Cum ex iniuncto, de hereticis ».

---

4 documento] aviso *E D* || 5 es a saber] scilicet *Instit. 222*, que *E D* || 6 que no sea] que no sea muy *E D* || 8 determinar] mirar *E D* || 11-12 atentando - doctrinal] a tentado dar la determinación doctrinal *E D omissis reliquis verbis* || 13 está] que está *E D* || 15 en] con *E D* || 16 insignias] insignios *ms.*, ensignas *E D* || 22 naturaleza] natura *E D* || 23 in angelo de luce] en ángel de luz *Instit. 222*, *E D* || 24 porque *om. E D* || 27 de theología] de la theología *E D* || 28 amonesta S. Clemente *E D* || 30 en el *om. E D*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Textus latinus [*ARSI, Exercitia 2a* f. 20*r*-21*r*]

DOCUMENTUM APRIME UTILE [1]

Principio illud admonuisse non ab re fuerit, quod summo studio ac maxima cum animi humilitate observandum censemus, ne quisquam non satis in sacra theologia versatus et institutus, quantumvis in spiritualibus exercitiis ac contemplationibus profecerit, tamen ausit vel apud animum suum, vel cum aliis disputando, arduas questiones difficultatesque theologicas decidere ac definire, preterquam illas quas Ecclesie traditio omnibus credendas asserendasque proponit. Hinc enim fit, ut dum ineruditi, sequestrata verecundia et humilitate, sententiam suam super huiusmodi rebus obscuris ac sibi parum perspectis proferunt, ecclesiasticus ordo pervertatur ac violetur, *contra testimonium Spiritus Sancti*: *Eccli.*: « *Altiora te ne quesieris, et fortiora te ne scrutatus fueris* » [2]; *et Paulus, Ro. 12*: « *Dico enim vobis per gratiam, quae data est mihi, omnibus qui sunt inter nos, non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, et unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei* » [3], quippe quum Ecclesia declarationem, decisionem et difinitionem istiusmodi nodosarum et difficilium questionum delegaverit viris in scholastica theologia egregie exercitatis, quique magnam aetatis sue partem in accutissimis disputationibus consumpserunt, idque in publicis gymnasiis et universitatibus, quibus a sacrosancta Apostolica Sede alumnos [20*v*] suos iam maturos, insignibus honorum et graduum titulis, ceu virtutum et litterarum ac doctrine testimoniis, ornandi et cohonestandi potestas data est, *iuxta illud*, [Eph.], *4*: « *nam ipse quidem alios dedit apostolos, alios evangelistas, alios prophetas, alios vero* [...] » [4].

Accedit quod qui suo iudicio se idoneum ad ista definienda constituit, sibique super eius generis difficultatibus pronuntiandi authoritatem arrogat, spreto maiorum instituto, nec consulta et expectata doctorum sententia, quos Deus ad tale munus vocavit; is procul dubio Deum tentare convincitur. Quamobrem temeraria illa in decidendis istiusmodi difficultatibus impudentia diligentissime, cum omnibus, tum praecipue sciolis ac parum doctis vitanda est; partim propter astutias ac imposturas hostis nostri fallacissimi daemonis, qui se

[1] Titulus in cod. *Exerc. 2a* (*I*).
[2] Eccli, 3, 22.
[3] Rom. 12, 3.
[4] Eph. 4, 41.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

nonnunquam in angelum *lucis* transfigurare novit [5], quo animas incautas in errorem abducat, dum falsa pro veris, prava pro rectis, corrupta pro sanis insinuat, id quod heu nimis crebro facere solet ; *ut patet in his quos reprehendit Esaias* : « *ut quid dicitis bonum malum et malum bonum, et ponitis lucem tenebras et tenebr*[*as*] *lucem* » [6] ; partim etiam quod, licet tu veritatem compertam habeas, tamen nisi in facultate theologica accurate versatus sis, potest fieri ut, dum conceptam animo veritatem verbis explicare cupis, falsum veri loco proponas et grave hinc scandalum [21*r*] parias, non alia de causa quam quod modum loquendi ac rationem proponendi terminos denique quos sibi peculiareis theologica schola vendicat, quibusque sancti doctores *et acutissimi disputatores* utuntur, ignoras. *Ideo Hieron*[*ymus*] *contra Ruffinum disputans ait* : *cur non sensum meum verbis meis loquitur* [7]. *Paulus etiam iubet, ut vitemus prophanas vocum novitates* [8]. Siquidem forma et modus loquendi cum primis observari debet. *Hanc ipsam doctrinam, quod nullus officium docendi et praedicandi usurpet*, divus Clemens in fine ultime sue epistole docet, cuius preceptum confirmatur ac canonizatur in decreto, distinct. 37, capite « Relatum » [9]. Postremo idem a predicatoribus observandum esse Innocentius tertius tradit, cap. « Cum ex iniuncto. Extra de hereticis » [10].

Petri Ortiz iudicium de libro Exercitiorum

Liceat nobis, hac occasione, Petri Ortiz iudicium de S. Ignatii *Exercitiis* exscribere, quod ille expressit Romae, die 28 septembris 1538, in processu de Ignatii sociorumque orthodoxia.

« ... ego expertus sum ex eius [Ignatii] frequenti conversatione magnam illius sanctitatem et ardentissimum zelum erga conversionem hominum ad Deum, doctrinam catholicam et in omnibus contrariam lutheranis et heresibus quae nostra tempestate pullularunt ; valde industrium in directione animarum, quas instruit in spiritualibus Exercitiis plurimum accommodis ad vitia reprimenda, passiones effrenes compescendas, virtutes acquirendas, demonis astutias et tentationes intelligendas et cavendas, divinas gratias et charismata promerenda ; quae quidem Exercitia sunt catholica, et conformia Sacrae Scripturae et doctrinae sanctorum » [11].

---

[5] 2 Cor. 11, 14.

[6] Is. 5, 20. [tenebre *ms.*]

[7] PL, 23, 415-514.

[8] 1 Tim. 6, 20.

[9] Clemens I, Epist. V[a] ad suos discipulos ; Distinct. 37, cap. XIV ; *Corpus iur. can.* I, 139 ; PL, 130, 58-59.

[10] Innocentius III, Tit. VII : *De haereticis.* Cap. XII : *Cum ex iniuncto. Corpus iur. can.* II, 783-787 ; PL, 214, 695-698.

[11] Archivio di Stato di Roma, *Tribunale criminale del Governatore, Investigazioni, Busta 12*, f. 162*r*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

2

VIVAE VOCIS ORACULUM PAULI III PRO EXERCITIIS

2 ianuarii 1547

Praefatio

I. — TEXTUS : ARSI, *Instit. 222*, ff. 249*v*-251*v*. Est apographum declarationis cuiusdam authenticitatis, Valentiae factae die 16 martii 1547.

II. — EDITIO : Pars centralis huius documenti edita est a C.-H. MARÍN, *Exercitia spiritualia secundum Romanorum Pontificum Documenta*, 8-10.

III. — Etsi in hoc documento expresse de *Exercitiis* non agatur, pro certo habendum est illud esse sic dictum « Breve », de quo agunt fontes [1]. Nam : 1° Huiusmodi indulgentiae concessionem a. 1547 acceptam esse testatur Nadal in : *Pars Chronici Societatis*, pro dicto anno : « Vivae vocis oraculum per Durantum [2] pro exercitiis » (FN, II, 207). Iam, hoc documentum re vera per Durantum anno 1547 acceptum est. In eodem codice *Instit. 222*, fol. 293*r*, adest huius documenti compendium, sed a Nadal deletum, cum hac autographa notatione : « est superius idem Breve exscriptum », ubi clare significat « Breve » de quo agimus, quod exstat in eodem codice, ff. 249*v*-251*v*. 3° Franciscus de Borgia hoc documentum sine dubio indicat, ubi dicit : « He reçebido con el mismo Diego Sánchez el Breve que V. P. me acusa ; y aunque no viene tan espeçificado lo de los exerçicios como se pedía, paréçeme que S. S. nos ha concedido más de lo que le supplicávamos ». (SFB, III, 24-25). 4° Omne dubium tollit Nadal, ubi agens de verbis « qui confessi et corde contriti », quae in hoc documento (lin. 27) leguntur, dicit : « Res haec confuse explicata est a secretario. Quae ita se habet : concessit Paulus III eis qui exercitia nostra egissent, et uni e nobis generalem totius vitae confessionem fecissent, indulgentiam plenariam. Hoc fuit exponendum. Nam quod testatur Durantes multo maius est, et proprie ad exercitia non attinet.

---

[1] MI, *Epp.* I, 420-421 ; 735[1] ; SFB, III, 24-25 ; *Epp. Mixtae*, I, 350.

[2] Durans de Durantibus (Durante de' Duranti), n. Brixiae a. 1486, fuit camerarius Pauli III, qui a. 1538 eum promovit ad dioecesim Algaren. (Alghero) in Sardinia, postea ad dioec., Cassanen. (Cassano Ionio); creatus est cardinalis, tituli Duodecim Apostolorum, a Paulo III, die 9 ianuarii 1538. Obiit 24 dec. 1558. EUBEL, III, 32

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Tum, quorsum spectat iubere ut qui confessi fuerint confiteantur generaliter, etc. [?] Poterit hoc errore vel negligentia exposita impetrari a summo pontifice vera indulgentia plenaria ex vera causa ». ARSI, *Instit. 222*, f. 249.

Textus

Instit. 222, f. 249*v*

Iacobus Giner, decretorum doctor, Reverendissimi et Illustrissimi in Christo Patris et Domini, Fratris Thomae de Villanova, Dei et Apostolicae Sedis gratia archiepiscopi valentini, in spiritualibus et temporalibus vicarius generalis et officialis in civitate et dioecesi valentina ; omnibus et singulis praesentes litteras inspecturis pariter et audituris, salutem in Domino sempiternam.

Vobis et vestrum cuilibet notum facimus et attestamur, quod hodie Reverendus Dominus Magister Andreas de Oviedo, unus ex coadiutoribus venerabilis Societatis de Iesu nuncupatae, coram nobis comparuit, et quasdam litteras Reverendissimi Domini, Domini Durantis, basilicae Duodecim Apostolorum de Urbe praesbyteri cardinalis legati de Durantibus, in perga-[250*r*]meno scriptas, integras et illaesas, omnique prorsus vitio et suspicione carentes praesentavit, sigillo cum cordis sericis rubeis pendentes, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur, et est talis, interius videlicet :

Durantes, miseratione divina basilicae Duodecim Apostolorum praesbyter cardinalis de Durantibus nuncupatus, Sanctissimi Domini nostri et Sedis Apostolicae, Umbriae etc. de latere legatus.

Universis et singulis ad quos praesentes pervenerint fidem facimus et attestamur, quod hodie Sanctissimus in Christo Pater et Dominus noster, Dominus Paulus divina Providentia Papa III, humilibus supplicationibus pro parte Illustrissimi Dni. Francisci Borgiae, ducis Gandiae, ac marchionis de Lombay, per nos sibi porrectis inclinatus ; superiori pro tempore existenti Societatis de Iesu nuncupatae, per eandem Sanctitatem suam erectae, ac ipsimet Societati.

Quod omnes et singuli Christi fideles utriusque sexus, qui confessi et corde contriti fuerint, seu confitendi firmum propositum habuerint, ac in honorem et devotionem passionis Redemptoris nostri preces devotae effuderint et postea superiori praedicto aut cuivis idoneo praesbytero ex sociis ipsius Societatis seu superiori aut Societati huiusmodi [250*v*] praedictis obedientiam praestanti, confessionem fecerint, ut Christi fideles huiusmodi ad gloriam Dei in novum spiritum renoventur, omnium quorumcumque peccatorum suorum, semel

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

dumtaxat in vita, unusquisque plenariam indulgentiam consequatur et consequantur in forma Ecclesiae consueta, misericorditer in Domino concessit et elargitus est.

Non obstantibus Apostolicis, necnon in provincialibus et sinodalibus conciliis aeditis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, ac aliis in contrarium facientibus quibuscumque.

In quorum omnium et singulorum fidem praesentes litteras manu nostra subscriptas fieri et per secretarium nostrum infrascriptum subscribi et publicari fecimus et mandavimus, sigillique nostri iussimus appensione communiri.

Datum Romae in aedibus nostrae solitae habitationis. Quarto nonas ianuarii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo septimo, pontificatus Smi. D. N. Dni. Pauli divina providentia Papae Tertii, anno XIII.

Durantes, S. R. E. Cardinalis manu propria.
D. Sanctius, secretarius, loco sigilli ✠

Exterius vero registrata.

[251*r*] Post quarum quidem litterarum praesentationem, idem Andreas humiliter petivit, ut suprascriptarum litterarum transumptum manu nostra subscriptum sibi dari faceremus, quo plena illi fides adhibeatur.

Nos igitur, ipsius Andreae petitionibus in hac parte satisfacere volentes, dictum transumptum prout iacet fideliter transcribi et postea cum originali comprobari fecimus, atque illi eandem fidem adhiberi debere, quae ipsi originali adhiberetur, si vobis et vestrum cuilibet praesentaretur, testamur et decernimus.

In quorum omnium et singulorum fidem, praesentes litteras manu nostra subscriptas et solito sigillo impressas, per infra scriptum notarium dari et publicari mandavimus.

Datum Valentiae die XVI martii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo septimo, pontificatus praelibati Smi. Dni. nostri Pauli Papae tertii, anno XIII°. Praesentibus ibidem honorabilibus Michaële Real, notario, et Ioanne Alegret, nuncio curiae ecclesiasticae valentinae habitatoribus, testibus ad praemissa vocatis atque rogatis.

[251*v*]
Jacobus Giner
Vidit Miedes, comissarius sanctae cruciatae.
Vidit Thomas Real, pro patribus inquisitoribus.
De mandato dicti Reverendi D. Vicarii Generalis et officialis.
Ioannes Alamany, notarius et scriba.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Instit. 222, f. 293*r*.

Titulus : Sequentia vivae vocis oracula conceduntur :

Primo [*omittimus*]

Secundo [*omittimus*]

Tertio. Anno 1547 kl. septembris, ad instantiam ducis Gandiae concessit vivae vocis oraculo idem Pontifex cardinali Duranti facto, omnibus christifidelibus corde contritis, qui confessi fuerint praeposito Societatis Iesu vel alicui praesbitero [293*v*] sub eius obedientia vincti, aut confitendi firmum propositum habuerint, ac in honorem et devotionem passionis Redemptoris nostri preces devote effuderint, omnium peccatorum suorum semel in vita plenariam indulgentiam et remissionem.

[*Haec paragraphus deleta est a Nadal, qui in margine manu propria notavit* : « est superius idem Breve exscriptum », scil fol. 249*v*-251*v*].

3

LITTERAE APOSTOLICAE « PASTORALIS OFFICII »

31 iulii 1548

Praefacto

I. — TEXTUS originalis huius documenti probabiliter Gandiam ad ducem Franciscum de Borgia, qui illud petierat et a Paulo III impetravit, missus est. In Archivo Secreto Vaticano non invenitur [1]. Borgiae certe exemplar aliquod transmissum est, una cum sex libri Exercitiorum impressi exemplaribus. Id ei nuntiabat Ignatius, litteris die 20 sept. 1548 datis : « Del Breve que se le ynbía y 6 volúmenes de Exercitios ... » (MI, *Epp.* II, 233). In antiquo Societatis tabulario servabatur tantum transumptum authenticum huius Brevis. Cf. ARSI, *Miscell.* 7, p. 27. In hodierno tabulario (ARSI) servatur tantum transumptum authenticum, cod. *Instit. 194*, f. 37.

II. — EDITIONES. Breve hoc non invenitur in edit. *Litt. Apost.*, sed certe in quamplurimis *Exercitiorum* editionibus, inde ab edit.

[1] Id nobiscum communicavit P. Antonius M.ª de Aldama.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

principe, a. 1548 impressa. Vide, inter alia : *Institutum Societatis Iesu*, Florentiae 1893, vol. III, pp. 443-445, C.-H. MARÍN, *Spiritualia Exercitia secundum Romanorum Pontificum documenta* (Barcelona 1941) 10-15.

III. — BIBLIOGRAPHIA : J.-M. SUBIRÁ, *El Breve « Pastoralis officii » de Paulo III*, in *Manresa*, 2 (1926) 57-65. Introductio, textus latinus Brevis et eiusdem hispanica versio ; IPARRAGUIRRE, *Historia de la práctica de los Ejercicios*, I, 86-91.

IV. — HISTORIA. Expressa haec et sollemnis *Exercitiorum* approbatio indefesso ducis Gandiae, Francisci de Borgia, zelo tribuenda est. Timens ille ne ob accusationem novitatis, nonnulli ab exercitiis faciendis arcerentur, opportunum esse cogitavit, ad hoc periculum vitandum, ut summus pontifex indulgentiam concederet iis qui exercitiis vacassent. Vide eius litteras ad S. Ignatium, 7 iunii 1546 : SFB, II, 514-515. Ignatius Borgiae consilium probavit, sed ne vanae suspiciones orirentur eo tempore quo Romae Societas ab aliquibus impugnabatur, maluit ut in concessione obtinenda mentio exercitiorum omitteretur (MI, *Epp.* I, 420). Re vera Paulus III vivae vocis oraculo optatas indulgentias concessit a. 1547 (vide. docum. num. 2). Sed Franciscus Borgia eodem anno ad Ignatium scribens insistebat ut a summo pontifice plenaria indulgentia, per plumbeam bullam concedenda, exposceretur (SFB, III, 25). Optavit etiam ut libri *Exercitiorum* obtineretur approbatio pontificia. Hac ductus intentione Romam misit Iacobum (Diego) Sánchez, qui rem curaret : « Explicetur S. D. N. esse in Societate Iesu Exercitia quaedam spiritualia, quibus magna devotione dux afficitur, e quibus dux ipse et alii quamplurimi insignem fructum spiritualem acceperunt in Domino. Supplicare Sanctitati Suae ducem, quo maior proventus et uberior ex dictis Exercitiis capiatur, ut committat illa examinanda et iudicanda magistro sacri palatii, qui (si ita visum fuerit in Domino), apostolica auctoritate ea approbet et confirmet, ut praeterea approbatis aliquas gratias et indulgentias apostolica indulgentia et auctoritate impertiatur ». (SFB, III, 28-29 ; cf. ibid. II, 537). Optatum suum Borgia obtinuit, nam Paulus III per Litteras apostolicas « Pastoralis officii », die 31 iulii 1548 datas, approbationem concessit. (Vide *Chron.* I, 249, et cf. 267). Quo facto etiam Ignatius unam e tribus rebus prae omnibus optatis consecutus est. (Vid. FN, I, 355 ; II, 182, 407 ; *Lain. Mon.* I, 636).

V. — RATIO EDITIONIS : Edimus textum authenticum, in cod. *Instit. 194*, f. 37, annotatis in apparatu lectionibus variantibus editionis principis *Exercitiorum*, a. 1548.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Textus

Paulus Papa III ad perpetuam rei memoriam

Pastoralis officii cura in universum Christi gregem Nobis commissa et divinae gloriae ac laudis amor facit ut, ea quae salutem animarum et spiritualem earum profectum iuvant amplectentes, vota eorum qui aliquid quod fovere et nutrire pietatem in Christi fidelibus valeat a Nobis exposcunt, ad exauditionis gratiam admittamus. Cum ergo sicut dilectus filius, nobilis vir Franciscus de Borgia, dux Gandiae, Nobis nuper exponi fecit, dilectus filius Ignatius de Loyola, praepositus generalis Societatis Iesu, per Nos in alma Urbe nostra erectae, et per Nos auctoritate apostolica confirmatae, quaedam documenta sive exercitia spiritualia, ex sacris scripturis et vitae spiritualis experimentis elicita composuerit, et in ordinem ad pie movendos fidelium animos aptissimum redegerit, illaque Christi fidelibus ad spiritualem consolationem et profectum magnopere utilia et salubria esse, non solum fama ex pluribis locis allata praedictus Franciscus dux didicerit, sed etiam experimento manifesto, cum Barchinonae, tum Valentiae, tum Gandiae id compertum habuerit; quare idem Franciscus dux nobis humiliter supplicari fecit, ut documenta et spiritualia exercitia praedicta, quo latius eorum fructus pateant et plures Christi fideles maiori cum devotione ad utendum illis invitentur, examinari facere, et, si approbatione et laude digna inveniremus, approbare et laudare aliasque in praemissis opportunae providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur qui documenta et exercitia huiusmodi examinari fecimus, et testimonio ac relatione dilecti filii nostri Iohannis tituli Sancti Clementis presbyteri cardinalis burgensis nuncupati, ac haereticae pravitatis inquisitoris, et venerabilis fratris nostri Philippi, Salutiarum episcopi et in dicta Urbe nostra in spiritualibus vicarii generalis, necnon dilecti filii Aegidii Foscararii, nostri sacri palatii magistri, Nobis desuper facta, pietate ac sanctitate plena, et ad edificationem et spiritualem profectum fidelium valde utilia et salubria esse et fore comperimus; debitum etiam respectum ad fructus uberes quos Ignatius et ab ipso instituta Societas praefati in Ecclesia Dei ubique gentium producere non cessant, et ad maximum adiumentum quod ad id praedicta exercitia attulerunt, non immerito habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati:

---

26 nuncupati] episcopi || 28 et in dicta Urbe nostra] ac dictae Urbis nostrae

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Documenta et exercitia praedicta ac omnia et singula in eis contenta, auctoritate praedicta, tenore praesentium, ex certa scientia nostra approbamus, collaudamus ac praesentis scripti patrocinio communimus, hortantes plurimum in Domino omnes et singulos utriusque sexus Christi fideles ubilibet constitutos, ut tam piis documentis et exercitiis uti, et illis instrui devote velint.

Necnon concedentes ut huiusmodi documenta et spiritualia exercitia imprimi a quocumque bibliopola per praedictum Ignatium eligendo, libere et licite valeant ; ita tamen ut post primam editionem, sine consensu eiusdem Ignatii vel successorum eius, nec ab huiusmodi, nec ab alio omnino, sub excommunicationis et quingentorum ducatorum piis operibus applicandorum poena, imprimi possint.

Mandantes nihilominus universis et singulis locorum ordinariis ac personis in ecclesiastica dignitate constitutis, et cathedralium ac metropolitanarum ecclesiarum canonicis et eorundem ordinariorum vicariis in spiritualibus generalibus et officialibus ubilibet constitutis, quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum, per se vel per alium, seu alios, cuivis de Societate praedicta vel aliis, quorum interierit, in praemissis spiritualibus exercitiis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos dicta concessione et approbatione pacifice frui et gaudere ; non permittentes eos per quoscunque contra praesentium tenorem quomodolibet molestari, contradictores quoslibet et rebelles, per censuras et poenas ecclesiasticas ac alia opportuna iuris remedia, appellatione postposita, compescendo ; invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papae VIII, praedecessoris nostri de una [1], et Concilii generalis de duabus dietis [2], dummodo ultra tres aliquis auctoritate praesentium non trahatur [3] et quibusvis aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscunque ; aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

---

46 ab huiusmodi] ab hoc

---

[1] Significat decretum Bonifacii VIII, statuentis ut reus extra suam dioecesim conveniri posset : « nullus tamen eorum ultra unam diaetam a fine suae dioecesis valeat conveniri ». *Corpus iur. can.* c. XI *de Rescriptis*, l. 3, in VI°.

[2] Concilium Lateranemse IV (a. 1215) cap. 37 : « ... ne quis ultra duas diaetas extra suam dioecesim per litteras apostolicas ad iudicium trahi possit ... » MANSI, XXII, col. 1023.

[3] Una diaeta continebat viginti miliaria italica, iuxta glossam in c. *Nonnulli*, 28, *de Rescriptis*. Extra Italiam vario modo computabatur.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Volumus autem quod praesentium litterarum transumptis, manu notarii publici subscriptis et sigillo alicuius praelati seu personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, plena fides ubique habeatur, et illis stetur, tam in iudicio quam extra, ac si originales literae exhiberentur et ostenderentur.

Datum Romae, apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die ultima iulii M.D.XLVIII, pontificatus nostri anno quartodecimo.

Approbatio autographa huius exemplaris:

Approbo idem Vignodus.

Auscultata fuit praesens copia cum suo proprio originali, et concordat, quod attestor ego, Gabriel Vignodus, Archivi Romanae Curiae scriptor. Ita est, Gabriel Vignodus qui supra, manu propria.

Exstat sigilli vestigium

77 Approbo idem Vignodus]. *Loco huius approbationis, in ed. a.* 1548 *legitur:* Blo. el. Fulgin. *Sic pro* Bla., *agitur enim de* Blasio Palladio, *episcopo electo Fulginatensi* (*Foligno*) *inde a* 15-XI-1540 ad 24-I-1547, quo tempore resignavit, reservata denomin. EUBEL, III, 215.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

4

PRAEFATIUNCULA EDITIONI PRIMAE VULGATAE VERSIONIS EXERCITIORUM PRAEMISSA

1548

Quidam de Societate Iesu [1]

devoto lectori eiusdem Societatis salutem in Domino [2]

Haec documenta ac spiritualia exercitia, quae non tam a libris, quam ab unctione Sancti Spiritus et ab interna experientia et usu tractandorum animorum edoctus [3], noster in Christo Pater M. Ignatius de Loyola, Societatis nostrae institutor et praepositus generalis (ut praemissum est) composuit [4], ab idiomate hispanico in latinum

[1] Auctorem huius praefatiunculae fuisse P. Polanco asserit sine haesitatione P. Ribadeneira, litteris P.em Francisco Girón scriptis Matrito, 18 aprilis 1607 : « Y el P. Polanco (cuya es la prefacción del libro de los Exercicios) dize : Haec documenta ac spiritualia exercitia, quae non tam a libris ... » (FN, III, 600). Minus absolute suam sententiam exprimit P. Manareus in suis responsis ad quaedam Lancicii postulata : « Quod attinet ad praefatiunculam quae praeponitur libello Exercitiorum, cuius est initium ' Haec documenta ' etc. compositam fuisse audivi a P. Frusio ; alii etiam dicunt a P. Fulvio Cardulo, sed recognitam a P. Ioanne Polanco » (FN, III, 427). P. Lancicius pro comperto habebat auctorem fuisse Polancum : « Author praefationis ad lectorem, scilicet P. Ioannes Polancus, vivente P. Ignatio, in libro primo Exercitiorum Romae impresso dicit haec Exercitia a P. Magistro Ignatio esse composita » (FN, III, 691). Idem repetit ipse Lancicius a. 1634: « Quam revelationem idem P. Polancus in praefatione iis Exercitiis, vivente P. Ignatio Romae primum impressis a. 1548, praefixa ... » (FN, III, 704). His innixi testimoniis, praecipue Patris Ribadeneira, asserere licet Polancum esse huius brevis praefatii scriptorem. Id tenent communiter historici : P. CODINA in MI, *Exerc.* 150 ; ID. *Los orígenes de los Ejercicios*, p. 73, 126, 174 ; P. LETURIA, *Estudios ignacianos*, I, 33 ; IPARRAGUIRRE, *Historia*, I, 158.

[2] Praefatio directa erat non omnibus lectoribus, sed tantum lectoribus Societatis Iesu, quibus liber destinabatur, ut dicitur in ipsa praefatione.

[3] Tres hoc loco enumerantur a Polanco *Exercitiorum* fontes : 1° non tam libri quam unctio Spiritus Sancti ; 2° interna experientia ipsius Ignatii ; 3° usus tractandorum animorum, seu experientia in aliis facta. Primum punctum acriter ab *Exercitiorum* impugnatoribus iudicatum est, qui in eo videbant tendentiam illuminismi. Praecipue in hanc locutionem invexit Fr. Thomas de Pedroche, O. P. Vide FN, I, 316 ; *Chron.* III, 504-505. Eius accusatio locum praebuit Patri Nadal declarandi quonam modo scripta fuerint *Exercitia*. Eius dicta vide supra p. 15 et in FN, I, 317-319 ; EN, IV, 824-825 ; Cf. *Chron.* III, 529-530.

[4] In libro *Exercitiorum* a. 1548 impresso nomen Ignatii auctoris non indicatur. Titulus habet tantum : *Exercitia / spiritualia*. [Sequitur signum

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

duobus modis sunt versa ; altera versio non solum sensum sensui, sed pene verbum verbo [5] ; altera, quae visa est praeferenda, sensum tantum sensui, sed fideliter reddebat [6].

Cum autem exercitia haec, ut satisfaceret quorumdam et praecipue Illustrissimi ducis Gandiae, Francisci de Borgia, devotioni, qui optabat approbari ea Sedis Apostolicae auctoritate, quae iam pridem, et spiritualis plurimorum omnis generis et conditionis hominum profectus (qui per ea Spiritum Domini vel hauserant vel mirum in modum auxerant) ubique approbaverat [7] ; cum inquam ante approbationem Summi Pontificis destinatis censoribus videnda proponerentur [8], utraque translatio eis est oblata [9]. Et licet omnino liberae censurae eorum subiicerentur, ut adderent, minuerent, mutarent, prout in Domino videretur ; tamen, ne verbo quidem mutato, utramque versionem (quod testimoniis eorumdem in archetypis exemplaribus patet), approbarunt [10].

Quod ad impressionem attinet [11], hoc te, pie lector, monitum velim, non iis qui tantum lecturi sunt exercitia, sed qui facturi, vel

---

nominis Iesu] M.D.XLVIII. Interrogatus Ignatius an nomen auctoris *Exercitiorum* in operis titulo exprimendum esset, rem in manibus sociorum reliquit : « Cómo, queriendo entender del Padre cómo pondríamos en los Exercitios, si el nombre del que los hizo y etc., no quiso entender en nada, sino remitirse a nosotros ; y así pusimos como va, por parezernos así convenir ; aunque los epíthetos no sé cómo le agradarán ». Sic P. Polanco scribens ad P. Andream de Oviedo, Roma 7 septembris 1548 : MI, *Epp.* II, 219. Nomen Ignatii non in operis fronte, at certe in hac *Praefatione* atque etiam in Brevi Pauli III exprimitur.

[5] Est Versio quam primam vocamus (*P*).

[6] Versio Vulgata, a P. Frusio confecta (*V*).

[7] De rebus a Francisco Borgia gestis ad obtinendam *Exercitiorum* approbationem vide dicta in annotationibus ad vivae vocis oraculum Pauli III (v. supra p. 71 et p. 75).

[8] De tribus his censoribus vide dicta infra, p. 107-118.

[9] Approbatio collata est a censoribus tam Versioni primae (textui *P2*) quam Vulgatae (*V*). Vide censorum testimonia infra, p. 416-417.

[10] Censorum approbatio caret indicatione diei, mensis et anni. Scimus tamen eam concessam esse, saltem a cardinali burgensi, Ioanne Alvarez de Toledo, dimidio anno 1547. Ita informabat ipse S. Ignatius Franciscum Borgiam : « Quanto a los exercicios, están ya vistos y aprobados del cardenal de Burgos, y con asaz contentamiento y edificación de su Sría. Rma. » MI, *Epp.* I, 530. Approbationem in a. 1547 reponit etiam Polancus in *Chron.* I, 249.

[11] Operis impressionem promovit etiam Franciscus de Borgia, qui obtulit ut Valentiae ea fieret si Romae difficultates exsurgerent : SFB, III, 32. Re vera opus impressum est Romae, apud Antonium Bladum (Blado), die 11° septembris 1548, prout constat in libri colophone. Exemplaria impressa fuerunt 500, pretio 22 ducatorum, quod idem Franciscus de Borgia solvit. MI, *Epp.* II, 239 ; *Epp. Mixtae*, II, 67. Francisco de Borgia, una cum Brevi Pauli III, missa sunt sex *Exercitiorum* impressorum exemplaria (MI, *Epp.* II,

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

potius aliis tradituri sunt, esse hoc laboris et operae impensum [12]. Cum enim ad fructum uberem capiendum parum sit legisse, nisi strenue quis in eis se exercuerit, et magistrum in rebus spiritualibus versatum sit nactus ; constat non eo animo impressa esse, ut passim in vulgus emanarent ; sed cum laboriosum nimis esset, nec sine magno temporis et impensarum dispendio, tam multa exemplaria manu scribere, quibus ad Societatis ipsius usum opus erat, et ut, varietate et erratis plurimis (quae in manu scriptis deprehendi solent) devitatis, indubitatae fidei exemplaria suppeterent, typis hoc opus excussum est ; sed omnia excusa volumina in potestatem Societatis, ad ipsius, ut diximus, usum (ita ut nec vendi nec excudi ullibi possint) sunt redacta. De his te monere, pie lector (si forte minus innotuerant), cum perspecta mihi sint praedicta omnia, officii mei esse duxi. Vale in Domino. Romae VI idus augusti MDXLVIII.

5

MONITUM EDITIONIS ROMANAE LIBRI EXERCITIORUM ANNI MDXCVI

RATIO EDITIONIS : Ex opere *Institutum Societatis Iesu*, t. III, p. 447.

Loca quae ex diligenti cum hispanico autographo collatione adnotata sunt in hac postrema editione

Ea patrum deputatio, quae in quinta generali Congregatione pro recognoscendo Directorio Exercitiorum instituta fuit [1], illud in primis proposuit, ut antequam liber Exercitiorum denuo imprimeretur, cum

233). Quanto gaudio illa sanctus Dux acceperit, asserit Polancus in *Chron*, I, 311.

[12] Omnia *Exercitiorum* exemplaria penes Societatem manserunt. MI, *Epp*. VI, 306. Nec vendi aliis nec iterum excudi poterant. Ignatius parce ea distribuit. MI, *Epp*. VIII, 356. De hac re vide IPARRAGUIRRE, *Historia de los Ejercicios espirituales*, I, 158-162.

[1] In quinta Congregatione generali Societatis Iesu (3 nov. 1593 - 18 ian. 1594), constituta est deputatio decem Patrum, ad recognoscendum *Directorium* Exercitiorum. En horum Patrum nomina : Laurentius Maggio, Aegidius (Gil) González Dávila, Alfonsus Rodríguez, Ludovicus Gagliardi, Ioannes Dominicus Candela, Fabius de Fabiis, Bernárdinus Rossignoli, Bartholomaeus Ricci, Iosephus Blondo, Petrus Maior. P. González Dávila fuit huius deputationis praeses.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

hispanico autographo [2], qui Romae servatur, diligenter conferretur, non ut nova quaedam versio fieret, sed ut loca quaedam accommodarentur, quae in vulgata latina subobscura videbantur. Quod cum R. Pater noster fieri mandasset, facta diligenti collatione, compertum est latinam editionem in paucis ab autographo discrepare. Iis igitur praetermissis, quae parvi momenti esse videbantur, ea tantum loca adnotari placuit, in quibus sensus subobscurus censebatur, vel certe clarior hac nova versione reddi poterat. Quae omnia, cum essent a R. Patre nostro cum patribus Assistentibus diligenter examinata, ne vulgata editio, ob reverentiam quae illi merito debetur, mutari videretur, satius visum est, si in fine Exercitiorum loca omnia, quae sunt adnotata, ponerentur, stellulis quibusdam signata, quae locis, in quibus facta est mutatio, responderent, ut facilius, quae in postrema hac editione fuerunt accommodata, reperiri a quolibet possent [3]. Hic autem labor, ut speramus, maiorem quamdam lucem afferet iis qui Exercitia tractant, omnibusque Societatis nostrae hominibus, qui Exercitiorum usum habere debent frequentissimum, non erit iniucundus.

Romae, 25 iunii MDXCVI.
Mandato R. Patris nostri Generalis.

Iacobus Dominicus, Secretarius [4].

---

[2] Agitur de textu quem vocamus autographum (*A*) in ARSI, *Exercitia 1*. Cura Congregationis generalis quintae *Vulgatam* versionem ad fidem *Autographi* corrigendi, clare ostendit quantum momentum huic hispano textui primis Societatis temporibus tribueretur.

[3] Annotationes has, stellulis in textu Vulgatae versionis indicatas, edimus post apparatum criticum dicti textus.

[4] P. Iacobus Dominici fuit Seretarius Societatis Iesu ab ineunte a. 1595 ad 15 ian. 1600. *Synopsis historiae Societatis Iesu*, Lovanii 1950, p. 638.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

EXERCITIORUM TEXTUS

TEXTUS ARCHETYPI ET TEXTUS ACCOMMODATI

Exercitiorum textus manuscriptos dividimus in archetypos et accommodatos [1]. *Archetypos* vocamus textus integros et sine glossis, eos nempe qui *librum* Exercitiorum, prout editus est vel edi potuit, constituunt. *Accommodatos* dicimus textus non integros vel, e converso, amplificatos et cum glossis, qui *liber* Exercitiorum dici nequeunt, suntque potius annotationes pro Exercitiis determinatis exercitantibus dandis convenientes. Ratio et momentum huius divisionis clarius apparebit in introductionibus singulis textibus praemittendis. Ex ea explicatur, inter alia, cur aliqui textus elementa quaedam Exercitiorum omittant, vel modo diverso ac in libro typis impresso tradantur.

Archetypi textus sunt : hispanus autographus (*A*) aliique quorum variantes lectiones apponimus ; recensiones duae Versionis primae, altera a. 1541 (*P*1), altera a. 1547 (*P*2) facta ; Versio vulgata (*V*) ; italica interpretatio in fine huius voluminis edita.

Accommodati dicuntur textus : Helyaris (*H*) ; Coloniensis (*C*) ; Magistri Ioannis (*I*) ; Martinensis (*M*), Vallisoletanus (*L*). Difficultas oriri potest e Coloniensi, qui archetypis accedit, sed inter accommodatos a nobis includitur, ob rationes in eius introductione expositas. Textus Magistri Ioannis potius quam textus accommodatus dicendus est explanatio sive commentarium Exercitiorum ; eum tamen inter accommodatos annumeramus, ne multiplicemus divisiones.

---

[1] Vox *archetypus* potest esse vel adiectivum : « primitus, antiquitus formatus, indeque verus, sincerus », παραδειγματικός, vel substantivum : « παράδειγμα ». Exempla : « archetypa exempla rei sensilis » ; « est oratio actionis exemplar et quasi archetypon » ; « Vergilius Homero usus est archetypo ». *Thesaurus linguae latinae*, II (Lipsiae 1901) 460. — *Accommodatus* : « conveniens factus, conveniens, aptus, appositus ». Ibid. I, (Lipsiae 1901) 333-305. In nostro casu, archetypus, praeter hos sensus : « primitus factus, sincerus », significat : exemplar reliquorum ; accommodatus idem est ac aptus, conveniens determinatis personis.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Original from
UNIVERSITY OF MICHIGAN

INTRODUCTIO IN TEXTUS ARCHETYPOS

DE TEXTU HISPANO AUTOGRAPHO (= *A*)

TEXTUS : ARSI, *Exercitia* 1, ff. 1-63.

EDITIONES : Editio phototypica textus Autographi (= *A*) : ***Ejercicios espirituales de S. Ignacio de Loyola, fundador de la Compañía de Jesús. Reproducción fototípica del original***, Roma (Stabilimento Danesi) M.CM.VIII ; MI, *Exercitia*, 222-262. Editur tantum textus Autographus, omissis variantibus lectionibus aliorum codicum. De ceteris hispanis editionibus vide elenchum editionum.

BIBLIOGRAPHIA : MI, *Exercitia*, 200-201 (descriptio cod. *Exercitia 1*, ubi servatur Autographum) ; 138-148 ; BERNARD-MAITRE, *Quel est le scribe de l'Autographe des Exercices spirituels ?* in *Mél. Caval.*, 401-404 ; ID. *Le texte des Exercices spirituels de Saint Ignace*, in RAM, (1957) 210-229 ; CALVERAS, *Acerca del copista del Autógrafo de los Ejercicios*, in AHSI, 30 (1961) 245-263 ; ID. *Más precisiones sobre la cronología del Autógrafo de los Ejercicios*, in AHSI, 32 (1963) 322-328 ; ID. *Los últimos retoques del texto de los Ejercicios*, in *Manresa*, 31 (1959) 261-280 ; ID. *Retoques del texto de los Ejercicios anteriores al Autógrafo*, in *Manresa*, 31 (1959) 353-370 ; DALMASES, *Notas ignacianas* : II, *¿ Quién fue el copista del Autógrafo de los Ejercicios ?* in *Estudios Eclesiásticos*, 24 (1950) 98-101 ; ID. *Los trabajos del P. Calveras sobre el texto de los Ejercicios*, in *Manresa*, 37 (1965) 394-396 ; G. SCHURHAMMER, *Franz Xaver*, I, 448[6] ; ID. *Gesammelte Studien*, IV, 275-276 ; A. BOONE, *Les corrections manuscrites des Exercices*, in CBE, 18 (1908).

Exemplar libri *Exercitiorum* Ignatii manu exaratum nullum iam exstat, usus tamen invaluit, quem etiam nos sequemur, *Autographum* appellandi textum de quo hoc loco acturi sumus, quia etiamsi a scriba quodam exscriptus est, nonnullas emendationes autographas sancti Ignatii habet.

Initio codicis qui textum *Autographum* [1] continet adest nota quaedam seu fragmentum epistolae cuiusdam Patris Petri de Ribadeneira, quod hic praemittendum duximus :

---

[1] ARSI, *Exercitia 1*. Cf. MI, *Exerc.* p. 141.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Ibs

« Existimo exemplar hoc fuisse descriptum ex primo aphtographo, beati Patris Ignatii manu descripto : quod fertur et extitisse, et fuisse, post eius obitum, quaesitum, non esse tamen inventum. Habet enim hoc vocabula quaedam vel impropria, vel inusitata in lingua hispanica, et quasi inventa a cantabro, vel ab eo qui ob verborum vel proprietatis eorum penuriam, mentis conceptibus voces ex lingua latina hispanice desinentes accommodabat ; quale est illud in 2ª annotatione : « illucidado ». In meo vero exemplari, quod desumptum est ex antiquo quodam, quod Pater Natalis circumferebat, habetur : « illustrado » ; et plura alia similia. Unde colligo fuisse tertium exemplar hispanice emendatum, quod ad verborum proprietatem hispanicam attinet, expunctis scilicet verbis non ita propriis ; ex quo ita emendato, certum est desumptam esse latinam versionem. Nam in 4ª annotatione, ubi latina versio habet : « adiectis tribus orandi modis », et in meo habetur : « añadiendo tres modos de orar », aphtographum hoc P. Ignatii habet : « poniendo tres modos de orar ». Unde potius fuisset vertendum : « positis tribus modis orandi », quam « adiectis ». Simile sequitur exemplum ibidem immediate : « tamen no se entienda que cada semana » etc. In meo autem habetur : « Con todo esto no se entienda etc. ».

« Haec inveni cum meum cum hoc scripto conferre coepissem, quare statim in 5ª annotatione destiti a collatione, videns esse variata huiusmodi vocabula, immo et nonnullas phrases, quae sensum tamen non variarent ».

Sequitur manu praefecti archivi : « Haec sunt ex epistola P. Ribadeneira ».

Tres saltem hoc loco textus enumerat Ribadeneira : Primus est « aphtographus » manu Sancti Ignatii descriptus, frustra post eius obitum quaesitus ; alter, ex priore desumptus, erat is quem nunc Autographum vocamus ; tertius erat exemplar emendatum, quod Pater Nadal in suis itineribus circumferebat, ex quo exemplar illud quod penes Patrem Ribadeneiram erat desumptum est. De exemplari Natalis suo loco agemus (infra, p. 104).

De *Exercitiis* scriptis iudicibusque examinandi causa traditis agunt fontes. Salmanticae Ignatius baccalaureo Frías dedit « todos sus papeles, que eran los Exercicios para que los examinasen » [2]. Post paucos dies *Exercitia* viderant tum dictus Frías, tum doctores Sanctisidoro, Paravinhas et alius Frías [3]. Lutetiae Ignatius morem gessit Inquisitori Thomae Liévin, Exercitiorum exemplar postulanti : « Solamente voleva veder li suoi scritti degli Essercitii ; et vedendogli, gli lodò molto, et pregò il pelegrino gliene lasciasse la copia ; et così lo fece » [4]. Romae, cardinalis Gasparus Contarini, factis Exercitiis, ea sibi manu propria exscripsit [5]. Sed haec manuscripta exemplaria vel latent vel perierunt,

[1] *Acta*, n. 67, p. 458.
[2] Ibid. n. 68, p. 458.
[3] Ibid. n. 86, p. 480 ; cf. MI, *Scripta*, II, 3.
[4] MI, *Scripta*, II, 872.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Si de textu hispano agitur, prae omnibus usque ad nos servatis auctoritate gaudet sic dictus Autographus, de quo sequentes quaestiones elucidandae proponuntur :

1° Quisnam fuerit eius scriba ; 2° De eius additamentis et emendationibus ; 3° De tempore quo exaratus est ; 4° Status textus hispani Exercitiorum ante Autographum.

I. De Autographi scriba.

Quaestio de scriba Autographi historicos diu multumque vexavit. Magni quidem illa momenti est, nam inde magna ex parte pendent tum tempus quo textus exaratus est, tum antiquitas correctionum manu sancti egnatii ei appositarum.

P. Codina in Addendis suae editionis[6] proposuit nomen Bartholomaei Ferrão, lusitani, sed post aliquot annos hanc opinionem retractavit [7]. Ratio fuit quia scriba *Exercitiorum* idem esse debebat ac ille qui « Quinque capita » seu Formulam Instituti Societatis, per manus cardinalis Contarini Paulo III exhibendam, descripserat [8] ; iam scriba ille ignotus dicendus erat. Proposita sunt nomina Iacobi de Cáceres et Antonii de Estrada [9], qui Romae una cum sancto Ignatio annis 1539-1541 commorati sunt, sed argumenta extrinseca in favorem huius sententiae, comparata ratione scribendi cum litteris quibusdam horum duorum, confutata sunt [10]. P. Georgius Schurhammer iterum sumpsit argumentum tractandum identitatis scripturae Autographi et exemplaris Formulae Instituti, de quo supra. Existimans hoc documentum manui Petri de Ribadeneira adscribendum esse, collegit hunc probabiliter Autographum Exercitiorum etiam exarasse [11]. Hanc opinionem suam faciens, P. Bernard-Maitre collegit transcriptionem Autographi ante iter Ribadeneirae Lutetiam, a. 1542, factam fuisse [12].

Scriptores qui hanc quaestionem tractaverunt fere unice de criteriis externis solliciti fuerunt, scripturam Autographi comparantes

---

[6] MI, *Exerc.* p. 1276, cf. p. 139.

[7] MI, *Constit.* I, p. CCVI*.

[8] ARSI, *Instit. 194*, ff. 8*r*-11*v*. Paginam photographice expressam vide apud Calveras, *Acerca del copista del autógrafo de los Ejercicios*, in AHSI, 30 (1961) 245-263, vide figuram n. 2.

[9] H. Bernard-Maitre, *Quel est le scribe de l'« Autographe » des Exercices spirituels*, in *Mélanges offerts au R. P. Ferdinand Cavallera* (Toulouse 1948) 401-404.

[10] Dalmases, *¿ Quién es el copista del « Autógrafo » de los Ejercicios ?*, in *Estudios eclesiásticos*, 24 (1950) 98-100.

[11] G. Shurhammer, *Franz Xaver*, I (Freiburg 1955) 448*.

[12] H. Bernard-Maitre, *Le texte des Exercices spirituels de saint Ignace*, in *Revue d'ascétique et de mystique*. 130 (1957) 213, 226.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

cum aliis documentis ab illis scribis transcriptis, qui Ignatio primis Societatis temporibus adiumento fuerunt. Prae oculis habenda est etiam methodus interior, seu examen linguisticum Autographi. Breviter de illo agemus [13].

a) *De lingua naturali scribae Autographi.*

Indicia quaedam ostendunt scribam non fuisse hispanum.

Usus litterae *m* in fine aliquorum vocabulorum, vel ante litteram *t*, quibus casibus lingua hispana exsposcit litteram *n*. Exempla: aborresçem [278] pro aborrescen; quam alto [112] pro quan alto; segum el mayor provecho [17] pro según etc.; tam miraculosamente [223] pro tan; comtemplar comtemplación [2] pro contemplar, contemplación. Iam in lingua lusitana littera *m* desinunt formae verborum in tertia persona plurali, ubi lingua hispana habet *n*. Lusitanae formae sunt ta*m*, co*m*, hispanis respondentes ta*n*, co*n*. Littera *m* finalis saepe invenitur in lingua lusitana, numquam in hispana. Littera *m* ante *t* et *d* non raro invenitur in textibus lusitanis saeculi XVI. Ecce tibi primum indicium ad coniciendum scribam Autographi non fuisse virum hispanum, sed lusitanum.

Litterae correctae. Verbum *vísperas* decies invenitur in Exercitiis. Scriba autem scripsit vísp*a*ras, quod minime explicatur in viro hispana lingua utente, facilius vero in eo qui litteram *e* minus stricte efferebat. Errorem hunc quinquies scriba correxit, numeris 128, 129, 148, 159, 200, remanent tamen alii quinque loci ab eo non emendati, numeris 72, 133, 204, 209, 227.

Usus irregularis litterarum c, ç, z. Scribam fuisse virum non hispanum confirmat usus irregularis harum litterarum. Saepe scribit *c* vel *ç* pro *z* a sancto Ignatio adhibita. Hoc indicat phoneticam methodum scribae non esse illam quae Ignatio fuit peculiaris, eumque non semper distinxisse litteram sonoram (*z*) a surda correspondenti (*c*, *ç*), quae distinctio erat in usu linguae hispanae, mediante saeculo XVI, quo tempore littera *c* vel *ç* pronuntiabatur *ts* (ex. gr. cerca = tserca, braço = bratso), simili modo ac *z* italica in verbo *forza*. Vicissim littera *z* respondebat, ut videtur, litteris *ds* cum *s* sonora, (ex. gr. fazer = fadser; vezino = vedsino), ut in verbis italicis: *mezzo*, *razzo* [14]. Exempla huius rei in Autographo sunt: plazer [187]; Luzifer [138]; nazareno [300], quae a scriba exarantur: placeres [314] vel plaçer [78];

[13] Quae de Autographi scriba hoc loco dicemus uberius exposita vide apud CALVERAS, articulo supra in annot. 8 allato.

[14] De hac re vide R. MENÉNDEZ PIDAL, *Manual de gramática histórica española*, ed. 7ª (Madrid 1944) 94, 112; R. LAPESA, *Historia de la lengua española* (Madrid - Buenos Aires - Cádiz [1942]) p. 112. Vide etiam Amado ALONSO, *De la pronunciación medieval a la moderna en español* (Madrid [1955]) p. 93: « Capítulo III. La *ç* y la *z*. Opiniones. Unos lingüistas con segura convicción, otros vacilantes, han interpretado la pareja antigua *ç-z* (hasta el siglo XVI inclusive) como africadas (otros fricativas) dentales, sorda y sonora respectivamente »... P. 96: « Puedo anticipar aquí que, del estudios de mis documentos, se confirma la pronunciación africada de la *ç* y de la *z* todavía en el siglo XVI. El cambio a fricativas se hizo primero en la *z* y después en la *ç*, con bastante rapidez en la segunda mitad de este siglo, con complejidades geográficas cronológicas que nuestros documentos permiten fijar unas veces y conjeturar otras ... ». Vide ib. p. 103, 362 ss.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Luçifer [137]; naçareno [296]. Aliud exemplum sunt variae formae verbi *decir*. Hoc verbum in lingua hispana illius temporis postulabat litteram *z*, quae invenitur saepe rectae adhibita, ut in nn. 39, 80, 95, 241, 264, 267, 273, 289, 302 etc. Scriba vario modo utitur: decir [40], dice [263], diçe [264], diziendo [286], deçiendo [268]; alias, litteras *c* vel *ç* primo scriptas recte corrigit in *z*: vide nn. 41, 286, 290, 293 etc. E contra, in verbo *hazer*, omnes formae inveniuntur iam inde ab initio cum littera *z*, excepto casu *haçiendo* [62]. Haec exempla hic indicasse sufficiat, e quibus hoc concludere licet: S. Ignatius in suis correctionibus autographis singula quaeque verba semper eodem modo scribit, adhibens litteras *c*, *ç*, *z*, secundum evolutionem normalem linguae hispanae sui temporis, quod indicat eum distinguere solitum esse litteram sonoram a surda. Scriba e contra eadem verba vario modo inconstanter transcribit, quod indicat eum distinctionem harum litterarum in modo practico loquendi et scribendi non accurate percepisse. Iam talis usus, sicut opponitur praxi sancti Ignatii, sic etiam improprius erat cuilibet viro hispano illius temporis, quia confusio et simplificatio litterarum *c*, *ç*, *z* in unam solam surdam interdentalem (*c* vel *z*, ut in hodiernis verbis *cielo*, *goza*), initium habuit solummodo saeculo XVII, cum sonus sonorus disparuit. Habemus igitur argumentum probans scribam Autographi non fuisse hispanum.

Usus irregularis litterarum s, ss, c, ç, z. Littera *s* hispana est surda concava apicalis alveolaris. Talis usus viget in maxima parte Hispaniae, inclusa Gallaecia, regione septentrionali Lusitaniae, Vasconia, Catalonia et parte meridionali-occidentali Galliae. In parte meridionali peninsulae Ibericae, inclusa maxima parte Lusitaniae, littera *s* est surda convexa dento-alveolaris. Haec *s* surda propria regionis Baeticae, et consequenter insularum Canariarum et Americae hispanicae, similis est litterae *s* italicae, gallicae, germanicae. Littera *s* nunc in Hispania est generatim surda [15]. Littera *z* moderna et *c* ante *e* et *i*, sunt interdentales. In variis Hispaniae regionibus littera *z* pronuntiatur ac si esset *s* (seseo) [16].

Varia indicia nobis patefaciunt scribam Autographi confundere solitum esse, eas pronuntians aequali modo, litteras *ç* vel *z* ac *s* et *ss*. Hoc denotant errores primo intuitu inexplicabiles, prout sunt: çentina pro sentina; sircunstancias pro circunstancias; zessó pro çessó, engroçar pro engrossar; trizteza pro tristeza. Scribit etiam: neçesçitados, neccessidades, necçessarias, peresoza, quae formae vere mirae sunt, neque explicari possunt in viro hispanica lingua, tamquam sibi propria, loquente vel scribente.

Correctio verbi *engrossar*, prius scripti *engrosar*, duplicatio litterae *s* in verbo adminisstración; usus arbitrarius litterae *s* vel *ss*: nunc *çesando*, postea *çessó*, indicant scriptorem non sibi constare et insecurum esse in usu sonitus surdi et sonori litterae fricativae alveolaris; sed hoc tribui potest tam scribae quam auctori textus originalis, nam fusio horum duorum phonematum in *s* surdam modernam incepit multo antea in praepalatalibus, donec perventum est ad *z* surdam hodiernam [17].

Ex iis quae breviter exposuimus eruitur scribam Autographi non usum esse lingua hispanica tamquam sibi naturali, nam pronuntiabat laxo modo vocales atonas (ex gr. vísperas), perperam utebatur littera

[15] Menéndez Pidal, op. cit. pp. 103-104.
[16] Ibid. 102.
[17] Calveras, *Acerca del copista*, p. 252.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

m in fine verborum et ante litteram *t*, et permiscebat consonas *s*, *ss*, *c*, *ç*, *z*, id est, prout hispanice dicitur, « seseaba ». Quae omnia facile explicantur in viro lusitano.

Scriba non fuit Ribadeneira. Praeter rationes palaeographicas, adest etiam argumentum linguisticum. Ribadeneira natus est Toleti, die 1 novembris 1526, filius Alvari Ortiz de Cisneros et Catharinae de Villalobos. Cognomen sibi sumpsit aviae maternae [18]. Etiamsi patriam terram reliquit cum esset puer duodecim annorum et multos annos extra eam vixit, purioris linguae hispanae usum retinuit, quod ipse Dei beneficio adscripsit: « Porque haviendo yo salido de España de 12 años, y vivido tantos años fuera della, y predicado mucho en italiano, y en Flandes en latín, sin exerçitar mi lengua natural, ¿ quién havía de creer que yo pudiesse scrivir lo que he scripto en castellano y con la aceptación que ha sido recivido, si Vos no me huviérades movido ... ? » [19]. Iam, in eius scriptis annorum 1540-1541 et in eius formula votorum, Romae die 30 septembris 1545 nuncupatorum [20], recte utitur littera *m*, non permiscet vocales atonas, recte adhibet consonas *z*, *c*, *ç* in oppositione cum fluctuatione quae animadvertitur in Autographo, non utitur « seseo », id est, in eius scriptis numquam littera *s* stat pro *c* vel *z*, dum modo irregulari miscet litteras *s* et *ss*, quod indicat eum in modo loquendi confundere solitum esse sonitus surdum et sonorum fricativae alveolaris *s*, quod evenire incepit eo tempore in Hispania, antequam *c* et *z* acquirerent sonitum *s* surdae, quem nunc habemus. Sic, verbum *dezir* scribit cum *z*, item salva quadam exceptione, verbum hazer, satisfazer, plazer, plazeres. Item: dozena, trezientas, honze, doze, cavallerizo, donzellas, batizó. Normalis est etiam eius usus litterae *z* finalis: meretriz, diez, paz, raýz, vez. Verba erudita generatim scribuntur cum *c*, *ç*, vel *sc*, ut: recibir, rescibir, rescibo, rescibió, at reçebir. In derivatis a CY, TY, invenimus fere semper *z* post litteram vocalem: fazenda, sazón, razón, alteza, flaqueza, pobreza. Post litteram consonantem adest fluctuatio: començaremos, comiencen, començado, alabança; at: esperanza, usanza, fuerza, esfuerze. Maxima regularitate adhibetur *c*, vel *ç*, vel *t*, in verbis prout *expiriencia*. Semel tantum invenimus scriptum: expirienzia. In derivatis a SC, e 20 exemplis adhibetur *c*, *ç*, *sc*; bis saltem invenitur *z*, in verbis conozer, apareze. Post haec exempla, clara est conclusio: ille qui adeo recte adhibuit litteras *z*, *c*, *ç*, non potuit incidere in usum inordinatum quem reperimus in Autographo. Vel ex hoc solo capite, excluditur igitur Ribadeneira e numero eorum qui illud exscribere potuerunt.

b) *Argumentum palaeographicum.*

Difficultas inveniendi quisnam fuerit Autographi scriba provenit ex eo quod hic textus exaratus est scriptura libraria, ideoque minus personali. Hoc valet praecipue de titulis, litteris maiusculis scriptis. Litteris goticis scripti sunt tituli diversorum documentorum, nomen diei in serie meditationum vitae Christi, nn. 132, 134, 158, 161, 208 etc., tituli singulorum mysteriorum

[18] MHSI, *Ribadeneira*, II, 433.
[19] Ibid. I, 84.
[20] Formula autographa votorum, in ARSI, *Ital.* 57, f. 272*r*. Imago photographica eiusdem, in CALVERAS, *Acerca del copista*, fig. 3. Editio in MHSI, *Ribadeneira*, I, 297-299.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

in fine libri et variarum regularum quae Exercitia complent, nn. 210, 313, 328, 337, 345, 352. P. Schurhammer argumento palaeographico nisus est ad probabiliter retinendum Ribadeneiram tamquam Autographi scribam [21]. Argumentum eruebatur e probabiliti identitate scripturae textus Autographi et duplicis exemplaris Formulae Instituti Societatis Paulo III, per cardinalem Contarini, die 3 septembris a. 1539 exhibitae [22]. Post lectum Patris Calveras articulum de Autographi amanuensi, Pater Schurhammer illius sententiae adhaesit, praecipue ob argumentum philologicum, de quo supra, quod omnino validum retinuit [23]. Iuverit tamen hic indicare differentias calligraphicas quae Autographum ab allatis Formulis Instituti distinguunt. In Formula Instituti litterae formam habent quasi quadratam; altera ab altera saepe separatur; tractus sunt crassiores, angulati, firmiore calamo exarati. Lineae recto tractu horizontali scriptae sunt, ac si de impressis characteribus ageretur. Videtur documentum quasi officiale ecclesiasticis auctoritatibus exhibendum. Quantum ad singulas litteras, notandum est in scriptis Ribadeneirae huius temporis (scil. a. 1539-1542) *p* et *q* habere in inferiore parte tractum transversum, qui a dextro latu ad sinistrum extenditur, quod non invenitur in Formula Instituti, ubi *p* et *q* vel tali tractu carent, vel is in unum latum dextrum dirigitur. Minor apparet differentia in modo scribendi litteram *v*, nam Ribadeneira adhibet formas quae etiam in Formula Instituti reperiuntur [24].

Ad eandem conclusionem ducit comparatio scripturae Ribadeneirae in periodo ab a. 1539 ad 1545, cum Autographo, quod secundum unanimem auctorum consensum, ab eodem scriba transcriptum est qui Formulam Instituti exaravit. Comparatio formulae votorum Ribadeneirae [25], cum Autographo, haec nobis elementa praebet: Litterae eius sunt longiores, eminent praecipue superiores tractus litterarum *l*, *h*, *s*. Indicia haec identitatem scripturae formulae votorum et Autographi suadere posset, sed ratio scribendi Ribadeneirae praebet tractus uniformes et aequalis crassitudinis, qui arcte inter se uniuntur. Adest in litteris *p* et *q* tractus ille, de quo supra, qui ab Autographo abest.

Scriba Autographi fuit Bartholomaeus Ferrão. Si admittitur, ex supra dictis, scribam Autographi fuisse lusitanum, vel ex solo hoc argumento efficitur eum fuisse Bartolomaeum Ferrão [26], qui Romae secundo versatus est ab anno 1544 ad mortem usque, die 30 octobris

[21] *Franz Xaver*, I, 448*.

[22] Duo haec exemplaria Quinque Capitum servantur, alterum in Archivo Vaticano, *AA Arm. I-XVIII* n. *6461*, ff. 145*r*-148*r*; alterum in ARSI, *Instit. 194*, ff. 8-11*v*. Imago photographica huius, in CALVERAS, *Acerca del copista*, fig. 2. Documentum editum in MI, *Constitutiones*, I, 14-21, cf. pp. CCV-CCVIII, ubi, p. CCVI, asseritur scribam huius documenti esse eundem qui Autographum Exercitiorum transcripsit. Utrumque exemplar ab eodem scriba exaratum est: SHURHAMMER, *Gesammelte Studien*, IV, 275. Exemplar Archivi Vaticani habet post scriptum manu cardinalis Contarini appositum; exemplar in ARSI idem habet post-scriptum manu Antonii Estrada. De his vide SHURHAMMER, op. cit. p. 276.

[23] AHSI, 30 (1961) 264-266; iterum in *Gesammelte Studien*, IV, 275-276.

[24] SHURHAMMER, *Gesammelte Studien*, IV 275.

[25] Vide supra, annot. 20.

[26] De Bartholomaeo Ferrão v. infra, p. 95.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

1548, quique munus a secretis Societatis exercuit saltem ab anno 1545 usque ad adventum Ioannis de Polanco a. 1547. Nullus alius socius lusitanus tunc Romae tale munus obire potuit. Iam Ferrão ortus erat in Castelo Branco, in provincia de Beira Baixa, ad septentrionem fluminis Tagi, qua in regione in usu est « seseo » cum littera *s* dorsali. Examen tam philologicum quam calligraphicum scripturae eius difficile evadit quia pauca omnino scripta servamus, quae sine controversia eius manu scripta sint [27]. Comparatio tamen horum scriptorum cum Autographo, monstrat Ferrão non sibi constare in usu litterae *z*, litteris CE, CI post vocalem correspondenti, ex. gr.: diciembre et diziembre. Monstrat etiam eum usum esse « seseo ».

Figura litterarum scripturae Ferrão similis est scripturae Autographi. Lineae sunt rectae et uniformiter parallelae, litterae fere quadratae et satis ab invicem separatae. Eiusdem manus sunt litterae *b*, *d*, *l*, *y*. In *p* et *q* abest tractus inferior characteristicus Ribadeneirae, de quo supra. Notanda etiam littera *s* ad calcem verborum, quae forman peculiarem prae se fert. Ex his omnibus concludere licet, saltem cum magna probabilitate, scribam Autographi fuisse Bartolomaeum Ferrão, prout nunc a peritis communiter admittitur.

Questio de Autographi scriba praecipuum momentum habet, in quantum ex illa multum pendet alia maioris momenti, scilicet quonam tempore exemplar Autographum exaratum fuerit. Cum autem ad hoc ulterius definiendum satis conferat examen additamentorum et emendationum huic textui appositarum, conclusionem de hac re eruemus postquam de Autographi correctionibus disseruerimus.

II. De locis emendatis in Autographo.

Labor sancti Ignatii in corrigendiis et perpoliendis *Exercitiis* non cessavit etiam postquam, teste Nadal, « congessit delibationes illas Exercitiorum primas, addidit multa, digessit omnia ... » [1]. Inter ultimam redactionem, quam absolutam diximus annis 1540-1541 et propositionem libelli Sanctae Sedi ad obtinendam eius approbationem a. 1547, puncta aliqua particularia emendavit. In Autographo hic atque illic manus Ignatii verba aliqua addentis vel mutantis apparet.

---

[27] Inter alia, habemus formulam votorum eius, lingua hispanica scriptam, cuius imaginem habes apud CALVERAS, *Acerca del copista*, fig. 6. Scripsit folia 27-32 et 36*v*, 37*v*-37bis*v* opusculi *Memoriale di Roma*, quod editum habes in FN, III, 722-743. Manu Ferrão scripta sunt Quinque Capitula, de quibus in annot. 18. Ita SHURHAMMER, op. cit. IV, 276, ad calcem paginae.

[1] Vide supra, p. 16.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

En tibi elenchum harum emendationum autographarum, simulque eos locos latinae versionis primae, ubi emendationes illae translatae sunt. Cf. p. 123.

AUTOGRAPHUM	VERSIO PRIMA (*P1*)
[5] ofreciendo *pro* dexando	
[5] se sirua conforme *pro* ordene [*Ig. scripserat*: en que se sirua, *sed verba* en que *delevit*]	
[21] sin determinarse por *pro* sin	
[45] con las *pro* de	
[84] y *add. manu Ig.*	
[91] sinagogas *pro* templos	synagogas *pro* templis (manu Broĕti)
[93] cōmgo [*scil.* comigo *seu* conmigo] *pro* como yo, *probabiliter manu Ignatii*	
[102] en la su eternidad *pro* entre ellos	in aeternitate *add. marg.* (manu Broĕti)
[102] y así venida la plenitud de los tiempos, *add. marg. In textu del.* y	ubi venit plenitudo temporis *add. marg.* (manu Broĕti)
[111] como se puede meditar pía-mente *add. marg.*	ut pie meditari licet *add. marg.* (manu Broĕti)
[112] el lugar o spelunca del nacimiento *pro* el diuersorio	speluncam seu locum nativitatis *pro* hospitium seu diversorium (manu Broĕti)
[142] como suele ut in pluribus *add. marg.*	ut solet in pluribus *add. marg.* (manu Broĕt)
[161] en el *pro* en un	
[169] el *add. marg. probab. manu I.*	
[172] pareçe que sea vocation diuina *pro* podemos dezir que sea vocación	quae videtur non esse divina vocatio *pro* quam electionem non possumus nominare vocationem (manu Broĕti)
[172] diuina *add. sup. lin.*	divinam (manu Salmeronis, ut etiam deinceps reliquae)
[185] yo *add, marg. probabil. m. I.*	ego *add.*
[187] aber *add. marg.*	
[195] en la humanidad *add. marg.*	Christus in humanitate *pro* Christi humanitas
[201] como gotas de sangre *pro* símile a sudor de sangre	
[235] haziéndome entender; asimismo *pro* entendiendo	
[271] pareçe que *add. sup. lin.*	ut videtur *add.*
[271] muestra significar *pro* dize	
[275] pareçe que *add. sup. lin.*	fuisse videntur *pro* sunt
[279] gran tempestad *pro* terremoto	tempestas *pro* terremotus
[293] toda la multitud de los judíos *pro* el pueblo menudo de los judíos	

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

[297] partido en dos partes de arriba abaxo *pro* hecho pedaços	velum templi scissum in duas partes. *Omittit vertere* : de arriba abaxo
[300] muy *add. sup. lin*	valde *add.*
[306] de sus discípulos *pro* apóstoles	discipulis *correct.*
[310] píamente se medita y se lee en las vidas de los sanctos *pro* como dize el evangelio de Nicodemo	pie meditari licet *pro* dicitur in evangelio Nicodemi. *Omittit vertere* : y se lee en las vidas de los sanctos
[317] terçera *pro* primera	
[317] escuridad *pro* ceguedad	obscuratio *pro* caecitas
[321] sexta regla *pro* quarta regla	
[355] asimismo *add. sup. lin.*	
[363] o declarar para nuestros tiempos *add. marg.*	

Numerantur igitur 32 correctiones et additiones autographae sancti Ignatii, in numeris : 5 (duae), 21, 45, 84, 91, 102 (duae), 111, 112, 142, 161, 172 (duae), 187, 195, 201, 235, 271 (duae), 275, 279, 293, 297, 300, 306, 310, 317 (duae) 321, 355, 363. Tres sunt probabiliter sancti, Ignatii in nn. 93, 169, 185.

Manu patris Broët scripta videntur verba : grande in n. 140 et spual (spiritual) in n. 367.

Correcta ab ipso amanuensi Ferrão videntur : ajena, n. 40 ; no pura o débita, n. 150 ; dando entender, n. 235 ; entendimiento, n. 299.

Dubia remanet quaestio quisnam deleverit verba in Autographo oblitterata. Casus singularis est auctoritas sancti Thomae, in n. [330], expuncta in Autographo, quae tamen remanet in Versione prima (*P1*). Ut videtur ab Ignatio deleta est post transcriptam versionem primam.

De locis emendatis in Versione prima a. 1541 (*P1*). De eis hoc loco agimus quia lumen afferunt ad determinandum tempus quo Autographum hispanum exaratum est.

Versio prima (*P1*) habet tum additiones marginales ex Autographo desumptas, tum alias correctiones ut plurimum supra lineas positas. Nostra hoc loco intersunt praecipue additiones marginales.

Perpendendum est quasnam additiones Autographi Versio prima in suo textu insertas habeat, quasnam in margine positas ad emendandam praecedentem lectionem, quasnam omnino omittat. Prioris casus exemplum unum invenimus in n. 297, ubi *P1* in ipso textu habet, etsi incompletam, correctionem marginalem Autographi : « velum templi scissum est in duas partes », vertere omittens verba : « de arriba abaxo ». Quasnam additiones *P1* omiserit satis patet inspicienti nostram tabulam. Omissio in *P1* satis indicat additiones illas Autographo factas esse post transcriptum et correctum textum Versionis primae. Unde additiones autographae aliae aliis antiquiores dicendae sunt.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Difficilior nunc quaestio ponitur quaenam manus textui versionis primae (*P1*) apposuerit ea additamenta quae sunt in Autographo. Distinctio facienda esse videtur inter septem priora additamenta et reliqua (v. tabellam, supra). Septem priora habentur in numeris *Exercitiorum*: 91 (f. 80r); 102 (f. 81v); iterum 102 (f. eodem); 111, (f. 81v); 112 (f. 82r); 142 (f. 84r); 172 (f. 87r). Calveras primum existimavit additamenta haec posita esse in Versione prima manu ipsius S. Ignatii [2]; sed postea sententiam mutavit, illaque manui Patris Paschasii Broët attribuit [3]. In hoc iudicio ferendo P. Calveras confirmatus est sententia periti viri in re calligraphica Wenceslai Gutiérrez Sancho [4].

Aliae sunt Autographi additiones quae in textum Versionis primae transierunt manu Patris Salmerón, qui totum textum *P1* emendavit. Sunt autem correctiones sub numeris: 172 (altera correctio), 195, 271, 275, 279, 300, 306, 310, 317.

Tertium genus additionum quae in Versione prima non adsunt, adhibentur autem a versione Vulgata (*V*). Sunt autem in nn. 5, 21, 45, 93, 297 (2ª pars), 310 (2ª pars), 330, 363 [5]. Vide infra, p. 124 nº 3.

Restant tandem aliquae quae in nullam latinam versionem translatae sunt: nn. 5 (altera correctio), 201, 271 (altera corr.), 293 [6].

III. Chronologia Autographi.

Ex iis quae superius exposita sunt satis clare determinari potest quonam tempore exemplar Autographum hispanum exaratum fuerit. Nam, si admittimus eius scribam fuisse Ferrão, sufficit investigare quonam ille tempore Romae commoratus sit, ut laborem illum conficere posset. Iam scimus Bartholomaeum Ferrão Ignatio sociisque adhaesisse Romae anno 1538, ibique eum remansisse usque ad exeuntem mensem aprilem anni 1540, quo Parisios studia prosequendi causa se contulit. Exinde Lovanium et postea in Lusitaniam venit, ubi adhuc erat mense octobri anni 1543. Anno 1544 Romam rediit, ubi saltem inde ab anno 1545 exercuit munus secretarii Societatis, quod mense martio 1547 Patri Ioanni Alfonso de Polanco remisit. Romae tamen remansit Ferrão ibique supremum diem obiit die 20 octobris 1548 [7].

Iam, Autographum exscribi debuit in hac altera commoratione

[2] *Los últimos retoques*, pp. 262, 263-266.

[3] Argumenta tradit Calveras in: *Más precisiones sobre la cronología del Autógrafo*, p. 327 et cf. ibid. pp. 322, 323, 326.

[4] Ibid. p. 327.

[5] *Los últimos retoques*, p. 268-270.

[6] Ibid. 270-271.

[7] Scaduto, *Catalogo dei gesuiti d'Italia*, p. 55.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Romana Ferronii, utpote tempore posterius Versione prima, quae anno 1541 confeeta est. Remanent ergo tempora extrema: inde ab anno 1544 ad octobrem anni 1548

Si velimus tempus pressius adhuc determinare, haec adest via: examinare manus correctorum qui interfuerunt tum in transcriptione et correctione Autographi tum in pari labore quantum ad Versionem primam. P. Calveras duo indicia invenit: 1º Quisnam scripserit in Autographo numeros foliorum, in spatio a Ferrão vacuo relicto. 2º Quisnam transtulerit in Versionem primam septem antiquissimas additiones marginales Autographi (vide p. 93,95).

Ad primam quaestionem respondetur probabiliter numeros foliorum in spatio Autographi vacuo relicto addidisse Paschasium Broët, quia forma horum numerorum satis convenit cum ea quam adhibuisse videmus Broëtum in correctionibus eius manu scriptis in sic dictis Exercitiis Polanci, quae nos malumus appellare cum sancto Ignatio Exercitia Magistri Ioannis. Verum est modum scribendi numeros non efficere argumentum definitivum, quia numeri aequali vel saltem simili ratione scribi possunt a viris modo sat diverso scribendi utentibus. Remanet tamen probabilitas.

Ad secundum punctum iam vidimus Patrem Calveras respondisse, tribuendo manui ipsius Broëti, in Versione prima, septem illas additiones Autographi.

Iam, eum Pater Broët Roma cesserit mense maio a. 1544 neque eo redierit nisi post aliquot annos, cum Exercitia iam a Paulo III approbata essent, concludit Calveras Autographum transcriptum esse in primo semestri anni 1544, scilicet inde ab adventu in Urbem Bartholomaei Ferrão et discessum ab ea Patris Broët [8].

IV. Status textus hispani ante Autographum.

Ad pleniorem acquirendam cognitionem evolutionis textus *Exercitiorum*, inquirimus nunc, quantum fieri potest, qualis fuerit textus hispanus ante transcriptionem *Autographi*. Ad hoc obtinendum comparamus hunc textum cum Versione prima (= *P1*) aliisque textibus Autographo anterioribus. Differentiae inter hos textus non paucae sunt, quod indicat in textu hispano decursu temporis emendationes appositas esse. Limites temporis sunt, ex una parte annus circiter 1540, quo *Exercitiorum* compositio absoluta dicenda est, et ex alia annus 1544, quo, prout vidimus, Autographum transcriptum est. Methodus nostra haec erit: 1º Comparare Autographum cum textibus antiquioribus; 2º Examinare Patris Salmerón correctiones in textu *P1*; 3º Conferre variantes lectiones Versionis primae cum Autographo.

[8] Calveras, *Más precisiones* ..., AHSI, 32 (1963) 322-328.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

a) *Comparatio Autographi cum aliis textibus.*

Exemplo quodam ostenditur textum Autographum textus alios sive redactiones praecessisse, quae formas aliquantum diversas continebant.

In Exercitio de Regno Christi non semel mutata est formula oblationis finalis [98]. Comparemus ante omnia Autographum cum Versione prima *P1*:

A: Eterno Señor de todas las cosas, yo hago mi oblación con vuestro favor y ayuda

P1: Æterne Domine omnium rerum mearum facio oblationem cum vestro favore et auxilio,

Virgulas transcripsimus prout sunt in manuscriptis: in *A* post *cosas*, in *P1* tantum post *auxilio*. Notetur translatio verborum « todas las cosas » ex invocatione ad Deum, ad rerum oblationem, quae in *P1* restringitur ad res *meas*. Redactionem primitivam textus fuisse illam quam reperimus in *P1* ostenditur ex eo quod cum *P1* consentiunt textus ante 1541 scripti *H* (Helyar) et *C* (Coloniensis), itemque duae redactiones hispanae quae non dependunt ab Autographo: *B* (Burdigalensis) et *X* (Mexicana):

H: Aeterne Deus omnium rerum mearum oblationem cum vestro favore facio.

C: Aeterne Domine omnium rerum mearum oblationem facio, cum vestro favore.

B: Eterno Señor, de todas mis cosas yos hago oblación.

X: Eterno Señor, de mis cosas yo hago oblación.

Textus *M* (Martinensis) annorum 1543-1544, Lovanii a Petro Fabro relictus, nobis praebet redactionem quam postea imitatus est Frusius in sua *V* (Vulgata):

M: Eterne Deus, Domine omnium rerum, ego facio oblationem mei ipsius et omnium rerum mearum, cum vestro favore et auxilio

V: En, o rex supreme ac Domine universorum, tua ego, licet indignissimus, fretus tamen gratia et ope, me tibi penitus offero meaque omnia tuae subiicio voluntati.

Uni obiectum oblationis ampliatum est, complectens « *mei ipsius* et omnium rerum »; « *me* ... meaque omnia ».

His textibus inspectis, animadvertimus fieri in eis simplificationem progressivam, tum in invocatione ad Deum, tum in obiecto rerum oblatarum, quae desinit in formam breviorem Autographi:

« Eterno Señor (*H*, *C*, *P1*); Eterno Dios, Señor de todas las cosas (*M*); Eterno Señor de todas las cosas » (*A*).

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

« Yo hago oblación de todas mis cosas (*H*, *C*, *P1*, *B*, *X*); de mí mismo y de todas mis cosas (*M*); hago mi oblación » (obiecto reticito): *A*. Unde, post varia tentamina, Ignatius devenit in formam comprehensivam Autographi: « Eterno Señor de todas las cosas, yo hago mi oblación con vuestro favor y ayuda ... » Probabiliter vitare voluit repetitionem verborum: « de todas las cosas » post « Eterno Dios » et post « hago mi oblación ».

Oblationem sequitur declaratio, quae in Autographo introducitur ope coniunctionis *que*: « que yo quiero y deseo y es mi determinación deliberada », ubi indicatur non iam obiectum oblationis, quae ad res omnes extenditur, sed dispositio subiectiva offerentis. Antiquissimae versiones latinae, loco huius coniunctionis introductivae adhibent causalem *quia*, quasi explicando rationem oblationis: « quia opto, volo et firma determinatione delibero. Sic *H*, *C*, *P1*, *M*. Vulgata vero hanc declarationem cum oblatione anteriore coniungit, ope participii « attestans », et declarationem in modo infinito exprimens: « hunc esse animum meum, hoc desiderium, hoc certum decretum ».

b) *Salmeronis correctiones in textu P1*

Textus *Exercitiorum* antiquissimi, prout sunt *H*, *C*, *E* et *P* ante Salmeronis correctiones, nobis referunt statum anteriorem eo, quem nunc in Autographo (*A*) reperimus. Nonnulla ad hoc ostendendum adducimus exempla, eo ordine disposita quo in *Exercitiorum* textu apparent.

Nº 18. Annotatio 18ª. Agitur de applicatione partiali *Exercitiorum*, secundum dispositionem et intentionem exercitantis. Autographum dicit: « Por tanto, al que se quiere ayudar para se instruir y para llegar hasta cierto grado de contentar su ánima ... ». Coniunctio *y* unit duas orationes subordinatas, quae duas intentiones denotant in exercitante: instrui et aliquo modo animae suae providere. In *P1* hae duae orationes non erant coordinatae sed subordinatae alia ad aliam: « Ideo ei qui vult se disponere ad hoc quod instruatur usque ad certum gradum satisfaciendi animo suo ... ». Salmerón induxit coordinationem ope *et quod*: « ad hoc quod instruatur *et quod* usque ad certum gradum satisfaciendi animo suo perveniat ... ». *C* et *E* locum eodem modo referunt ac *P1* ante correctionem. Vulgata sequitur textum Autographum: « Propterea ei qui se instrui dumtaxat postulat et ad gradum aliquem perduci, in quo animus suus conquiescat ... ». Ex his concluditur textus *C*, *E* et *P1* ante correctionem Salmeronis, formam primitivam huius locutionis adhibuisse, anteriorem ea quam textus *A* exhibet.

Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0
Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

Nº 48. Secundum praeambulum primi exercitii cum tribus potentiis.

A : « demandar a Dios nuestro Señor lo que quiero y deseo. La demanda ha de ser según subiecta materia ».

P1 : « petere a Domino Deo nostro, et petitio debet congruere subiectae materiae ».

Post « petere a Domino D. n. » addidit Salmerón : « id quod quero et desidero ».

Hoc incissum deest in textibus ante 1541 scriptis : *H*, *E*, *C* : « petere a Domino Deo nostro quod subiectae materiae congruat ». *M* breviter includit additamentum : « petere *quod opto*, iuxta propositae contemplationis argumentum ». Exemplaria hispana manuscripta, quae hunc locum continent, inserunt iam praedictum additamentum, quod nobis indicat eius antiquitatem.

Nº 50. In primo puncto eiusdem primi exercitii, Salmerón addidit verbum *discurrendo* quod in *P1* deerat :

A : « y luego sobre el mismo el entendimiento discurriendo ».

P1 : « et circa idem exercere intellectum *discurrendo* ».

Hoc verbum deest in textibus latinis *H*, *C*, *E*. *M* formam aliam adhibet : « exercere tres potentias animae super peccatum Luciferi et sociorum eius, volendo memorari eius et intelligere ». Vulgata adhibet correctionem : « adhibito statim *discursu* intellectus ».

Nn. 83, 84. Additio decima, de paenitentia. Agendo tam de cibo quam de somno, textus *A* dicit paenitentiam esse aliquid in his rebus subtrahere de usu « convenienti ». Nº 83, de cibo : « penitencia es quando quitamos de lo conveniente ». Nº 84, de modo et tempore somni : « penitencia quando en el modo se quita de lo conveniente[...] ny tampoco se quite del sueño conveniente ».

Textus latini antiquissimi, saltem ubi de cibo agitur, subtrahendum aliquid esse dicunt de convenienti et « necessario ». Sic *C* : « Sin autem de *convenienti et necessario* [cibo] subtrahimus, paenitentia est ». — « In somno subtrahendo non in superfluitatis solius, nec etiam temporis *convenientis et naturaliter necessarii* (ne die toto somnolenti simus), sed in modi *convenientis* subtractione ». Versio prima (*P*) : « poenitentia autem est quando de *convenienti et necessario* cibo aliquid nobis subtrahimus ». — « ... vel subtrahatur somnus *conveniens et necessarius* ». Salmerón vero, ubi de somno agitur, verba « et necessarius » delevit.

Ex his exemplis arguitur in primitivo *Exercitiorum* textu consilium datum esse de subtrahendo aliquid, etiam necessarium, in his quae ad cibum et somnum pertinent ; quod postea Ignatius sustulit, in his

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

rebus paenitentiam reducendo ad subtractionem rei convenientis. Ad tempus somno destinatum quod attinet, nec de convenienti aliquid demendum est, nisi abusus adsit.

Nº 94. « Perverso caballero ». In meditatione de Regno Christi, ubi agitur de responsione subditorum invitationi regis temporalis, *P1* non habebat verba « perverso caballero », quibus vituperatur socordia ignavorum :

A : « cuánto sería digno de ser vituperado por todo el mundo, y tenido por *perverso caballero* ».

P1 : « quanto vituperio dignus esset apud totum universum, is etiam quam *degeneris a vero et fideli subdito* ».

Salmerón ita mutavit, concorditer cum Autographo : « et quam perversus subditus haberetur et miles ». Versiones latinae antiquae cohaerent cum *P1* ante correctionem. *H* : « qui tantum degeneraret a vero et fideli subdito ». *C* : « et quam degener a vero et fideli subdito apud totum universum ». *M* : « et quam degener a vero et fideli subdito appareret ». Textus hispani sequuntur Autographum.

Nn. 278, 281, 284. Autographum applicat ter Christi discipulis epithetum *amados*. Latina vox correspondens deerat in *P1*. Eam addidit Salmerón, sed tantum prima vice :

[278] *A* : a sus *amados* discípulos aparte habla de las ocho beatitúdines

[281] *A* : llama Cristo a sus *amados* discípulos.

[284] *A* : tomando en compañía... a sus *amados* discípulos Pedro, Jacobo y Juan

P1 : discipulis seorsim edisserit de octo beatitudinibus [Salmerón addidit *dilectis* ante : discipulis].

— Christus vocat discipulos.

— Assumptis Petro, Iacobo, Ioanne.

Vox *amados* videtur esse additamentum posterius in textu hispano. Illud adhibent in tribus locis allatis omnes textus hispani. Vulgata vertit verbum, prima vice : *ad dilectos* ; secunda : omittit ; tertia : *carissimis*.

Maxima pars correctionum Salmeronis in *P1*, vel supplent involuntarias omissiones interpretis, vel errores corrigunt, vel verba singularia eliminant. De his locus proprius agendi erit, ubi de Versione prima disseremus (v. p. 111).

c) *Lectiones variantes Versionis primae respectu Autographi.*

In examen revocamus nunc lectiones variantes Versionis primae cum Autographo comparatae, omissis locis a Salmerone emendatis, de quibus sub b), et praescindendo a reliquis textibus manuscriptis. Variantes quae nobis revelent statum textus hispani Autographo ante-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

riorem non multae sunt. Eas hic servato ordine *Exercitiorum* recensebimus.

Nº 23. Principium et fundamentum. Textus Autographus, ubi agit de fine creaturarum, dicit eas creatas esse « para el hombre y para que le ayuden en la prosecución del fin para que es criado », ubi duo termini finales copulantur ope coniunctionis *y*. Haec eadem coniunctio adest in reliquis textibus hispanis, deest in latinis. Helyar, qui nobis praebet antiquissimam redactionem Principii et fundamenti, sic habet : « omnia quaecumque creata sunt super terram, sunt creata propter hominem, ut ipse laudet Deum et salvet seipsum » ; ubi prior finis, « propter hominem » subordinatur alteri « ut ipse Deum laudet ». Versio prima ultro procedit, omittens « propter hominem ». En eius verba : « creata sunt ad hoc quod hominem iuvent ad prosecutionem finis ». Ut infra dicemus (p. 110, 111), hoc loco interfuit manus correctoris cuiusdam, probabiliter Patris Broët, qui scripsit *prosecutionem* pro *persecutionem*. Salmerón correxit etiam textum, non tamen ad introducendam coniunctionem *et*, sed tantum ad mutandam coniunctionem finalem *ad hoc quod* in *ut*, prout saepe in aliis locis praestitit. Reliqui textus latini cohaerent cum *P1*, inclusa Vulgata, quae sic habet : « creata sunt hominis ipsius causa, ut eum ad finem creationis suae prosequendum iuvent », omissa copulativa *et*.

Nº 23. « Es menester hacernos indiferentes ». In textu *H* necessitas indifferentiae ad recte utendum creaturis exprimitur verbo obligationis : *debere*. « Ex his sequitur, quod homo tantum *debet* accipere de huiusmodi rebus creatis, quantum poterit iuvare ad laudem Domini et salutem animae suae ; et tantum *debet* ea repellere, quantum sibi noceant ad eiusmodi finem. Ex quibus manifestum est, quod nos *debemus esse* indifferentes circa ista creata ». *I* pari modo obligationem hoc modo exprimit : « Quapropter *opus est ut simus* indifferentes circa omnia creata ». Idem habent reliqui textus latini. Textus hispani omnes conveniunt cum Autographo, cum hac variante in *L* (Valladolid) : « conviene que nos agamos indiferentes ». Vulgata non sequitur Autographum in hoc puncto, sed similis est *P* : « Quapropter debemus absque differentia nos habere circa res creatas omnes ». Autographum ergo considerat indifferentiam tamquam dispositionem active adquirendam : *es menester hacernos* ; textus *P* et *V* tamquam statum animi necessario habendum : *debemus esse* ; *opus est ut simus*.

Nº 32. « Uno propio mío [pensamiento], el qual sale de mi mera libertad ». Textus latini hoc loco, ubi agitur de cogitationibus, exprimunt ideam cogitationis quae *ab intus* procedit, id quod suggerit fortasse etiam in textu hispano primitivo adfuisse adverbium aliquod correspondens, veluti : *de dentro*. Autographum adhibuit simpliciter

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

adiectivum ***mera***, adverbio illi aequivalens, scilicet: ***sola***, seu absque alieno influxo. En tibi textus latinos:

H: « egrediens ex libero arbitrio et voluntate, ***tamquam ab intus ad foras*** ».
P: « una est propria et ***intrinseca***, quae scilicet ex mea ***mera*** libertate et voluntate prodit ».
C: « Supponendum est tres esse cogitationes, quasdam ***internas***, quae scilicet ex nostra voluntate prodeunt ».
M: « una est propria et ***intrinseca***, quae scilicet ex hominis libertate procedit ».

Versiones hispanae sequuntur Autographum, praeter *L*: « uno propio mío que nace ***de mi mismo*** ». Vulgata: « unum ex proprio surgens motu ipsius hominis ».

Nº 46. Oratio praeparatoria: « ... todas mis intenciones, acciones *y* ***operaciones*** ». Hoc postremum verbum videtur postea additum fuisse, nam abest ab omnibus textibus latinis. Sic, *P* habet: « ut omnes meae intentiones et actiones ». Ex hispanis, tres sequuntur *A* (*N*, *B*, *X*; *D* et *E* mutant acciones in « elecciones »: « todas mis intenciones, ***elecciones*** y operaciones ». *L* substituit ope « deseos y voluntades »: « todas mis intenciones, y operaciones, ***deseos y voluntades*** ». *V* habet ***operationes***: « ut vires atque ***operationes*** nostrae omnes ». Probabilis intentio sancti Ignatii, dum addidit verbum ***operationes***, fuit distinguere duplicem hominis activitatem: externam, propriam vitae socialis, quam nomine ***actionis*** distinxit; et internam, propriam vitae subiectivae uniuscuiusque, quam appellavit ***operationem***. Similem sensus vocis ***actionis*** reperimus in libro ***De imitatione Christi***, quem certe legit Ignatius: « Fili, ad istud diligenter intendere debes, ut in omni loco et ***actione*** seu ***occupatione externa***, sis intimus liber et tui ipsius potens » (lib. III, cap. 38).

Nº 61. « Coloquio de misericordia ». Verba « de misericordia » addita esse videntur post ultimam ***Exercitiorum*** revisionem, desunt enim in omnibus textibus latinis Autographo antiquioribus. Sic, ***P1***: « Conclude tandem uno colloquio, colloquendo ... ». Textus hispani sequuntur Autographum. Vulgata item: « per colloquium extollendo infinitam Dei misericordiam ».

Nº 151. « Me he de imaginar que estoy delante de Dios y de todos sus santos, para desear *y* conocer lo que es más grato a la su divina Majestad ». Correctio Autographi consistit in additione coniunctionis copulativae *y*, ope cuius duo verba « desear » et « conocer » indicant duos conceptus distinctos coordinatos. Facile est videre discrimen inter: ***desear y conocer*** et ***desear conocer***. Hanc postremam

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

lectionem amplectuntur omnes textus latini, omisso *M* qui hac meditatione caret. *H*, *C*, *P1* : « desiderantem cognoscere id quod erit gratius divinae Maiestati ». Textus hispani qui continent hanc meditationem cohaerent cum Autographo. Confer casum similem supra explanatum relate ad numerum 23 Exercitiorum.

Indicamos tandem duos locos, ubi potius quam de correctione aliqua ab Autographo inducta, agi videtur de distractione scribae, verba aliqua omittentis.

Nº 60. Punctum quintum meditationis secundae de peccatis.

A : « y los cielos, sol, luna, estrellas y elementos, aves, peces y animales ; y la tierra cómo no se ha abierto

P1 : caeli, sol, luna, stellae, elementa, fructus, aves, pisces, animalia *quomodo me hactenus conservaverunt* ; terra quomodo non aperta est.

Lacuna Autographi deberi videtur distractioni scribae. Vulgata eam implet his verbis : « quomodo caeli, sol [...] debitae vindictae loco mihi servierint ».

Nº 16. Annotatio decima sexta.

A : « si su divina Majestad, ordenando sus deseos, no le mudare su affectión primera, de manera que la causa de desear o tener una cosa por otra sea solo el servicio, honra y gloria de su divina Majestad.

P1 : « nisi prius divina maiestas ordinaverit suos affectus *et mutaverit primum affectum et finem moventem ad optandam rem talem*, ita quod causa desiderandi vel habendi rem aliquam, sit solum obsequium et honor divinae maiestatis.

Ut patet, secundum Autographum exercitans petit a Deo ut, desideriis suis ordinatis, primum suum affectum mutet. *P*, praeter affectus mutationem, petit a Deo mutationem finis, a quo pendet ut desideria sint ordinata vel non. Complendo Autographum ope incissi a *P* adhibiti, eius textus deberet esse plus minus huiusmodi : « si su divina Majestad, ordenando sus deseos, *mudando el fin que le mueve a desear la tal cosa*, no le mudare su afección primera, *de manera que la causa de desear o tener sea solo servicio* ... de la su divina Majestad ».

Vulgata habet lectionem adhuc Autographo breviorem, omittens « ordenando sus deseos » et integrum locum unica oratione composita comprehendens : « nisi priorem affectum adeo mutaverit, ut nihil iam omnino desideret vel possideat alia ex causa, quam divini cultus et honoris ».

Exempla a nobis adducta satis demonstrant Ignatium successu temporis sollicitum fuisse de conceptibus accurate definiendis, de eisque reddendis verbis perspicuis locutionibusque brevibus simul et claris.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

V. Alii Exercitiorum textus hispani

Praeter Autographum, prae oculis habendi sunt alii *Exercitiorum* textus hispani antiqui, qui ad opus ignatianum restituendum conferre possunt. Quinque ex his textus inspeximus, quorum variantes lectiones in apparatu critico apponimus. De eis pauca praemittimus. Vide etiam *Codicum descriptiones* initio voluminis.

Codex N. ARSI, *Instit. 221* (prius: *Collecta per P. Natalem*). Descriptus iam est in MHSI (EN, IV, 1-10). Apographum hoc, quod P. Hieronymus Nadal secum undequaque circumferebat, quemadmodum a Ribadeneira traditur (vide p. 86), nullum dubium est quin ab amanuensi quodam italo exaratum fuerit. Multis id probari poterit, si attendantur italicae formae verborum, quibus abundat. Certum est etiam illud directe ex originali mutuatum esse; et maximum eius commodum reponendum censetur in eo quod, cum multae primaevae expressiones S. Ignatii ibi adsint, antequam ab auctore *Exercitiorum* corrigerentur, illae quidem omnes, etsi deinde a Nadal correctae sint iuxta Autographum (*A*), legi tamen adhuc et restitui possunt, cum in hoc apographo simplici linea deleantur, non vero totaliter, ut in Autographo plerumque accidit. Correctiones has omnes manu propria Nadal codici suo adiecit, itemque indicationes illas, ut puta, punctorum meditationum, regularum, notarum, et similium, ad margines Autographi positas, quae, cum uno vel alio modo iterum in textu repetantur, ab amanuensi italo praetermissae sunt.

3) *Codex E.* ARSI: *Exercit. 3.* Fortasse ab amanuensi lusitano exaratus fuerit, ut forma illa numeri [107] « juram » suaderetur. Potius quam exemplar Nadal, Autographum ipsum respexisse videtur. Correctiones tamen non omnes collegit, quae ibi factae sunt, fortasse quia nondum ab auctore in Autographo inductae, cuiusmodi sunt illae, quae ad num. [172] et [201] hic omittuntur. In hoc apographo generatim non habentur indicationes illae marginales Autographi; quod quidem toties continuo modo repetitum in apparatu constare inutile duximus. Praeterea, notandum referentias foliorum Autographi, quae quandoque in ipso Autographo occurrunt, in codice *E* iuxta ipsiusmet codicis folia praeberi, non autem Autographi.

4) *Codex D.* Codex *Domenici.* Apud « Monumenta Historica S. I. », Romae. Describitur in MHSI, *Directoria Exercitiorum*, 50-52. Fere in omnibus refert codicem *E*, non tamen servili modo, cum propriam quandam indolem prae se ferat. Immo, quoad verborum litteralem correctionem, illud apographa cetera superare diceres. Indica-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tiones Autographi marginales recipit, sed ita generatim, ut verborum repetitionem vitare studeat. Ea, igitur, quae in Autographo hoc modo efferuntur, v. gr., in num. [74]: « 2ª addición. La 2ª: quando », in codice *D* sic resumitur: « *2ª* addición es quando ». Quod quidem, cum uno vel alio modo in omnibus fere numeris habeatur, in apparatu ponendum similiter non erat.

5) *Codex B. Codex Burdigalensis*. Bordeaux, Bibl. Municipale, Ms. *811. H.* Descriptus in FN, II, 55*-57*. Exercitia adsunt in ff. 6-83*v*. Si cum praecedentibus comparatur, imperfectior sine dubio est. Omissionibus scatet, sed correctiones adhibet, prout in Autographo iam inveniebantur. Facilis est, at non constanti modo, in omittendis correctionibus marginalibus Autographi, et in multis librarium parum expertem prodit, hispanicae linguae non apprime gnarum. Habet in fine meditationes de morte et de iudicio (f. 79*v*-83*v*), quae conveniunt cum textu *Vallisoletano* (v. huius apparatum).

6) *Codex X*. « México. Bibl. Nacional, ms. *998* ». Descriptionem v. apud M. Batllori, *Los Ejercicios que Nadal trajo a Espana y las meditaciones de la muerte y del juicio*, in *Manresa*, 24 (1952) 127-144. Quemadmodum in ipso initio notatur, apographum hoc ex exemplari P. Nadal exscriptum fuisse constat. Scribam autem eiusdem valde imperitum ostendunt omissiones plurimae plurimique errores, non dictionis solummodo, sed etiam quandoque sensus. In multis cum praecedenti codice *B* convenit. Amborum etiam commune est, ut meditationes et mortis et iudicii includant; in *X* specialiter adhuc, quod, ob hanc inclusionem, exercitium meditationis inferni, quod in *Exercitiis* ponitur, non quintum, sed septimum evadat et dicatur.

VI. Ratio editionis

Textum Autographum modo fere palaeographico exhibemus, retenta forma vocalium et consonarum. Compendia generatim solvimus. Retinemus tamen graecam formam nominis Christi, quam tamen typographicae facilitatis causa, absque breviationis signo reddimus: Xpo. Verba manu S. Ignatii correcta et addita litteris spatio separatis (*spazieggiato*) proferimus. Verba et numeros qui ad margines exstant, typis italicis (*cursivis*) exprimimus. Tituli qui in Autographi summis paginis habentur, a nobis in apparatu transcribuntur. Foliorum numeros indicamus, eos signis [ ] includentes. Retinemus foliorum numerationem quae exstat in imis paginis. In apparatu critico, praeter ea quae de ipso textu *A* notanda veniunt, variantes lectiones quinque aliorum codicum, supra descriptorum, apponimus.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

VERSIO PRIMA (= *P*)

1541-1547

EDITIO : MI, *Exercitia*, 223-563, in tertia columna. Editur textus secundum alteram recensionem, a Polanco correctam a. 1547 (*P2*), quae ibi designatur signo *B*. In apparatu dantur variantes lectiones recensionis a. 1541 (*P1*), quae ibi vocatur *A*.

BIBLIOGRAPHIA : MI, *Exercitia*, 200-202 (descriptio codicum ubi servantur *Exercitia 1* et *Exercitia 2a*: textus *P1* et *P2*) ; 160-172 (examen Versionis primae) ; P. DEBUCHY, *Introduction a l'étude des Exercices spirituels de Saint Ignace*, in *Collection de la Bibliotheque des Exercices*, n. 6 (1906) 3-5 ; CALVERAS, *Estudios sobre la redacción de los textos latinos de los Ejercicios*, in AHSI, 31 (1962) 47-98 ; DALMASES, *Los estudios del P. Calveras sobre el texto de los Ejercicios*, in *Manresa*, 37 (1965) 396-397 ; PINARD DE LA BOULLAYE, *Les étapes de la rédaction des Exercices*, pp. 17-19 ; 47.

I. — De tribus Versionis primae exemplaribus

Nomen *Versio prima* invenitur in recentiore titulo codicis qui textum *Exercitiorum* anno 1541 transcriptum (*P1*) continet : « Prima versio latina / Exercitiorum spiritualium / S. P. N. Ignatii de Loyola ». Ab aliquibus vocatur haec etiam *Versio antiqua*, sine dubio ut posteriori *Vulgatae* opponatur. Quonam sensu haec versio, de qua nunc agemus, re vera *prima* vocari possit, ex iis quae in hac nostra praefatione, necnon in praefationibus textibus accommodatis praemissis dicuntur, perspici poterit.

1. (*P1*). ARSI, *Exercitia 1*, ff. 69*r*-108*r*. Textus religatus una cum *Autographo*, qui praecedit. In primo fol. (69*r*) manu Ignatii scriptus adest titulus : *Todos exercicios breuiter en latín*. Infra, alia manu : « 1541 ». « Exercitia spiritualia ». Signum antiquum Archivi Societatis : « VIII.7. » Supra, manu antiqua : « in maio » et separatim : « anno a nativitate / Domini millesimo 541 / anno ». Alio loco : « Viola amicus / Antonio Viola ». Tempus quo hic textus exscriptus est accuratius definitur adhuc in fine, fol. 108*r* : « Scripta fuerunt ista exercitia anno dni. 1541 die nono iulii Romae ». Si verba « in maio », quae sunt initio, significant tempus quo transcriptio incepta est, concludere licet hunc laborem inter menses maium et iulium anni 1541 peractum esse.

Nomen scribae indicatur in ipsa fronte : « Viola amicus ». Erat is Ioannes Baptista Viola, iuvenis parmensis, qui a. 1540, una cum

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

aliis concivibus suis, in urbe natali nomen Societati dedit, motus contionibus patrum Favre et Laínez. Tyrocinium Romae iniit, ubi versabatur adhuc mense octobri 1541, quo tempore, post nuncupata die 24 septembris vota Societatis, Lutetiam se contulit ad Artium cursum inchoandum [1]. Ab Ignatio laudatus est tamquam « asaz buen latino » die 20 septembris 1541 ad Petrum Favre [2]. Violam fuisse scribam huius textus Exercitiorum satis constat e comparatione scripturae eius cum formula autographa votorum [3]. Totus textus exaratus est ab eodem pulchra scriptura humanistica, minus accurata in ultimis foliis. Hic textus habet, latine redditas, nonnullas additiones marginales sancti Ignatii manu scriptas in *Autographo* hispano. Quinam eas huic textu apposuerit, inferius tractabimus. Agemus etiam de additamentis et emendationibus interlinearibus. Cum labor emendationis huius textus, prout infra probabimus, Patri Salmerón tribuendus sit, recte haec vocari potest « recensio Salmeronis ».

2. (*E*). ARSI, *Exercitia 3*, ff. 65*r*-116*r*. Continet versionem primam quae vix a praecedenti differt. Caret additionibus marginalibus necnon correctionibus inter lineas positis. Refert itaque statum antiquissimum Versionis primae. Huius textus lectiones variantes in apparatu indicamus. Nonnumquam clare errat. Sic legit « spatioso » pro « specioso » [144] ; « excusando » pro « incusando » [54] ; « de me ipso » pro « deinceps » [61] ; « facere » pro « olfacere » [68] ; « statim » pro « statuum » ; « prius » pro « purius » ; « instructione » pro « introductione » [135]. Examen particulare in fine primae hebdomadae ponit. Caret Mysteriis Vitae Christi, summatim in fine Exercitiorum pro meditatione propositis.

3. (*P2*) ARSI, *Exercitia 2a*, prior pars, ff. 1-95*v*. Textus ligatus una cum versione Vulgata. Ad finem adsunt testimonia censorum autographa, utrumque textum approbantium. In primo folio adest signum « IHS ». Deinde, haec deleta : « Annotationes aliquot ad habendam aliquam intelligentiam exercitiorum spiritualium, quibus tam is qui tradit exercitia quam ille qui ea recipit ». Deinde : « Originale p.ae translationis Exercitiorum S. P. N. ». Unde hic titulus manifesto positus est post sancti Ignatii canonizationem. Sequitur : « Cum approbatione cardinalis Vicarii, Magistri Sacri Palatii». - «VIII.8.» Testimonium approbationis Versionis primae habetur in fol. 95*r*-*v*, subsignatum a cardinali Burgensi [Ioanne Alvarez de Toledo] et a Fr. Aegidio Foscarari, Magistro Sacri Palatii. Venia ad librum imprimendum signatur

[1] MI, *Epistolae*, I, 229.
[2] Ibid. p. 184.
[3] ARSI, *Ital. 58*, f. 156.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

a Philippo Archinto, Urbis Vicario. Cum haec approbatio concessa fuerit anno 1547 [4], etiamsi Breve pontificium approbationis nonnisi anno sequenti datum fuerit, sequitur ut hic textus anno 1547 exaratus fuerit.

Textus *P2* refert Versionem primam post additiones marginales et emendationes, quae textui incorporata sunt. Habet novas correctiones manu Patris Polanco appositas, de quibus in apparatu critico lectorem monemus. Unde haec altera vocari potest « recensio Polanci ».

II. — De versionis primae auctore et tempore compositionis

Ante omnia inquirendum est quid significet titulus autographus sancti Ignatii : *Todos exercicios breuiter en latín.* Obvio sensu intellegendum est textum hunc continere *Exercitia* integra, in latina versione. In interpretatione adverbii « breviter » maior est difficultas. P. Codina adhaeret sententiae Patris Roothaan, secundum quem « breviter » dicitur : « non quod brevius in hac versione quam in Autographo hispanico ; sed quia textus libri nonnisi breviter exercitia continet, ore tenus scilicet fusius explicanda » [5]. Hoc certe verum est, sed per adverbium « breviter » intendere potuit etiam Ignatius hunc textum, qui est archetypus, distingui a textibus accommodatis, qui cum non paucas glossas atque etiam interdum amplificationes contineant, dici nequeunt « breviter » Exercitia referre [6].

Legenti hanc versionem hae quaestiones proponuntur : quisnam fuerit eius auctor, quonam tempore facta fuerit, quisnam textum *P1* emendaverit. Necessitas in latinam linguam *Exercitia* vertendi sine dubio obvia fuit Ignatio statim ac Lutetiae Exercitia proponere coepit viris non hispanis. Scimus Ignatium, qui die 2 februarii 1528 Lutetiam pervenerat [7], Exercitia tradidisse non solum studiorum sociis, sed etiam doctoribus, inter quos numerabantur Martialis Mazurier, Valle et Alvarus de Moscoso [8]. Ope Exercitiorum ad suae vitae genus amplectendum allexit primos socios parisienses, inter quos viri non hispani numerabantur : Favre, Codure, Jay, Broët, Rodrigues. Cum a. 1535, antequam in Hispaniam discederet, Inquisitori parisiensi

---

[4] Cf. MHSI, *Chronicon*, I, 249 ; MI, *Epistolae*, I, 530 cf. supra, 80[10].

[5] J. Roothaan, *Exercitia spiritualia S. P. Ignatii de Loyola cum versione litterali ex autographo hispanico notis illustrata* (Romae 1852), in prologo, p. 14 ; MI, *Exerc.* p. 164.

[6] Calveras, *Estudios sobre la redacción de los textos latinos de los Ejercicios anteriores a la Vulgata*, in AHSI, 31 (1962), pp. 3, 4.

[7] FN, I, 31*, 98, 107, 464.

[8] Ibid. p. 181.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Vincentio Liévin librum *Exercitiorum* roganti tradidit, probabilius latinum textum, non hispanum, ei obtulit. Ex alia parte textus Helyaris, qui in multis cum Versione prima convenit, scriptus est, ut postea probabimus, anno 1535. Prima ergo Versio dicenda est facta Lutetiae, inter annos 1528 et 1535, probabilius initio commorationis parisiensis sancti Ignatii.

Auctor versionis probabiliter fuit Ignatius ipse, certe vir hispanus et latinae linguae parum peritus. Nam haec versio, non solum « rudis atque impolita est »[9], sed linguam hispanam redolet et modo servili verbum pro verbo, locutionem pro locutione interpretatur. Notae peculiares sunt:

1. *Usus praeposterus gerundii verborum.* Exemplum, n. [40] *A*: « en *hablar* para todo lo que *es* provechoso o *es* intención de aprovechar ... nunca es ocioso ». *P1*: « *loquendo* de omni re utili vel ordinata ad hoc quod sit utilis ... numquam *est* ociosum ». Ubi gerundium fungitur munere subiecti.

[98] *A*: « yo quiero y deseo y es mi determinación deliberada ... de *ymitaros* en pasar todas injurias ». *P1*: « opto, volo ac firma determinatione delibero ... *imitandi* te in tolerantia iniuriarum ». Salmerón recte correxit: *imitari*.

[155] *A*: « poniendo fuerça *de no querer* aquello ny otra cosa ninguna ». *P1*: « huic rei maxime innitendo, *non desiderandi* illam vel aliam rem quampiam » Salmerón correxit: « in hoc maxime innitendo *ut non desideret* ».

2. *Usus praepositionum, coniunctionum, adverbiorum ad modum hispanum.*

[20] *A*: « *sin* temor que sus conocidos le hagan impedimento ». *P1*: « *sine hoc* quod timeat quod noti sint ei impedimento ». Salmerón correxit: « nec timeat ».

[154] *A*: « aunque fuesse el mejor estado *para él* ». *P1*: « etiamsi esset *pro illo* melior status ». Salmerón correxit: « etiamsi *illi* melior status esset futurus ».

[168] *A*: « *para quien* desea alcançar esta tercera humildad, mucho aprovecha hazer los tres colloquios ». *P1*: « *pro eo* qui desiderat consequi hanc tertiam humilitatem, multum confer facere tria illa colloquia ».

[178] *A*: « proponer delante de mí la cosa *sobre que* quiero hazer elección ». *P1*: « proponere ante oculos mentis rem *super qua* volo facere electionem ». *E*: « super quam ». Non correctum a Salmerone.

Coniunctio hispanica « que » generatim vertitur « quod », etiam cum habet sensum finalem (« ad hoc quod »), vel consecutivum (« ita quod »). Salmerón curam habet eam corrigendi, in orationibus finalibus ope « ad hoc ut », vel simpliciter « ut »; in consecutivis, ope « ita ut ».

[20] *A*: « *de manera que* en su mano sea yr cada día a missa ». *P1*: « ita *quod* sit ei liberum ire quotidie ad missam ». Salmerón: « ita ut ».

[23] *A*: « las otras cosas ... son criadas para el hombre, y *para que* le ayuden en la prosecución del fin ». *P1*: « reliqua omnia creata sunt *ad hoc quod* hominem iuvent ad prosecutionem finis ». Salmerón: « ad hoc ut ».

Reliqua exempla vide sis in apparatu critico textus *P1*.

---

[9] MI, *Exerc.* p. 137, 160; CALVERAS, *Estudios sobre los textos latinos*, p. 65; DALMASES, *Los estudios del P. Calveras*, p. 396; LETURIA, *Estudios ignacianos*, II, 20, 22.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Verbum hispanicum « fuegos » vertitur « focos »: [60] « oculo imaginationis videre ingenteis *focos* ». Salmerón correxit: « ignes ».

Textus hispanus saepe utitur verbo *traer* ad indicandum usum potentiarum vel sensuum, locutionibus ut « trayendo a la memoria » [51, 52], « en memoria » [50], « traer la historia » [102, 191], « traer las potencias » [51], « traer los cinco sentidos » [121, 134, 159]. Latinus interpres verbum adhibet « trahere ». En nonnulla exempla, in quibus intra parenthesim apponimus Salmeronis correctiones. « Exercitium trahendi (ducendi) quinque sensus » (f. 82*v*, 83, 90*v*, 91); « trahere (applicare) quinque sensus » (f. 82); « traham (exercebo) quinque sensus » (f. 83).

Modo servili ab hispana lingua dependunt locutiones adverbiales: « de novo », « pro tunc », « de hora in horam », et aliae huiusmodi.

Tandem, ut appareat modus servilis reddendi verbum pro verbo, locutionem pro locutione, sufficit comparare cum Autographo locum longiorem Versionis primae, ex. gr. punctum secundum et tertium primi exercitii prioris hebdomadae [51, 52].

III. — De labore emendationis textus *P1*

Distinguendae sunt antiquissimae additiones marginales, respondentes eis quae manu sancti Ignatii scriptae sunt in *A* (de quibus v. p. 94-95), a reliquis emendationibus, praecipue inter lineas factis.

1. *Additiones marginales.* Unam habemus quae manu sancti Ignatii in *P1* scripta videtur. Octo aliae debentur, ut videtur, manui Patris Paschasii Broët. Ex his omnes, praeter primam (« prosecutionem » in fol. 73*v*) correspondent totidem mutationibus manu S. Ignatio in *A* inductis (vide p. 93).

[62] fol. 77*v*: « habuerim ». Videtur autographa sancti Ignatii, ad supplendam omissionem verbi latini respondentis hispano « he sentido ». Autographam eam esse censuit iam Codina [10]. Eum sequuntur P. Calveras et Wenceslaus Gutiérrez Sancho [11].

[10] MI, *Exerc.* p. 291; *Los orígenes*, 64.

[11] Calveras, *Más precisiones*, pp. 326-327. Litterae autographae Patris Broët servantur in ARSI, *Epp. NN. 60*. Litteras eius habemus, datas Bononia, « 7 idus maii 1551 » in codice *Cartas de Jesuitas*, f. 45*rv*: Madrid, Biblioteca del Palacio Real. Duplex eius subsignatio autographa servatur, ad calcem documenti *Determinaciones varias*, in ARSI, *Instit. 1a*, ff. 9*r*, 10*v*. Transcribimus hoc loco iudicium a Wenceslao Gutiérrez Sancho expressum et Patri Calveras communicatum die 16 maii 1962: [62] « habuerim » (fol. 77*v*), es de San Ignacio. Característica es la *h*, que se repite en el Diario espiritual, « hacerndome »; la base de la *b* [142] « pluribus ». Respecto a la *r*, tres tipos emplea San Ignacio. Este se encuentra en « ofreciendo » [5], « eternidad » [102]; « lugar » [112]. Vide Dalmases, *Los trabajos del P. Calveras*, in *Manresa*, 37 (1965) p. 405.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Manu P. Broet (v. supra, p. 93).

[23] fol. 73*v*: « prosecutionem » pro « persecutionem ».

[91] fol. 80*r*: « synagogas corr. ex « templa ». Respondet hisp. « sinagogas ».

[102] fol. 81*v*: « in aeternitate » add. in marg. Resp. hisp.: « en la su eternidad ». — In eodem numero: « ubi venit plenitudo temporis » add. in marg. Resp. hisp.: « y así, venida la plenitud de los tiempos ».

[111] fol. 81*v*: « ut pie meditari licet » add. in marg. Resp. hisp. « como se puede meditar píamente ».

[112] fol. 82*r*: « speluncam seu locum Nativitatis » corr. ex « hospicium seu diversorium ». Resp. hisp.: « el lugar o espelunca del nacimiento ».

[142] fol. 84*r*: « ut solet in pluribus » add. in marg., ut in *A*.

[172] fol. 87*r*: « quae electio videtur non esse divina vocatio » corr. ex « quam electionem non possumus nominare vocationem ». Resp. hisp. « no parece que sea vocación divina ».

Manu probabiliter Salmeronis additae sunt textui *P1* additiones vel correctiones autographae sancti Ignatii in *A*, numeris 172, 195, 271, 275, 279, 297, 300, 306, 310 ubi tamen omittitur altera pars additionis ignatianae: « y se lee en las vidas de los sanctos », 317. Omissae sunt, forte quia latina lingua correctionem non patiebatur, additiones ad numeros 5, 21, 45, 54, 93, 161, 185, 187, 201, 235, 271[2], 321, 355, 363.

Notanda est additio in numero 297: « partido en dos partes, de arriba abaxo », quae non a correctoribus sed ab ipso librario textui *P1* incorporata est in ipso textu, etsi non integra: « velum scissum est in duas partes », omittendo vertere « de arriba abaxo ». Unde concludendum est hanc additionem, vel saltem primam eius partem, ab Ignatio in textu hispanico positam fuisse cum latina versio facta est, vel ab amanuensi transcripta. Verba « de arriba abaxo » probabiliter ab Ignatio posterius addita sunt. Quod etiam probabiliter dici potest de emendatione sub n. 310, ubi verba: « y se lee en las vidas de los sanctos » a Salmerone omissa sunt.

2. *De labore Salmeronis in emendando textu P1.*

Corrector quidam, qui e modo eius scribendi videtur fuisse Salmerón [12], opus suum contulit ad latinitatem prioris interpretis meliorem reddendam:

[12] Litteras autographas Salmeronis habemus in ARSI, *Epp. NN. 61*. Exstant etiam, in duplici copia, eius litterae autographae datae Tridento, die 30 septembris 1546, Matriti, in cod. *Cartas de Jesuitas* (v. annot. praecedentem, ff. 347*rv*, 36*rv*.)

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

a) Correxit errores orthographicos: « additiones » pro « addictiones » [6, 130 ...]; « revelo » pro « revello » [41], « humilitatem « pro « humillitatem » [168]; « electionem » pro « ellectionem » [187]; « recurrere » pro « reccurrere » [183] etc.

b) Mutavit verba indolem linguae hispanae redolentia. Exempla: [42] *A*: « Tomando por obiecto ». *P1*: « Accipiendo pro obiecto »; Salmerón: « Proponendo sibi ».

[47] *A*: « Composición viendo el lugar ». *P1*: « Compositio videndo locum »; Salmerón: « Compositio loci ».

[50] *A*: « memorar »; *P1*: « memorari »; Salm.: « recordari ».

[51] *A*: « tantas gentes »; *P1*: « tot gentibus »; Salm.: « tot hominum millibus ».

[57] *A*: « dado que no fuese vedado »; *P1*: esto quod non fuisse prohibitum . Salm.: « etiamsi non fuisset prohibitum ».

c) Loco gerundii adhibet Salmerón alios modos verborum. Exempla:

[108] *A*: « humiliándose y haziendo gracias ». *P1*: « humiliatur agendo gratias ». Salm.: « humiliatur et agit gratias ».

[155] *A*: « poniendo fuerça de no querer aquello »; *P1*: « huic rei maxime innitendo, non desiderandi illam rem ». Salm.: « ut non desideret ».

d) Verba singularia ope aliorum simpliciorum substituuntur: Mutantur « lato » in « magno » [5]; « eatenusque » in « atque » [23]; « inquantum » in « quoad » [23]; « pungat » in « notet » [26]; « impromptu » in « prompte » [33]; « nostrimet » in « nobis » [87]; « aliqualem » in « aliquam » [275], etc.

e) Nonnumquam Salmerón verba ita mutat ut sensus locutionis alius sit a praecedenti. Sic in *Praesupponendo* [22], mutat verbum « salvetur » in « salvet eam », quo fit ut terminus actionis verbi « salvare » sit propositio (« salvet propositionem »), non ille qui talem propositionem protulit (« salvetur »). In n. [84] Salmerón delet adiectivum « et necessarius », agendo de somno, sequens in hoc textum Autographum hispanicum.

IV. — De Exercitiorum evolutione apud Versionem primam

Attentius inquirenti apparet non omnes huius Versionis primae partes imperfecta latinitate donatas esse. Hoc nobis suggerit Versionem hanc non ab uno tantum interprete fuisse conscriptam. Duos alios, saltem probabiliter, indicamus. Horum prior videtur fuisse Beatus Petrus Favre, qui puriore latinitate, etiamsi aliquoties redun-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

danti, usus est. Alter fuit Alfonsus Salmerón, qui non solum partes a praecedentibus in latinum translatas, prout vidimus, emendavit, sed etiam nonnulla ipse latine reddidit, addens Versioni primae documenta quae videntur ab Ignatio Romae redacta, anno circiter 1539 [13].

Investigandum nobis est quaenam elementa successu temporis textus *Exercitiorum* continuerit, aliis verbis, quasnam partes habuerit textus a primo interprete translatus, quasnam vero duo alii interpretes ei adiunxerint. Ad hoc praestandum triplici methodo uti possumus: 1.º Ope analysis internae textus, licet nobis detegere aliquarum partium dependentiam ab aliis. Sic, ut unum demus exemplum, si quibusdam locis commendatur ut fiant colloquia meditationis trium classium sive binariorum [159, 165, 168], signum est illam meditationem locum suum occupasse cum loci illi conscripti sunt. 2.º Comparando Versionem primam cum textibus accommodatis, saltem cum illis qui ante annum 1541 scripti sunt, quales existimantur textus Heliaris, scriptus a. 1535, et Coloniensis, scriptus probabiliter anno circiter 1539. Documenta quae in his textibus adsunt, obvium est ut inter elementa Versionis primae numerentur, quae, ut vidimus, anno 1541 exscripta est. 3.º Aspectus linguisticus, dum nobis detegit laborem trium interpretum, simul nobis patefacit quid cuique tribuendum sit. Hoc loco, ad discernendam evolutionem textus Versionis primae, tertia methodo, scilicet linguistica, praecipue utemur.

Elementa latine reddita a primo interprete (Ignatio ?) omnium antiquissima sunt, unde translata probabiliter tempore commorationis parisiensis sancti Ignatii. Sunt autem: Praesupponendum [22]; Principium et fundamentum [23] in eius primitiva redactione, nobis transmissa ab Helyare; Examen generale et particulare; meditationes et contemplationes quattuor hebdomadarum, quas inter Tria binaria, Tres humilitatis modi, Contemplatio ad obtinendum amorem. Adde tres orandi modos. Aderant etiam notae explicativae de praxi in his exercitiis faciendis tenenda (nn. 47-49, 54, 119, 159, 188, 199, 228, 243, 245, 248, 257); de distributione exercitiorum secundum dies et horas diei (nn. 72, 99, 128, 132, 134, 136, 148, 149, 158, 161, 164, 204, 208, 226); de modis orandi (nn. 256, 259); de consideratione electionis (n. 163); normae adaptationis exercitiorum (nn. 72, 129, 133, 162, 205, 209, 226, 227). Ob imperfectam latinitatem huic tempori adscribimus integrum tractatum de electione et reformatione vitae, necnon regulas 3am, 4am, 5am discretionis spirituum primae hebdomadae, quae elementa adsunt iam in textu Helyaris. Idem valet de normis ad discernendam veram a falsa consolatione, atque etiam

[13] Vide CALVERAS, *Estudios sobre los textos latinos*, pp. 65; 85-88; 93-95; DALMASES, *Los estudios del P. Calveras*, p. 396. Cf. supra, pp. 31-33.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

de annotationibus 3ª, 5ª, 11ª, 12ª, 13ª, 20ª, quae exercitantem directe respiciunt. Haec omnia conficiunt fere duas e tribus partibus *Exercitiorum*, suntque re vera eorum « substantia », ut verbo Lainii utamur, vel « exercitia eorumque modus », ut Polancus dixit. Cf. pp. 31-32.

Alteri interpreti (Fabro ?) tribuenda videntur : definitiva redactio Principii et fundamenti ; Regulae ad sese in victu ordinandum ; Mysteria Vitae Christi in fine posita, cum notis correspondentibus [162, 226] ; Annotationes 1ª, 2ª, 4ª, 6ª ad 10ªm, 14ª, 15ª, 18ª, 19ª, quae exercitiorum directori praecipue destinantur. Haec omnia elementa aderant iam in textu Exercitiorum, eaque Salmerón ante oculos habuit cum elaboravit textum accommodatum pro integro mense (Coloniensem). Cf. p. 33.

Tertio interpreti (Salmerón ?) amandantur tardiora complementa, ut sunt : rationes cur difficilius sit recte iurare per creaturas quam per Creatorem [39] ; notatio de peccatis contra ordinationes superiorum commissis [42] ; ea pars annotationis 18ªe [18] quae agit de *Exercitiis* levioribus ; tandem duo priores regulae discretionis spirituum primae hebdomadae [314, 315]. Salmerón, praeter laborem in perpoliendo integro textu positum, vertit ultima documenta, inde a regula 6.ª discretionis spirituum primae hebdomadae [319] usque ad finem *Exercitiorum* [14]. Inde a 6.ª regula supra nominata, usque ad finem libri, correctiones autographae Salmeronis in textu *P1* cessant, quod facile explicatur si admittitur hypothesis secundum quam ipse Salmerón in linguam latinam vertit has ultimas *Exercitiorum* partes. Cf. p. 33.

V. — De altera Versionis primae recensione (*P2*)

Ut supra diximus (p. 108), vocari haec potest recensio polanciana, refert enim textum Versionis primae, a librario nobis ignoto transcriptum, et a Polanco correctum. Transcriptio facta est anno 1547 vel paulo antea, illo enim anno concessa est approbatio huius textus Exercitiorum a iudicibus, quorum testimonia et autographae subscriptiones in operis fine habentur. Librarius adhibuit formam scribendi calligraphicam, prout decebat, cum hoc exemplar iudicibus subiciendum esset.

E Polanci correctionibus nonnullae sunt quae ab eodem etiam in textu Vulgatae appositae sunt. Eas enumeramus in nostra introductione ad Vulgatam (infra, p. 126). Polancianae emendationes quae in textu *P2* tantum inveniuntur, ad sequentes Exercitiorum numeros pertinent : 9, 16, 22, 42, 48, 51, 53, 87, 89, 103, 130b, 149, 150, 154,

[14] Calveras, *Estudios*, p. 85-88.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

159, 182, 201 (tres correctiones), 235, 290, 305, 314, 315, 325, (duae correctiones), 330, 332, 334, 348, 360, 368. Verba Polanci hoc loco non referimus, quia in nostra editione ea clare distinguimus typis italicis. Eorum comparatio cum textu *P1* facile fieri potest, cum hic textus simul cum textu *P2* exhibeatur.

Adsunt etiam in *P2* correctiones aliquae quarum auctor certo determinari nequit, cum agatur vel de verbis deletis tantum, vel mutatis servata tamen forma scribendi librarii ; unde corrector potuit esse vel ipse librarius, vel Polancus, vel alius nobis non notus. Sed hae mutationes parvi momenti sunt. Verum laborem textum *P2* emendandi sibi suscepit Polancus.

Polanco tribuimus correctionem in nº 22, seu « Praesupponendo » appositam, de qua nonnulla dicenda sunt. Documentum hoc in textu *P1* hoc modo concludebatur : « ... ad hoc quod proximus, sane illam propositionem intelligens, salvetur ». P. Salmerón hanc sententiam ita mutavit : deleta terminatione « ur » verbi ***salvetur***, addidit ei complementum « eam », unde sententia remansit : « salvet eam ». Librarius qui textum *P2* transcripsit, hoc eodem modo eam retulit, sed Polancus eandem ad pristinum statum reduxit, deleto pronomine « eam » additoque signo terminationis « ur » verbo « salvet », unde remansit iterum : « salvetur ». Res difficultate non caret, agitur enim de determinando subiecto huius verbi ***salvetur***, quod potest esse vel « proximus », vel « propositio » proximi. Verbo in forma passiva relicto solutio non clara est, etiamsi subiectum potius dicendum videatur quod magis vicinum est, scilicet « proximus ». Hoc non probavit Salmerón, qui agi putavit de proximi « propositione » salvanda. Ad rem dirimendam, recursus ad textum originalem hispanum non multum iuvat, quia utrolibet modo eum interpretari licet : « .... y si no basta, busque todos los medios convenientes para que, bien entendiéndola, se salve ». Fatendum est traditionem antiquam manuscriptorum sententiae favere quae sustinet subiectum verbi « se salve », « salvetur », esse « proximum » et non « sententiam », ut voluit Salmerón.

Helyar (*H*) legit : « ... ad salvandum huiusmodi ***animam*** et ad deponendum errorem ab eo ». Coloniensis (*C*) : « ... ***proximus*** sane propositionem illam intelligens salvetur ». Magister Ioannes (*I*) : « ut ***frater*** sane sentiens salvetur ». Versio Vulgata (*V*) : « ... hoc nisi sufficit, vias omnes opportunas tentet, quibus ***illum*** sanum intellectu, ac securum reddat ab errore ».

P. Roothaan locum ita vertit : « ut [ille] bene intelligens se salvet ». In annotatione tamen ad hunc locum, monet : « ***Se salvet*** ». Cum in hoc monito verbum salvare iam bis ita positum sit, ut referatur ad propositionem proximi, nil impedit quominus etiam hoc ultimo loco ita intelligatur, ut sensus sit : eadem propositio rite intellecta salvetur,

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

id est, salva sit, immunis sit, ab errore. Et hic sensus magis convenit cum hispano Autographo, et sic habet antiqua versio ms.: proximus sane illam propositionem intelligens salvet eam». Ut patet et aliunde etiam constat, P. Roothaan vidit Versionis primae solum primam recensionem a Salmerone correctam (*P1*), minime vero aliam posteriorem (*P2*), quae, ut vidimus, post Polanci correctionem, retinuit formam « salvetur ». Sententiae Patris Roothaan in annotatione expressam adhaesit P. Codina in MI, *Exerc.* 169-170: « existimamus enim subiectum verbi hispani *se salve*, esse non proximum sed propositionem proximi. Praecipuam rationem indicat Roothaan. Cum enim per totam paragraphum actum sit solummodo de salvanda propositione proximi, seu de illa propositione recte intelligenda et explicanda: quid causae sit cur subito de salute proximi agatur, cuius antea ne mentio quidem facta est? ». In confirmationem Patris Roothaan suaeque interpretationis adducit Codina testimonium Patris Aegidii González, in suo *Directorio*: « Annotatio illa quae fundamento praeponitur, et in capite omnium meditationeum praefixa est, omittenda hoc tempore omnino aut saltem magna ex parte videtur. Initio enim Societatis necessaria visa est, cum Patres nostri et Exercitia haec non essent apud homines tantae auctoritatis et existimationis, ut tam facile in omnibus fides tuto adhibenda crederetur; et propterea opportunum fuit hac admonitione animum illius qui exercetur, praemunire; et praeterea nihil celaret eorum, quae aut bonus aut malus spiritus illi suggessisset, sed omnia confidenter aperiret. Nunc vero, cum per Christi gratiam Exercitia haec tantam apud homines authoritatem sibi conciliarint, si haec annotatio uti scripta est, nullo adhibito temperamento proponatur, id unum efficiemus, ut animos illorum, qui ad nos Exercitia facturi accedunt, suspicione et formidine plenos reddamus»[15]. Certe intentio « praesupponendi » videtur esse exercitantem monere ut, si quam, in exercitiorum decursu, rem novam vel minus recte dictam credat, non statim eam condemnet, sed salvet proferentis intentionem; quod si facere nequeat, eius mentem colloquendo inquirat, ut bene eam intelligendo, propositio « salvetur ». Argumentum intrinsecum igitur stare videtur pro sententia PP. Roothaan et Codina; fatendum tamen est argumentum traditionis manuscriptae, ut diximus, potius stare pro opposita[16].

Aliae Polanci correctiones, superius enumeratae, explicatione non egent. Maioris sunt momenti illae quae a Polanco tum in Versione prima tum in Vulgata appositae sunt, de quibus vide infra, p. 126.

---

[15] MI, *Directoria*, pp. 499-500.

[16] Postremam hanc tenet et tuetur G. FESSARD, *La dialectique des Exercices spirituels*, II, 259-279.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

VI. — RATIO EDITIONIS: Quo facilior reddatur duarum huius textus recensionum *P1* et *P2* comparatio, utramque integre edimus cum correspondenti apparatu. Verba emendata et addita italicis litteris distinguimus. Nisi aliud expresse monemus, verba correcta et addita in textu *P1* tribuenda sunt manui Patris Salmerón; in textu *P2* manui Patris Polanco. Notandum est hos duos textus in praecedenti editione: MI, *Exercitia*, vocari *A* (*P1*) et *B* (*P2*); a P. Calveras *P'* et *P''*. In apparatu textus *P1* damus etiam variantes textus *E*, qui non habet emendationes Salmeronis.

VERSIO VULGATA (= *V*)

1547

EDITIONES: MI, *Exercitia*, 223-262; editio princeps, Romae impressa a. 1548. De hac et reliquis editionibus vide elenchum in fine voluminis.

BIBLIOGRAPHIA: MI, *Exercitia*, 201-202 (codicis *Exercitia 2a* descriptio); 148-160; BERNARD-MAITRE; *Le texte des Exercices spirituels de Saint Ignace*, in RAM, (1957) 210-229; ID. *Le Pere Jean-Philippe Roothaan et la Vulgate des Exercices de Saint Ignace*, in RAM, 37 (1961) 193-210; PINARD DE LA BOULLAYE, *La Vulgate des Exercices de Saint Ignace. Ses caractères, son autorité*, in RAM, (1949) 389-407.

I. — TEXTUS: ARSI, *Exerc. 2a*, qui codex continet, primo loco, *Exercitiorum* Versionem primam in altera eius recensione (*P2*), et Vulgatam (*V*). Uterque textus iudicibus a Sede Apostolica designatis submissus est, quorum approbationem refert (f. 82*v*-83*r*). Folia independenti numeratione signantur in utroque textu. Vulgata complectitur 85 folia, numeris notata praeter primum et duo ultima. Scripta est ab uno tantum librario, diverso ab eo qui Versionem primam exaravit. Habet correctiones autographas Patris Polanco. Titulus in primo fol. « † / Exercitia spiritualia », cui subiecit Polancus: « Originalia, ex quo exemplaria excussa prodierunt ». P. Laurentius De Paoli: « Secunda translatio authentica / et haec est impressa ». Signum Archivi: « VIII.8 ». Folio 32*v* agglutinatum est chartae fragmentum, continens monitum pro typographo, unde confirmatur quod supra Polancus notavit, scil. hoc idem exemplar pro operis impressione adhibitum esse.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

II. — De vulgatae interprete et tempore compositionis

Huic versioni occasionem dedit, ut videtur, S. Franciscus Borgia, qui anno 1546, die 7 iunii, Ignatio scribens, animorum saluti utile fore dixit, si a Summo Pontifice indulgentiae impetrarentur pro iis qui spiritualibus exercitiis vacassent [1]. Certe Versio prima rudiore latinitate scripta erat, neque ecclesiasticis auctoritatibus exhiberi poterat. Praeterea, usus in dies communior exercitia tradendi textum postulabat elegantiore latinitate donatum, praecipue si liber typis mandandus erat.

Munus novam versionem parandi Patri Andreae des Freux (Frusio) commissum est. Hic «vir mirabilis», «in omnibus versatissimus» [2], litteris latinis apprime excultus, studia theologica, una cum P. Polanco, eo anno 1546 absolvit [3]. Frusium fuisse auctorem huius versionis asserunt: 1.° Ipse Ignatius, per Polancum Patri Nadal scribens: «...pero la tradutión estampada que, como V. R. sabe, hizo Mtro. Andrés de Frusio ...» [4]. In alia epistola ad P. Adrianum Adriaenssens a. 1555: «Perconctati sumus etiam P. Andream Frusium, cuius est versio quae circunfertur ...» [5]. 2.° P. Gonçalves da Câmara: «Em huma regra das que N. P. ajuntou aos Exercicios pos o P. Frusio, quando os tresladou do espanhol em latin ...» [6]. 3.° P. Antonius de Araoz, litteris ad Ignatium, 22 dec. 1553 [7].

Tempus quo versio conscripta est clare definiri potest. Peractis studiis theologicis, Andres Frusius, Ioannes de Polanco et Hieronymus Otello Patavio egressi sunt die 4 septembris a. 1546 [8], et quidem Frusius recta via Romam se contulit. Inde profectus est die 12 martii a. sequentis 1547, Florentiam destinatus [9]. Versio igitur *Exercitiorum* ab eo confici debuit inter hos temporis terminos.

Dimidiato anno 1547, Ignatius Francisco Borgiae scribebat: «Quanto a los Exercicios, están ya vistos y aprobados por el cardenal de Burgos, y con asaz contentamiento y edificación de su Sría.

---

[1] SFB, II, 514-515. Vide supra *Documenta praevia*, n° 3, p. 75.
[2] FN, III, 512.
[3] Ibid. Annot. 81; *Chron*, I, 172; AHSI, 26 (1957) 57-66. De Andrea Frusio vide FN, III, 839; Scaduto, *Catalogo dei gesuiti d'Italia*, p. 60.
[4] MI, *Epp.* VI, 598.
[5] MI, *Epp.* VIII, 413.
[6] *Memoriale*, n. 322: FN, I, 710.
[7] MHSI, *Epp. Mixtae*, III, 672.
[8] *Chron.* I, 172, n. 120; EN, II, 2; *Polanci complementa*, I, 2-3; Orlandini, *Historia Societatis Iesu*, lib. VI, n. 11.
[9] FN, III, 741. Romae Frusius erat ineunte a. 1547: MI, *Epp.* I, 458.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Revma »[10]. Franciscus Borgia tam cari sibi negotii curam assumpsit. Eo ipso a. 1547 Iacobum Sánchez Romam misit cum mandatis, inter quos approbatio *Exercitiorum* a Sancta Sede obtinenda numerabatur, Ut dicit P. Polanco: « eodem Duce instante, ut Societatis nostrae Exercitia auctoritate Sedis Apostolicae approbarentur, Summus Pontifex Paulus III domino Ioanni de Toledo, cardinali et episcopo burgensi, qui haereticae pravitatis inquisitor erat, ac episcopo Philippo Archinto, Almae Urbis Vicario, et Fratri Aegidio Foscharario, Sacri palatii Magistro, examinanda ea tradidit, qui omnes, magno consensu, versiones duas latinas, quarum una impressa circumfertur, adhibita etiam emendatione [sic] approbavit »[11]. Dies approbationis in testimonio autographo non datur, neque aliunde nobis constat. P. Nadal in sua ephemeride, pro anno 1547, simpliciter notat: « Vivae vocis oraculum per Durantum pro Exercitiis »[12].

Primus nuntius de *Exercitiorum* impressione dabatur ab Ignatio die 14 iulii 1548: « Entre tanto, que se huelguen de la approbatión de los Exercitios, que se estamparán, etc. »[13]. Eodem fere tempore, S. Franciscus Borgia Ignatio scribens, sese offerebat ad operis impressionem Valentiae, suis sumptibus, faciendam:

« Doy gracias al Señor por la determinatión que se ha echo en lo de los Exercitios. Espero mucho fruto dello, para quitar la ocasión a algunos que no estavan tan informados. Si para imprimirse allá no huviere tal comodidad y a V. P, paresciere, se hará bien acá. Mande dar la orden, que el P. Mirón lo hará en Valencia, do ay agora buena impresión; y yo haré proveher en la costa de la impressión »[14].

Re quidem vera *Exercitia* impressa sunt Romae, in officina Antonii Blado, die 11 septembris a. 1548[15]. Exemplaria typis edita 500 fuerunt, expensae 22 ducatorum, a Francisco Borgia ad Ignatium missorum[16].

Opus anonymum editum est[17], sed in Brevi approbationis, a Paulo III dato die 31 iulii 1548, dicitur Exercitia ab Ignatio de Loyola scripta esse[18]. Idem asseritur in Praefatiuncula operi prae-

[10] MI, *Epp.* I, 530.

[11] *Chron*, I, 249; cf. ORLANDINI, op. cit. lib. VI, n. 75; VIII, n. 1. Verbum « emendatione » pro « commendatione » stare videtur. Nulla enim emendatio a litteris Apostolicis iniungitur.

[12] FN, II, 207. Vide supra, 71.

[13] MI, *Epp.* II, 154.

[14] SFB, III, 32.

[15] Id indicatur in operis colophone.

[16] MI, *Epp.* II, 239: *Epp. Mixtae*, II, 67.

[17] Vide *Praefatiunculam* Polanci, supra, *Documenta praevia*, n. 4, p. 79 et annot. 4.

[18] De Ignatio *Exercitiorum* auctore, vide Introductionem generalem, p. 27.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

missa. Ratio cur Exercitia typis data fuerint clare exponitur in dicta praefatiuncula [19].

III. — De textu a P. Frusio adhibito

Quaestio proponitur quemnam textum vertendum sibi Frusius proposuerit et an Versionem primam denuo reficiendam sumpserit. P. Câmara, loco supra allato [20], supponit Frusium textum hispanum latine reddidisse. Sed, quemnam textum hispanum? Nonnulla enim exemplaria hispana manuscripta circumferebantur. P. Ribadeneira, in fragmento epistolae textui Autographo (A) praemissae (cuius textum vide p. 86) tres saltem textus hispanicos enumerat.

Nobis videtur: a) Vulgata lectiones habet quae lectionibus Autographi (*A*) similes sunt, unde hunc textum, vel textum huic valde affinem prae oculis habuit.

b) Quibusdam locis Vulgata adhaeret Versioni primae plus quam Autographo, unde etiam Versionem primam inspexit.

c) Vulgata non omnes emendationes inserit quae textui Autographo ab Ignatio appositae sunt.

d) Vulgata adhibet correctiones quas Polancus posuit in altera recensione Versionis primae (*P2*), quae ab Autographo absunt.

Ad probandum id quod sub litteris a) et b) dicitur, sufficiat textus parallelos adducere, e viginti primis Annotationibus [1-20] desumptos:

[1] *A*: « ... *se llaman* exercicios spirituales ».

V: « ... exercitia *vocantur* spiritualia »

P: « omnis modus ... *dicitur* spirituale exercitium »

[2] *A*: « *debe narrar* fielmente la historia de la tal contemplación o meditación ».

V: « fideliter *narrare debet* meditationis seu contemplationis historiam »

P: « *narret* fideliter historiam talis meditationis se contemplationis »

[2] *A*: « ... discurriendo solamente por los punctos, con breve o sumaria declaración »

P: « discurrendo *dumtaxat* per *principaliora* puncta, brevi quadam et compendiosa declaratione *adiecta* »

V: « percursis obiter *dumtaxat* punctis illius *praecipuis*, et *adiecta* solum brevi declaratiuncula

[19] Supra, p. 81.

[20] Supra, annot. 6.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

[2] *A* : « hallando alguna cosa que haga *un poco más* declarar o sentir la historia »

P : « si quid invenitur quod aperiat historiam, vel eam gustari faciat »

V : « cum aliquid invenerit, quod elucidationem vel apprehensionem historiae *aliquanto maiorem* praebeat »

[3] *A* : « en todos los exercicios *siguientes* spirituales »

P : « in omnibus exercitiis spiritualibus »

V : « in *sequentibus* omnibus exercitiis spiritualibus »

[3] *A* : « los de la voluntad *affectando* »

P : « et voluntatis dum *afficimur* »

V : « voluntatis vero quando *afficimur* »

[5] *A* : « *ofreciéndole* [*corr. ex* : « dexándole »] todo su querer y libertad »

P : « committendo illi omne velle proprium omnemque libertatem »

V : « totum studium et arbitrium suum *offerat* suo Creatori »

[12] *A* : « procure *siempre* que el ánimo quede harto en pensar que *ha estado una entera hora* en el exercicio »

P : « ita faciat, ut eius animus contentus remaneat, dum putat quod per horam integram ... »

V : « curet *semper* animi quietem in hoc reperire ... »

[13] *A* : « es *fácil y leve* estar en la contemplación la hora entera »

P : « est *facile* manere in contemplatione per horam integram »

V : « cum *facile sit ac leve* ... integram contemplationis horam traducere »

[15] *A* : « no debe mover al que los rrescibe más a *pobreza ni promesa*, que a sus *contrarios*, ni a un estado o modo de vida que a otro ».

P : « non debet ea recipientem plus incitare ad *paupertatem* vel *eius promissionem*, quam ad *eius contrarium*, vel ad unum *statum seu modum vivendi* plus quam ad alium ».

V : « non debet alterum impellere ad *paupertatem et promissionem eius* quam ad *oppositum*, neque ad hoc potius quam ad illud *institutum vitae* »

[15] *A* : « que el mismo Criador y Señor se comunique a la su ánima, *abraçándola* en su servicio y alabanza »

P : « ipsemet Dominus et Creator seipsum communicet sibi devotae animae, eam *acceptando* ad suum amorem et laudem ».

V : « donec ipse Creator ac Dominus noster animae sibi devotae sese communicet, eamque *amplexans*, ad sui amorem et laudem et servitium disponat »

[15] *A* : « estando en medio como un peso »

P : « in *aequilibrio* consistens »

V : « standum est in quodam *aequilibrio* »

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

[16] *A* : « por sus proprios *provechos* y *intereses temporales* »

V : « sed *commoditatis* suae *negotiorumque temporalium* (causa) dumtaxat »

P : sed ob propria *commoda temporalia* ».

[17] *A* : « no queriendo *pedir ni saber* los proprios *pensamientos* ni *pecados* del que los recibe »

V : « *inquirere ac scire* nolens proprias alterius *cogitationes* et *peccata* »

P : « nolens *scire nec petere peccata* ».

[19] *A* : « al que estuviere embarazado en cosas públicas o negocios *convenientes*, quier *letrado o ingenioso* »

V : homini negotiis publicis vel aliis *convenientibus* districto, sive *ingenio* sive *litteris* praeditus sit ».

P : « occupato in rebus publicis seu in aliis negotiis *necessariis*, sive *litteratus*, *sive ingeniosus* ».

[20] *A* : « al que es *más* desembarazado y que *en todo lo posible* desea aprovechar, dénsele todos los ejercicios espirituales *por la misma orden que proceden* »

V : « ei qui a negotiis *liberior* est, et fructum spiritualem optat *quam possit maximum*, tradenda sunt omnia exercitia *eodem quo procedunt ordine* »

P : « ei qui *omnino* expeditus est et pro viribus optat proficere, tradantur omnia spiritualia exercitia *ordine suo* »

Ad ea quae sub litteris c) et d) enuntiavimus ostendenda, vide elenchos emendationum, ubi Vulgata comparatur tum cum Autographo, tum cum Versione prima (*P*2). Infra, pp. 125-126, nn. 4, 5.

Ad c) quod attinet, notandum est Vulgatam minime inseruisse omnes emendationes quas Ignatius textui Autographo apposuit. Exemplum est in n.º 5 : « ... para que su divina Majestad, así de su persona como de todo lo que tiene *se sirva conforme* a su sanctissima voluntad ». Verba « se sirva conforme » posita sunt pro : « ordene ». Vulgata vertit : « ut de se suisque omnibus id *statuat* in quo ipsi potissimum servire possit, iuxta eiusdem beneplacitum ». *V* retinet etiam verba « in quo » respondentia hispanis « en que , quae Ignatius deleverat in *A*. — In n.º 140 *V* omittit adiectivum « grande » quod additum est, probabiliter manu Ignatii in *A*. — In n.º 195 omittitur additamentum : « en la humanidad ». — In n.º 271 deest correctio « muestra significar » pro « dice ». — In n.º 293 dubium est an *V* adhibeat correctionem : « toda la multitud de los judíos », pro « el pueblo menudo de los judíos », legit enim : « a iudaeis caluminiose accusatur ». — In nº 317 omittit correctionem « tercera » pro « primera », sed nullum numerum ordinalem adhibet.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

IV. — Verba addita et emendata in textu exercitiorum

N. B. Asterisco (*) notamus verba manu S. Ignatii in *A* scripta et sive a P. Broët sive a P. Salmerón in textum *P1* translata. Cf. p. 93.

1. *Prima series*: *Emendationes manu S. Ignatii in Autographo, a P. Broët in textum* P1 *translatae et a* V *etiam adhibitae.*

[91] *A*: templos, villas y castillos
* *synagogas*, villas y castillos

P1: templa, villas, castella
* *synagogas*, oppida, castella
V: synagogas, villas et oppida

[102] *A*: se determina entre ellos
* se determina *en la su eternidad*

P1: deliberant inter se
* deliberant inter se *in aeternitate*
V: in deitatis suae aeternitate

[102] *A*: y embiando al ángel
* *y así, venida la plenitud de los tiempos*, embiando al ángel

P1: quapropter mittitur archangelus
* quapropter, *ubi venit plenitudo temporis*, mittitur archangelus
V: adveniente tempore praestituto

[111] *A*: asentada en una asna ... llevando un buey
* *como se puede meditar píamente*, asentada en una asna

P1: insidentis asinae ... cum bove
* insidentis asinae ... cum bove, *ut pie meditari licet*
V: (ut pie meditari licet)

[112] *A*: el diversorio
* *el lugar o espelunca del nacimiento*

P1: hospitium seu diversorium
* *speluncam seu locum nativitatis*
P2: locum nativitatis (*om.* speluncam seu)
V: locum rimabimur, speluncae similem

[142] *A*: codicia de riquezas
* codicia de riquezas, *como suele ut in pluribus*

P1: cupiditate divitiarum
* cupiditate divitiarum, *ut solet in pluribus*
V: (quod fere contingit)

[172] *A*: no podemos dezir que fuese vocación
* no *parece que sea vocación divina*

P1: quam electionem non possumus nominare vocationem
* *quae videtur non esse divina vocatio*
V: non videtur vocatio divina esse

2. *Secunda series*: *Emendationes S. Ignatii in Autographo, manu Patris Salmerón textui* P1 *appositae.*

[97] *A*: propia sensualidad, si la tuvieren
* *delet*: si la tuvieren

P1: propriam sensualitatem, si quam habuerint
* *delet*: si quam habuerint
V: *omittit*: si quam habuerint.

[172] *A*: de mala elección vocación
* de mala elección vocación *divina*

P1: ex ... mala electione vocationem
* ex ... mala electione vocationem *divinam*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

V : electionem malam et ombliqua pro divina vocatione reputantes

[195] *A* : la humanidad de Cristo nuestro Señor padece
P1 : Christi humanitas patitur

• Cristo nuestro Señor padece *en la humanidad*
• Christus *in humanitate* patitur

V : *omittit additionem*

[201] *A* : sudor símile a sudor sanguíneo
P1 : sudavit sanguineum sudorem

• *sudor como de gotas de sangre*

V : ad sudorem usque sanguineum

[271] *A* : Exercitaba la arte de carpintero
P1 : Exercebat artem fabrilem

• *Parece que* exercitaba la arte ...
• Exercebat artem fabrilem, *ut videtur*

V : *omittit correctionem*

como dice San Marco en el caplo. sesto
P1 : Marci cap. 6°

• como *muestra significar* San Marco ...
V : cum dicat S. Marcus c. 6°

[275] *A* : tres veces son llamados
P1 : ter vocati sunt

• tres veces *parece que* son llamados
• ter vocati *fuisse videntur*

V : videntur

[279] *A* : un terremoto
P1 : terraemotus

• *una gran tempestad*
• *tempestas*

V : vehemens tempestas

[300] *A* : de mañana salido el sol
P1 : mane orto iam sole

• *muy* de mañana
• *valde* mane orto iam sole

V : Summo mane

[306] *A* : a 7 apostoles
P1 : 7 apostolis

• a 7 *de sus discípulos*
• 7 *discipulis*

V : discipulis

[310] *A* : como dice el evangelio de Nicodemo
P1 : ut dicitur in evangelio Nicodemi

• como *píamente se medita y se lee en la vida de los sanctos*
• ut *pie meditari licet*

V : legitur in hagiographis quibusdam, et verisimile est atque meditatu pium

[317] *A* : ceguedad
P1 : caecitas

• escuridad
• *obscuratio*

V : obtenebratio

[321] *A* : quarta regla
P1 : *sexta* regula

• sexta
V : sexta regula

• ordenar su vida *sin determinarse por*
V : vitae suae rationem *deliberatione a noxiis affectibus libera* instituere

3. *Tertia series* : *Emendationes quas Vugata* (V) *tantum adhibuit*

[5] *A* : dejándole
P : committendo illi

• *ofreciéndole*
V : *offerat* suo Creatori

[21] *A* : ordenar su vida sin afección alguna
P : ordinet vitam suam absque affectione aliqua

[45] *A* : meditación de tres potencias
P : meditatio trium animae virium
V : meditatio *secundum* tres ani-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

• meditación *con las* tres potencias
[93] *A*: trabajar como yo
• trabajar *comigo*
[297] *A*: el velo del templo hecho pedazos

• el velo del templo *partido en dos partes de arriba abajo*

[310] *A*: como dice el evangelio de Nicodemo
• como *piamente se medita y se lee en las vidas de los Sanctos*

[330] *A*: *post* y voluntad *delet*: Hoc probat beatus Thomas p^{a} 2^{ae} q^{e} 9^{a}, art. [1^{o} *et*] 6^{o} et q^{a} 10, art. 4^{o}

[355] *A*: asimismo

[363] *A*: diffinir
• diffinir *o declarar para nuestros tiempos*

mae potentias.
P: laborare ... sicut ego
V: laboret *mecum*
P: velum templi scissum in duas partes; *omittit*: a summo usque de orsum)
V: velum templi *a summo ad infimam usque partem* scissum (*omittit vertere*: en dos partes)
P: ut dicitur in Evangelio Nicodemi
• *ut pie meditari licet*
V: legitur *in hagiographis quibusdam et* verisimile est atque *meditatu pium*
P: voluntatis. Hoc probat B. Thomas 1^{a} 2^{e}, q. 9^{a}, art. 6^{o} [*et*] q. 10^{a} art. 4^{o}
V: *omittit citationem Sancti Thomae*
P: et
V: item
P: diffinire
V: dogmata ad salutem necessaria exactius tradere *atque definire prout convenit suis temporibus* et posteris

4. *Quarta series*: *Emendationes quae in nullam latinam versionem transierunt*

[5] *A*: ordene a su sanctissima voluntad
• *se sirva conforme a* su ...
[*ante* se sirva *scripserat Ignatius sed delevit*: en que]

[201] *A*: sudor símile a sudor sanguíneo
• *sudor como gotas de sangre*
[271] *A*: como dice San Marco en el caplo sesto
• *como muestra significar* San ...
[293] *A*: lo llevan a Pilato y delante dél lo acusan el pueblo menudo de los judíos
• lo llevan toda la multitud de los judios a Pilato y delante dél lo acusan *deletis reliquis*

P: disponat iuxta sanctissimum beneplacitum suum
V: id statuat, in quo ipsi potissimum servire possit iusta eiusdem beneplacitum [adhibet verbum *statuat* correspondens verbi *ordene*, et praepositionem cum relativo: *in quo* correspondentem *en que*, additis sed deletis manu Ign.]
P: sudavit sanguineum sudorem
V: ad sudorem usque sanguineum
P: Marci cap^{o} [6^{o}]
V: cum dicat S. Marcus c. 6^{o}
P: accusatur a iudaeorum turba
V: a iudaeis calumniose accusatur

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

5. *Additamenta Polanci in* P2 *quae etiam textui Vulgatae apposita sunt*

[3] *P2*: qui praecipue sunt voluntatis; *V*: quae praecipue est voluntatis
[3] *P2*: in actibus qui intellectus sunt potius; *V*: circa intelligentiam potius moramur.
[20] *P2* et *V*: (et quidem scribi rerum capita ne excidant e memoria espedit).
[33] *P2*: malam in materia peccati mortalis de qua hic est sermo: primus; *V*: in materia peccati mortalis, de qua hic sermo est.
[36] *P2*: criminis quacumque ratione; *V*: peccati praebetur quacumque ratione assensus.
[38] *V* sumit e *P2* ea quae ibi adduntur de peccatis ore commissis, ut de blasphemia et iuramento.
[40] *P2* et *V*: (inter alia locutionis peccata).
[41] *P2* et *V*: cum mala intentione vel gravi damno famae alterius.
[41] *V* sumit e *P2* ea quae hic addit de peccatis ore commissis.
[42] *P2*: reduci possunt; *V*: reduci ad.
[52] *A*: por un pecado mortal; *P2*: ob unicum forte mortale; *V*: forte.
[71] *V sumit* et *P2 ea quae ibi adduntur de meditationibus de morte aliisque peccati poenis, de iudicio etc.*
[91] *P2*: ac alia loca; *V*: et sic de locis aliis.
[121] *P2*: et res de qua agitur feret; *V*: prout res subiecta feret.
[131] *A*: de la 2ª adición; *P2* et *V*: secundae et tertiae additionis.
[222] *P2* et *V*: id est: considerare personas, verba, opera.
[303] *P2*: panem frangens; *V*: fractoque ipsis pane.

6. *Additamenta Polanci quae in Vulgata tantum inveniuntur*

[215] inter vescendum
[219] ut pie ac verisimiliter credendum est [de apparitione Mariae Virgini]
[282] mulier, quae fuerat in civitate peccatrix (sive Maria Magdalena soror Marthae fuerit, sive alia)
[311] inquit ipse
[312] per duos viros illos in vestibus albis adsistentes, quod angelos fuisse credimus
[330] et illam
[335] animis se insinuat
[335] ei se coniungit

V. — Comparatio vulgatae cum textu hispano

Ut huius argumenti tractatio, quae fere praecipua est, solido fundamento innitatur, et ut lector ipse iudicium ferre valeat, exempla bene multa ei proponimus, quibus ostendatur methodus a P. Frusio adhibita in sua versione facienda.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

1. *Vitat technicismos*:

Indiferente: « absque differentia nos habere » [23]; « in medio quodam interstitio et aequilibrio subsistere » [179]; « in neutram declinare partem » [179].

Orar mental y vocal: « secundum mentem et vocem » [1].

Pobreza actual: « paupertatem in rerum expoliatione sitam » [147].

Binarios: « classes » [149, 150, 159, 199].

Moción: « spiritus » [313]; « instigatio » [317]; « según la mayor moción racional y no moción alguna sensual »: « iuxta rationis ipsius dictamen, seposito carnis appetitu omni » [182]. *Periphrasim adhibet* [329].

Inspiración: « internas noticias, consolaciones y divinas inspiraciones »: « cognitionis internae radios et consolatorios motus » [213]; « proprio del bueno [espíritu] dar ánimo y fuerzas, consolaciones, lágrimas, inspiraciones y quietud »: « Spiritui autem bono ... proprium consuetumque est, recte agentibus animum ac vires addere, consolari, devotionis lachrimas ciere, illustrare mentem et tranquillitatem dare » [315].

2. *Frusius vario modo exprimit stabiles formas Autographi*:

EXEMPLA: *Textus hispanus A*, initio meditationum, repetere solet: « La oración preparatoria sea la sólita » (vel « la misma »). *Frusius*: Oratio eadem quae supra [55]; non differt a superiore [65]; fiet more supra dicto [91]; nihil a superiore variabitur [101]; sicut supra [110]; secundum morem [136]; ut semper antehac [149]; eadem quae semper [190], consueta semper [200]; iuxta morem [218]; ex more [231].

Secundum praeambulum. A: « demandar a Dios lo que quiero ». *Frusius*: poscendi id quod quaerimus [55]; consistit in poscenda ... [65]; gratiae postulationem [104]; ut poscamus [139]; optatae rei petitio [152, 193]; ad gratiam poscendam pertinens [91]; poscere [203]; gratiam petendam [221]; ut gratiam Dei efflagitem [233]; id postulem quod exopto [48].

A: « subiecta materia ». *Frusius*: pro diversitate rerum [49, 105]; pro meditandarum rerum genere [74]; cum praeludiis oblatae materiae congruentibus [204]; iuxta praesentis rei rationem [199]; iuxta materiam [225]; haec rebus sunt accommodanda [226]; iuxta rei occasionem [243].

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

3. *Verba omittit*:

Autographum	Vulgata
[23] y por consiguiente en todo lo demás	*Omittit*
[23] solamente deseando y eligiendo lo que *más* conduce	sed consentaneum est ea demum, quae ad finem ducunt, eligere ac desiderare
[46] *intenciones*, acciones y operaciones	vires atque operationes
[51] con el entendimiento *más particularmente*	ratiocinio intellectus
[65] me olvidare *por mis faltas*	ceperit divini amoris oblivio
[86] enfermedad *que sea notable*	ut valetudinem adversam causari possint
[91] sea ... presto y *diligente* para cumplir *su sanctíssima voluntad*	ad sequendum et obtemperandum prompti simus
[97] harán oblaciones de mayor estima y mayor momento	respondebit quisque in hunc fere modum
[114] un pobrezito *y esclavito indigno*	tamquam pauperculum
[114] como si presente me hallase	*Omittit*
[114] con todo *acatamiento* y reverencia	cum reverentia maxima
[124] dulçura de la *divinidad*, del ánima y de sus virtudes *y de todo*	sentire quanta sit suavitas et dulcedo animae, divinis donis ac virtutibus imbutae
[132] la huýda *como en destierro* a Egipto	et fuga in Egyptum
[135] *juntamente* contemplando su vida	nos quoque illius vitam contemplantes
[136] sumo capitán *y señor* nuestro	optimi nostri imperatoris
[139] cognoscimiento *de la vida verdadera que muestra* el summo y verdadero capitán, y gracia para le imitar	Christi agnoscere mores ingenuos ac per gratiam imitari posse
[140] *grande* cáthedra	cathedra
[153] para hallar en paz a Dios n. S. *y saberse salvar.*	ut conciliari Deo possit
[155] y entre tanto quiere *hacer cuenta* que todo lo dexa *en affecto*	ac interim omnia relinquere integra
[169] y por consiguiente hacen del fin medio y del medio fin	*Omittit*
[175] mueve *y atrahe* la voluntad	voluntatem ... sic impellit
[181] para sola la alabanza de Dios n. Señor y salud de mi ánima	*Omittit*
[183] *mayor* serivicio y alabança	si ei placeat

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

[234] así como en los cielos	*Omittit*
[320] el qual siempre le queda, aunque *claramente* no lo sienta	adsistente nobis iugiter praesidio divino, licet tunc nequaquam sentiatur
[339] La segunda : quiero mirar a *un hombre que nunca he visto ni conocido*	ut considerem, si quis alter cui parem mecum statum seu perfectionis gradum
[339] para mayor gloria de Dios Señor y mayor perfección de su ánima	*Omittit*. Cf. etiam n. 189.
[359] alabar *constituciones* çerca ayunos	Extollere abstinentiae et ieiuniorum usum

4. *Verba imperfecte transfert* :

[1] en la disposición de su vida *para* la salud del ánima	circa vitae suae institutionem *et* salutem animae
[23] por lo qual es menester hazernos indifferentes	quocirca debemus absque differentia nos habere circa res creatas
[58] disminuyéndome por exemplos	additis exemplis
[61] acabar con un colloquio de misericordia	terminando demum erit haec meditatio per colloquium extollendo infinitam Dei misericordiam
[157] y que él quiere, pide y suplica, sólo que sea servicio y alabanza de la su divina bondad.	servabimus tamen interea desiderii nostri libertatem, qua licet convenientiorem servitio divino viam invadere.
[185] un hombre que nunca he visto ni conoscido	vir amicissimus
[193] sentimiento y confusión	indignationis
[203] quebranto	anxietatem
[217] después de comer o después de cenar	ante prandium aut cenam
[223] tan miraculosamente, por los verdaderos y sanctíssimos effectos della	tot miraculis deinde elucescat [*omissis reliquis*]
[229] en el verano	per tempus vernum
[230] el amor se debe poner más en las obras que en las palabras	amor ... pendet
[315] morder, tristar y poner impedimentos	immittit molestias, scrupulos, tristitias
[317] y como separada de su Criador y señor	et de ipsius Dei creatoris sui clementia prope desperare
[318] con cuyos consejos no podemos tomar camino para acertar	cuius instigatione nihil umquam recte conficitur
[331] para que cresca y suba de bien en mejor	ut ... magis proficiat
[366] Dado que *sea* mucha verdad que ninguno se puede salvar sin ser predestinado	etiamsi plane compertum definitumque *esset* nemini contingere salutem nisi praedestinato

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

5. *Verba minus conformia cum « Autographo » adhibet* :

[8] el que los recibe [los Ejercicios]	sumentis exercitia
[12] que el ánimo quede harto	animi quietem in hoc reperire
[13] mas aún a derrocalle	sed etiam expugnare
[23] y mediante esto salvar su ánima	eique serviens tandem salvus fiat
[36] para obrar luego, así como ha consentido, o para poner en obra, si pudiese	cogitationi peccati praebetur quacumque ratione assensus
[50] más en particular	pensiculatius
[53] discurrir por lo que se offresciere	quae suggeret mens et affectus
[97] haziendo contra su propria sensualidad y contra su amor carnal y mundano	expugnata carnis, sensuum amorisque proprii et mundani rebellione
[130] deseando más conoscer el Verbo eterno encarnado, para más le servir y seguir	ut ipsi serviam et adhaerescam tanto propensius, quanto incredibiliorem erga me bonitatem eius perspexero
[140] como si se asentase	sedere
[151] para desear y conocer lo que sea más grato a la su divina bondad	me ipsum ... adstantem atque perscrutantem quonam pacto ipsi Deo placere queam potissimum
[157] pobreza actual	paupertati perfectae
[165] no sea en deliberar	transgrediar ex deliberato
[166] no sea en deliberar	decernam admittere
[177] El tercer tiempo es tranquillo	3^{um} es quando per animi tranquillitatem
[179] hallarme indifferente	in neutram declinare partem
[183] siendo su mayor servicio y alabanza	si ei placeat
[195] padesce o quiere padescer	pati appetat et incipiat
[196] cómo la divinidad se esconde	abscondens Christi divinitas
[219] el cuerpo quedó separado del ánima	sepulto corpore
[229] temporales cómodos	commoditate quae sese offert
[230] dar y comunicar el amante al amado lo que tiene o de lo que tiene o puede, y así por el contrario el amado al amante	in mutua facultatum, rerum et operum communicatione
[233] cognoscimiento interno [...] amar y servir	perspiciens ad amorem, cultum et servitium
[322] la 2ª para probarnos para cuanto somos	2ª ut probemur quinam sumus
[329] trayendo razones aparentes, sotilezas y assiduas fallacias	sophisticis argumentis quibusdam veri speciem prae se ferentibus
[352] Para el sentido verdadero que en la Iglesia militante debemos tener ...	Regulae aliquot servandae ut cum orthodoxa Ecclesia vere sentiamus
[370] Por estar en uno con el amor divino	quia nobis cum ipso Deo unionem amoris praestat et conservat

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

6. *Formulis minus vividis utitur*:

[53] lo que he hecho por Christo, lo que hago por Christo, lo que debo hacer por Christo	quid hactenus dignum memoratu egerim pro Christo, quid agam tandem aut agere debeam
[93] harán oblaciones de mayor estima y mayor momento	respondebit quisquam in hunc fere modum
[157] y que él quiere, pide y suplica, solo que sea servicio y alabanza de la su divina majestad	servabimus tamen interea desiderii nostri libertatem, qua liceat convenientiorem servitio divino viam invadere
[164] para hombre affectarse a la vera doctrina de Christo	ad capessendam germanam Christi doctrinam
[165] no sea en deliberar	ne transgrediar ex deliberato
[167] por imitar y parescer más actualmente a Christo nuestro Señor que primero fue tenido por tal, que por sabio ni prudente en este mundo	ad maiorem tamen imitationem Christi eligam potius cum eo paupere, spreto et illuso, paupertatem, contemptum et insipientiae titulum amplecti, quam opes, honores et sapientiae aestimationem
[195] y aquí comenzar con mucha fuerza y esforzarme a doler, tristar y llorar	unde incipiam et ipse dolorem, moestitiam et fletum mihi excitare
[203] dolor con Christo doloroso, quebranto con Christo quebrantado, lágrimas, pena interna de tanta pena que Christo pasó por mí	pro voti consecutione poscere moerorem, planctum, anxietatem, et ceteras id genus poenas interiores, ut Christo patienti pro me compatiar
[234] considerando con mucha razón y justicia lo que yo debo de mi parte offrescer y dar a la su divina majestad	quibus optime inspectis vertar ad meipsum, et disquiram mecum, quae meae sint partes, et quid aequum iustumque sit, ut divinae offeram et exhibeam maiestati
[322] y porque en cosa ajena no pongamos nido, alzando nuestro entendimiento en alguna soberbia o gloria vana, atribuyendo a nosotros la devoción o las otras partes de la spiritual consolación	sed omnia haec gratuita esse dona, quae si vendicemus nobis ut propria, superbiae et vanae gloriae crimen, non sine salutis gravi periculo, incursuri sumus
[325] el enemigo se hace como muger en ser flaco por fuerza y fuerte de grado	hostis noster naturam et amorem muliebrem refert, quoad imbecillitatem virium et animi pervicatiam
[325] quando el hombre le muestra mucho rostro	si hunc conspexerit erecto et constanti vultu sibi obsistere
[332] entrar con la ánima devota y salir consigo	cognitis piis animae votis primum obsecundet, mox inde ad perversa desideria illam alliciat

7. *Verba locutionesque elegantiores adhibet*:

[32] Presupongo ser tres pensamientos en mí	Pro comperto ponitur triplicem incidere homini cogitationum genus

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

[38] considerando acata aquel honor y reverencia debida	assumendo divinum nomen, adhibet considerationem ut Deo creatori ac Domino debitus honor tribuatur
[42] hacer contra	aspernari audet ac transgredi
[155] no le tiene affecto a tener la cosa acquisita o no la tener	rem ipsam vel tollere vel tenere aeque parata est
[212] manjares	pulmenta et edulia
[229] en el verano de frescura	per tempus vernum, herbarum virentium et florum aspectu aut aprici loci amoenitate
[234] affectándose mucho	summo affectu et verbis huiuscemodi vel similibus
[347] en quanto dudo y en quanto no dudo	ambiguitatem tamen sentimus
[350] engrossar la ánima	laxiorem iste conscientiam facere adnititur

8. *Aliquantum imminuit verba quibus indicatur actio Dei in anima.*

A : « en qualquier estado o vida que Dios *nos diere* para elegir ». *V* : « in eo evadamus statu quemcumque bonitas divina eligendum *nobis suggesserit* » [135].

A : « según que Dios nuestro Señor *le pondrá* en voluntad y a la tal persona le paresçerá mejor para servicio y alabanza de su divina Majestad ». *V* : « prout ad divinum cultum commodius fore vel *ex divino instinctu* vel ex rationis dictamine animadverterit » [155].

A : « Dios nuestro Señor así *mueve y atrae* la voluntad ». *V* : « voluntatem sic *impellit* » [175].

A : « pedir a Dios nuestro Señor quiera *mover* mi voluntad y *poner* en mi ánima lo que oo debo hacer ». *V* : « obsecrare Dei clementiam ut dignetur mentem *instruere et impellere* voluntatem quocumque potius mihi tendendum sit » [180].

Notetur tamen Frusium ad litteram sequi Autographum in alio exemplo : *A* : « si su divina Majestad, ordenando sus deseos no *le mudare* su electión primera ». *V* : « nisi Deus priorem affectum *mutaverit* » [16].

VI. — Terminologia textus hispani et vulgatae versionis comparatur

Exempla

Acatamiento y reverencia : « con todo acatamiento y reverencia posible » : cum reverentia maxima 114 ; « hacer acatamiento y reverencia » : ad praestandam illi debitam ... reverentiam 39c ; « hacer reverencia y acatamiento » : ad honorem Deo exhibendum cum reverentia 39c.

Affección : affectio 1, 172, 184 ; affectus 16, 21, 150, 332, 338, 342 ; votum 169.

Affecciones desordenadas (sin) : sine obliquis affectionibus 172 ; non ... studio perverso mixta 172 ; determinatione a noxiis affectibus libera 21 ; *versio omittitur in* n° 179.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Affectarse: affici 3, 16; adspirare ad 16; impelli 16; « para hombre affectarse a la vera doctrina de Cristo »: ut ad capessendam germanam Christi doctrinam affectum nostrum disponamus 164. *Generatim adhibet periphrasim.*
Affecto: affectus 60, 155, 157, 234; affectio 50.
Agitación: agitatio 6, 317; insultus 320.
Agitarse: agitari 4, 177; trahi 17.
Alabanza de Dios: laus 15, 167, 179; gloria 369.
Alabanza y gloria: gloria divina 179, 240; *omittit in* nn. 180, 189. *Vide infra*: servicio y alabanza, gloria.
Alabar: commendare, 355; comprobare, 357; extollere, 359; confirmare 361; plurimi facere 363; *alabar a Dios*: laudare, 23, 354, 360.
Bandera: vexillum 136, 137, 147, 156.
Binario: classis 149, 150, 159, 199.
Bondad: bonitas 20, 29, 98, 237.
Colloquio: colloquium 53, 61, 63, 71, 147, 159, 198, 199.
Conciencia: conscientia 1, 18, 32, 69, 314.
Confusión: confusio 48, 193; verecundia et confusio 74.
Conoscimiento: cognitio 63; cognoscere, 104; illustratio 118; perspicere 233; exploratum habere 139; certi esse 322.
Consolación: consolatio 6, 7, 13, 62, 316, 317, 318, 322, 323, 324, 330, 336; commotio devota 252; interna delectatio 254.
Criatura: creatura 15, 16, 39, 60, 235, 236.
Defecto: vitium 24, 27; delictum 27; vitium et defectum 41.
Delectación: delectatio 35, 215, 314.
Deseo: desiderium 146, 155.
Desolación: desolatio 13, 62, 118, 317, 318, 319, 320, 322, 323, 324; tristitia 6; tentatio 321.
Dolor: dolor 4, 44 (1°), 193; afflictio 209; moeror, 203.
Don: donum 20, 74, 234, 322; munus 237, 267.
Elección: electio 169, 172, 174, 175, 178, 189; eligere 169, 172, 184; « elección desordenada y oblica »: electio obliqua atque inconsulta 172.
Entendimiento: intellectus 3, 20, 39, 50, 64, 180, 214, 234, 299, 330; mens 2.
Espíritu: spiritus 6, 8, 9, 17, 32, 176, 177, 313, 314, 315, 318, 328, 333.
Estado (*de vida*): status 145, 154; vitae genus, 177; status seu genus vitae 135; institutum vitae 15, 40, 98.
Examen: examen 18, 24, 29, 32, 90, 160, 207; discussio 24.
Fe formada: fides charitatis nexu efformata 368.
Gozo: gaudium 229, 265, 301; laetitia 48.
Gloria de Dios: divina gloria 16, 351; « más a gloria de su divina Majestad »: Deo acceptissimum 152; « gloria y alabanza »: gloria 179; honor Dei et salus sua 189, 240; *omittit in* 180, 185, 189, 339. Vide supra: Alabanza y gloria.
Gracia = favor: gratia 234.
Gracia = don de Dios: gratia, 46, 91, 152.
Humildad: humilitas 146, 164, 165, 167.
Indifferente. « hacernos indiferentes »: absque differentia nos habere 23; « hallarme indiferente »: in neutram declinare partem 179; « todas cosas sean indiferentes »: bonae esse debent ex seipsis, aut certae non malae.
Intención: intentio (Polancus 41); mens 41, 135, 325; « el ojo de nuestra intentión debe ser simple »: ut oculo puro ac simplice spectemus 169; « engaños cubiertos y perversas intenciones »: in occultas fallaciarum suarum pedicas 332.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Juicio (facultas): iudicium: 89, 336, 346, 353; «los que tuvieren juicio y razón»: neminem fore sanae mentis 96.
Libertad: libertas 234; arbitrii libertas 50, 346, 369; «de mi mera liberatd y querer»: ex proprio surgens motu ipsius hominis 32.
Llamamiento: vocatio; «no sea sordo a su llamamiento»: ne obsurdescamus vocante nos Domino 91.
Malicia: malitia 44, 52; nequitia 59; «engaños y malicias»: fradulentae suggestiones 326.
Mandamiento: praeceptum 18, 71, 240, 242, 243, 244; mandatum 42, 135, 165, 241, 306.
Materia: res 9, 49, 74; materia 4, 119, 204, 225; argumentum 48; «subiecta materia»: materia subiecta 4; «pro rerum diversitate» 49.
Memoria: memoria 50, 51, 52, 56, 71, 130, 229, 234; recordatio 206.
Moción: motio 313, 316; instigatio 317; dictamen 182; appetitus 182; «maiores motiones y gustos spirituales»: maioremque gustum spiritualem 227.
Mundo: mundus 63, 95, 165; terra 102, 103; orbis 141, 145; homines universi 94.
Obediencia: oboedientia 14, 135, 357; «reverentia y obediencia»: reverentia et obsequium 50, 92.
Obra: opus 14, 18, 42, 230, 367, 369; operatio 43.
Officio: officium 16, 56, 178, 181.
Oración: oratio 16, 251, 257; orare 183, 239, 280; «oración mental y vocal»: oratio secundum mentem et vocem 1.
Orar: orare 4, 18, 238, 239, 249, 258.
Ordenar: ordinare 63; «ordenar su vida»: vitae suae rationem ... instituere 21; «ordenarse en el comer»: victum recte temperare 210; «no ordenando»: non subordinari 169; «sean ordenadas»: tendant 169.
Palabra: verbum 40, 252, 258, 261, 326, 349; vox 249, 254, 255; loquela 38, 43.
Pecado: peccatum 17, 18, 48, 50, 51, 56, 165, 314, 341, 370; culpa 166, delictum 87.
Pena (*castigo*): poena 65; (*de Cristo*): poena 87, 203, 206.
Penitencia: paenitentia 51, 83, 87, 130, 229, 319; satisfactio seu paenitentia 82; afflictiones quas paenitentias dicimus 359:
Pobreza: paupertas: 14, 23, 157, 166; «pobreza actual»: paupertas in rerum expoliatione sita 147.
Potencias (del alma): animae potentiae 45, 51, 238, 246; (naturales): vires naturales 20, 177, 320.
Preámbulo: praeludium 45, 47, 48, 49, 55, 62, 65, 101, 102.
Propósito: propositum 82, 318; consilium 319.
Provecho espiritual: proventus 116; bonum 38; fructus 18, 106, 107, 108, 124; emolumentum 114; utilitas, 122, 133; commodum 44.
Razón (*facultad*): ratio 87, 182, 314; (*motivo*): ratio 351, 361; causa 37, 315; argumentum 329.
Reverentia: reverentia 3, 38, 39, 50, 75, 114; revereri 23.
Salud del alma: salus animae 1, 166, 169, 316, 365, 367.
Sensualidad: sensualitas 87.
Sentidos: sensus 121, 134, 159, 204, 209.
Sentimiento: affectio 62; interna ... apprehensio 65.
Servicio de Dios: obsequium 315; gloria 351; laus 166, cultus 155; «servicio y alabanza»: gloria et cultus 46; servitium Dei 157; obsequium Dei; laus et obsequium 98; servitium et honor 322; si ei placeat 183; «servicio, honra y gloria»: cultus et honor 16, 316. *Omittit vertere* «mayor» servicio, gloria 183, 189, 339.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Servir a Dios: servire 23, 130, 169; inservire 370; servitium 233; cultus 363; gloria 155; obsequium 168.
Soberbia: superbia 142, 322; « veniendo en superbia »: contra eum ipsum insolescentes 50.
Subiecto: « propria condición y subiecto »: conditio propria 14; tengan subiecto: fore idoneos 15; « ser de poco subiecto »: debilis esse naturae 18; « el subiecto humano »: naturalis nostra complexio 89; « no se corrompa el subiecto ni se siga enfermedad notable »: citra vitae aut valetudinis grave periculum 84.
Temor: timor 9, 65, 370.
Tentación: tentatio 210, 317; tentare 212; instigatio 217; insultus 320; perturbatio 347.
Tentar: trahere 142; tentatione iactare 10, tentatione afficere 7.
Turbación: conturbatio 317; perturbatio 319.
Vergüenza: pudor 9, 48.
Vocación: vocatio 172, 275; evocatio 95.

VII. — Conclusiones

Comparatis textibus hispano et latino Vulgatae, hae conclusiones nobis erui posse videntur: 1º. Vulgata versio generatim fideliter exprimit, saltem ad sensum quod attinet, originalis textus sententias. — 2º. Differentiae, si quae sunt, minime tribuendae sunt interpretis intentioni tenuiorem reddendi asceticam doctrinam textus hispani. Neque ratio sufficiens datur ad suspicandum Frusium retentum fuisse metu accusationis illuminismi; id quod multo minus apparet in Ignatio, qui sine dubio laborem Frusii vidit et approbavit. Verba quae in hispanico textu huic accusationi ansam offerre poterant, ad litteram translata habentur in Versione prima (*P2*) quae simul cum Vulgata, approbationem Sanctae Sedis obtinuit. 3º. Vera explicatio diversitatis inter Vulgatam et textum hispanum reponenda est in Frusii conatu textum suum elegantiore latinitate donandi, quod si ex una parte laudandum est, incommodum habuit mutandi vel minus presse reddendi simplices sed claras formulas textus ignatiani. 4º. Ad penitus interpretandam mentem Ignatii necessarius est recursus ad textum hispanum, id quod fere de quocumque alio opere in alteram linguam translato asseri potest; mens scilicet auctoris invenienda est in textu ab eo scripto, potius quam in versione quantumlibet perfecta. Eo vel magis, quod nullibi in Vulgata reperimus manum Ignatii, dum illum vidimus valde sollicitum fuisse de textu hispano perpoliendo.

Neque huic assertioni contradicunt facta duo quae opponi possunt: a) Usus fere universalis textus latini, post eius approbationem et impressionem; b) Ratio agendi S. Ignatii occasione cuiusdam loci Vulgatae, qui controversiam suscitavit.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Usus textus Vulgatae prae textu hispano facile explicatur attentis temporis adiunctis. Versio Vulgata approbationem Sedis Apostolicae obtinuerat, ideoque consideranda erat tamquam textus officialis. Prae Versione prima, quae approbationem illam pariter obtinuerat, pretium habebat purioris latinitatis. Patet etiam alia ratio, commodum nempe Societatis universae, cui utilior erat textus latinus quam hispanus. Ad Hispaniam quod attinet, in memoriam revocandae sunt difficultates quibus tunc temporis obnoxia erant opera spiritualia lingua vernacula scripta, ob severitatem Inquisitionis. Cum autem, ut supra innuimus, liber *Exercitiorum* in commodum directorum potius quam exercitantium editum fuerit, nulla erat difficultas pro patribus hispanis illum latina lingua donatum habere. Quod non tollit studium et conamina obtinendi veniam ad textum hispanum typis mandandum [1].

Re quidem vera, etiam in Hispania textus latinus, ut videtur, communius adhibebatur [2], tum quia typis impressus erat ideoque liber ab erroribus qui facile in manu scriptis exemplaribus gliscere poterant, tum quia approbatus, ideoque officialis. Manuscripta tamen hispana etiam circumferebantur [3]. Textus latinus iterum impressus est in Hispania saeculo XVI : a. 1574 Burgis ; a. 1587 Hispali, a. 1599 Valentiae. Textus hispanus primum editus est ibi tantum a. 1628 [4]. Quod nunc nobis mirum videtur, explicatur habita ratione adiunctorum illius temporis.

In regula 14ª ad sentiemdum cum Ecclesia [366] verba textus hispani : « Dado que sea mucha verdad que ninguno se puede salvar sin ser predestinado ... » ita interpretatus est Frusius : « Animadvertendum quoque est, etiam si plane compertum definitumque *esset* nemini contingere salutem nisi praedestinato ... ». Haec propositionis enuntiatio nonnullorum aures offendit. Fr. Thomas de Pedroche O.P. de ea scripsit : « Haec assertio, por quanto vertit in dubium quod solum praedestinati salvabuntur, sed etiam aliquibus non praedestinatis contingit salus, est non modo erronea, temeraria et scandalosa, verum etiam haeretica » [5]. Alius dominicanus P. Mancius, Theologiae professor, eandem propositionem reprehendit, prout scribebat P. Araoz litteris ad PP. Nadal et Borgiam scriptis die 20 decembris 1553 : « Y lo que más acrimina, y por proposición herética, es lo que dize al fin de los Exercicios : etiamsi plane compertum definitumque esset,

---

[1] IPARRAGUIRRE, *Historia de los Ejercicios*, I, 157-163.

[2] Id probant litterae illius temporis, ex gr. Patris Nadal ; EN, I, 442. Apologiae in Hispania scriptae supponunt textum latinum. Vide MI, *Exerc.* 653-664 ; 650-653 ; 671-675.

[3] Cf. *Epp. Mixtae*, III, 672.

[4] Vide elenchum editionum, p. 721.

[5] *Chron.* III, 524.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

nemini contingere salutem nisi praedestinato; dize él que esta manera de dudar muestra querer dar a entender que salus contingat etiam non praedestinato, y que es dudar mal, como si no fuese claro, scilicet, quod non contingat nisi praedestinato. En fin, que dize: sy no es error de impresión, que es proposición herética » [6]. P. Araoz re vera putavit agi de errore typographico, quod scribebat biduo post litteris ad Ignatium: « Ello paresçe error de la estampa; porque en algunos de romançe que tenemos de mano, dize: Aunque sea claro y cierto que ninguno se salva sino siendo predestinado y teniendo fee y gracia; y así pasa por error de estampa » [7]. Non erat tamen erratum typographo imputandum, nam textus impressus omnino convenit cum originali manuscripto (*Exerc. 2a*, f. 81*r*).

P. Araoz ad animorum commotionem sedandam et « deterritus a doctore Cuesta », ut ait Nadal [8], operam dedit ut locus ille ad fidem originalis hispani restitueretur, mutando verbum « compertum esset » in « compertum sit ». Hoc fecit inscio Nadal, commissario: « Los Exercicios que por acá son — scribebat is ad P. Ignatium — tienen corregido el « esset » y mudado en « sit » en la 14 de las últimas reglas: esto hizo sin saberlo yo el Dr. Araoz » [9]. Hanc mutationem aegre tulit Ignatius, non ea de causa quod formula a Frusio adhibita sibi probaretur, sed ratione approbationis pontificiae, textui latino concessae, quae fiebat ut sine venia Sanctae Sedis, textus intactus relinquendus esset. Animi sensus Ignatii nobis aperit P. Câmara:

« Em huma regra das que N. P. ayuntou aos Exercicios, pos o P. Frusio, quando os tresladou do espanhol em latín, huma palavra que deu occasiao de cuydarem em Castella, que N. P. seguia a opinião de Caterino acerca da predestinação; e como quer que esta opinião foy muy mal recebida en Espanha, assi o era tambem aquella regra. O P. Araoz, por evitar esta calumnia e contradição, mostrou o espanhol, e fez emendar por elle o latim, o que N. P. sintió muito, pollo grande credito que queria se desse a Sé apostolica e as cousas por ella aprovadas » [10].

P. Polanco ad Nadal scribens ex commissione Ignatii die 12 aprilis 1554, ei dicebat:

« La tradutión estampada, que como V. R. sabe, hizo Mtro. Andrés de Frusio, no tiene cosa que se pudiese dezir falsa, aunque fuese verdad determinada y definida, quod nemini contingit salus nisi praedestinatis, como se vey en el mismo contesto. Y tanto más está bien aquella tradutión, por no faltar en nuestros tiempos quien tenga esta opinión: quod aliqui non

[6] *Epp. Mixtae*, III, 667.
[7] Ibid. 672.
[8] EN, II, 23.
[9] EN, I, 244; MI, *Exerc.* 155-156.
[10] *Memoriale* n. 322: FN, I, 710-711.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

praedestinati salvari possint. Y en el último concilio fue presentada esta obra y otra del Chaterino, y no se determinó nada en contra » [11].

168 *Nota.* Assí, para quien desea alcançar esta terçera humildad, mucho aprouecha hazer los tres 147 colloquios de los binarios ya dichos, pidiendo que el Señor nuestro le quiera eligir en esta 156 tercera, mayor y mejor humildad, para más le ymitar y seruir, si ygual o mayor seruitio y alabança fuere a la su diuina maiestad.

Porro ad gradum hunc humi- 55
litatis attingendum, magnum adferet compendium triplicis colloquii proxime praecedentis ***de vexillis*** usus, per quod suppliciter poscamus (si divinae placeat be- 60
nignitati) ad talem perduci electionem, sive maior sive aequalis obsequii mei erga Deum et gloriae divinae proventus subsit.

169 PREÁMBULO PARA HAZER ELECTIÓN

1° ***puncto.*** En toda buena electión, en quanto es de nuestra parte, el ojo [26*v*] de nuestra intención deue ser simple, solamente mirando para lo que soy criado, es a saber, para alabanza de Dios nuestro Señor y saluación de my ánima; y así qualquier cosa que yo eligiere, deue ser a que me ayude para al fin para que soy criado, no ordenando ny trayendo el fin al medio, mas el medio al fin. Así como acaeçe que muchos eligen primero casarse, lo qual es medio, y secundario seruir a Dios nuestro Señor en el casamiento, el qual seruir a Dios es fin. Assimismo ay otros que primero quieren aver beneficios, y des-

PRAELUDIUM AD ELECTIONEM FACIENDAM 65

Ad bene quippiam eligendum nostrae sunt partes, ut oculo puro ac simplice spectemus quorsum fuerimus creati, nimirum ad 70
laudem Dei et salutem nostram; quapropter eligenda sunt ea tantum, quae conducunt ad dictum finem, cum ubique fini medium, non medio finis habeat subordi- 75
nari; unde errant qui uxorem [40*v*] ducere primitus, aut ecclesiasticum munus seu beneficium adipisci statuunt, atque ita demum Deo postea inservire, utentes prae- 80
postere fine ac medio, nec ad Deum tendentes recta, sed oblique, ipsum ad perversa vota sua pertrahere conantes. Atqui e contrario plane agendum est, pro- 85
posito primum divino cultu, tan-

A 53-54 sauio y prudente *N* || 60 elegir esta 3 major y mejor humildad *B* || 62-63 si ygual y mayor *E* || 64 a su diuina magestad *N* || 69 *initio fol. ad marg. sup.* 2ª s[emana] de electión *A* || 74-75 y así que qualquier cosa *B* || 75 deve de ser *D* || 76 para al fin] para el fin *N* || 82 y y secundario *A* || 83 casamiento] sacramento *B* || 83-84 en el qual seruir *X*

V 58-59 *prius*: colloquii proxime praecedentis usus; *Pol., post* praecedentis *addidit sup. lin*; de vexillis. *Verbum* proxime *deletum sed postea restitutum, punctis subductis*; *I*[3] *editio illud omisit*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

putatus est, quam sapiens et prudens in hoc mundo.

Adverte quod pro eo qui desyderat consequi hanc tertiam humilitatem, multum confert facere illa tria colloquia binariorum praedictorum, petendo *ut* Dominus noster velit eum eligere ad hanc tertiam et perfectiorem et meliorem humilitatem, ad perfectius illum imitandum et illi inserviendum, modo sit aequale vel maius servitium, aequalis vel maior gloria divinae maiestatis.

PRAEAMBULUM AD ELECTIONEM FACIENDAM

In omni bona electione, *quod in nobis est*, oculus intentionis nostrae debet esse simplex, solum attendendo finem propter quem creatus sum, scilicet ad laudem et gloriam Domini Dei nostri et ad salutem animae meae; et ita quidquid id sit quod elegero, debet iuvare me pro obtinendo fine, ad quem creatus sum, non ordinando et perverse adducendo[86*v*] finem ad media, sed contra media ad finem, ut evenit multis, qui primo eligunt ducere uxorem, quod tamen est medium, secundario eligunt servire Domino in matrimonio, quod tamen est finis. Similiter sunt alii, qui primo eligunt habere beneficia, deinde servire Deo in tali vita; itaque isti non pergunt via recta ad Deum, sed volunt quod Deus recta perveniat ad illorum affectus inordinatos, et ex consequenti faciunt ex fine medium et ex medio

est), quam sapiens et prudens in hoc mundo.

Adverte quod pro eo qui desiderat consequi hanc tertiam humilitatem, multum confert facere illa tria colloquia binariorum praedictorum, petendo ut Dominus noster velit eum eligere ad hanc tertiam et perfectiorem et meliorem humilitatem, ad perfectius illum imitandum et illi inserviendum, modo sit aequale vel maius servitium, aequalis vel maior gloria divinae maiestatis. **168** 147 156

PRAEAMBULUM AD ELECTIONEM FACIENDAM [40*v*] **169**

In omni bona electione, quod in nobis est, oculus intentionis nostrae debet esse simplex, solum attendendo finem propter quem creatus sum, scilicet ad laudem et gloriam Domini Dei nostri et ad salutem animae meae; et ita quidquid id sit quod elegero, debet iuvare me pro obtinendo fine, ad quem creatus sum, non ordinando et perverse adducendo finem ad media, sed contra media ad finem, ut evenit multis, qui primo eligunt ducere uxorem, quod tamen est medium, secundario eligunt servire Domino in matrimonio, quod tamen est finis. Similiter sunt alii, qui primo eligunt habere beneficia, deinde servire Deo in tali vita; itaque isti non pergunt via recta ad Deum, sed volunt quod Deus recta perveniat ad illorum affectus inordinatos, et ex consequenti faciunt ex fine medium et ex medio fi-

P1 5 ut *corr. ex* quod | 13 *in marg.* : *P* || 15-16 quod in nobis est *corr. ex* in quantum est in nobis || 30 *post* Domino *del.* Deo nostro || 35 recta *om. E*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

pués seruir a Dios en ellos. De manera que éstos no van derechos a Dios, mas quieren que Dios venga derecho a sus affecciones desordenadas, y, por consiguiente, hazen del fin medio y del medio fin ; de suerte que lo que habían de tomar primero, toman postrero. Porque primero hemos de poner por obiecto querer seruir a Dios, que es el fin, y secundario tomar beneficio o casarme, si más me conuiene, que es el medio para el fin ; así ninguna cosa me deue mouer a tomar los tales medios o a priuarme dellos, sino sólo el seruicio y alabanza de Dios nuestro Señor y salud eterna de my ánima. [27*r*]

quam fine nostro, et electo deinceps coniugio vel sacerdotio caeterisque rebus omnibus, quatenus expedit, ad praefixum finem ordinatis. Idcirco nihil movere nos debet ad mediis quibusvis utendum aut supersedendum, nisi habita in primis tam divinae laudis quam nostrae salutis certa ratione.

170 PARA TOMAR NOTICIA DE QUÉ COSAS SE DEUE HAZER ELECTIÓN, Y CONTIENE EN SÍ 4 PUNCTOS Y VNA NOTA

INTRODUCTIO AD ELIGENDARUM RERUM NOTITIAM, COMPLECTENS 4 PUNCTA ET ANNOTATIUNCULAM UNAM

1° puncto. El primer puncto. Es necessario que todas cosas, de las quales queremos hazer electión, sean indiferentes o buenas en sí, y que militen dentro de la sancta madre Yglesia hierárchica, y no malas ny repugnantes a ella.

Primum punctum est, quod res omnes, quae sub electionem cadunt, necessario bonae esse debent ex seipsis, aut certe non malae, nec nisi consonae institutis orthodoxae matris Ecclesiae. [41*r*]

171 *2° puncto.* Segundo. Ay vnas cosas que caen debaxo de electión inmutable, así como son

2[m] quod genera duo rerum electioni quadrant : nam quarundam electio immutabilis est, ut

A 97 es el fin] el *add. in A* || 98-99 beneficio o casarme] beneficios o casamiento *B* 1 me deue mouer] *om.* me *B* || 4 y alabanza *om. B* | Dios *om. B* || 5 *initio fol. ad marg. sup.* 2ª s[emana] de electión mutable y inmutable *A* || 7 se deue] *om.* se *X* || 13 indiferentes] diferentes *B X* || 15 hierarchica] *prius* hierarchía *A* (*incertum cuius sit corr.*) || 17-24 Segundo : ay vnas cosas — tomar bienes temporales o lançallos] Segundo : ay unas cosas que caen debaxo de electión mutable, assí como son tomar beneficios o dexarlos, tomar bienes temporales o lançarlos ; ay otras que caen debaxo delectión inmutable como sacerdocio y matrimonio *B X* (*sed X illud primum* debaxo de *legit* en, *et ad finem om.* y)

V 14 *post* consonae *del. ritui*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

finem ; ita quod quae primo aspicere et sumere debuerant, aspiciunt et sumunt ultimo, quia primum obiectum quod proponere nobis debemus, est velle servire Deo, quod est finis ; secundario accipere beneficia vel iungi matrimonio, si magis mihi expedierit, quod est medium ad finem ; tandem nihil debet me movere ad accipiendum talia media vel ad illa reiiciendum, nisi solum servitium ac laus Domini Dei nostri et salus eterna animae meae.

nem ; ita quod quae primo [41*r*] aspicere et sumere debuerant, aspiciunt et sumunt ultimo, quia primum obiectum quod proponere nobis debemus, est velle servire Deo, quod est finis ; secundario accipere beneficia vel iungi matrimonio, si magis mihi expedierit, quod est medium ad finem; tandem nihil debet me movere ad accipiendum talia media vel ad illa reiiciendum, nisi solum servitium ac laus Domini Dei nostri et salus aeterna animae meae.

DOCUMENTUM. AD CAPIENDAM ALIQUAM COGNITIONEM, QUARUMNAM RERUM DEBEAT FIERI ELECTIO. CONTINET IN SE QUATUOR PUNCTA ET UNAM ANNOTATIONEM

Primum punctum. Necessarium est quod omnia quorum electionem facere volumus, sint indifferentia vel bona in se, et quae versantur intra *gremium* sanct*ae matris* Ecclesi*ae* hierarchic*ae*, et non mala vel Ecclesiae repugnantia.

Secundum. Sunt quaedam quae cadunt sub electionem immutabilem, ut sunt sacerdotium, matrimonium etc. ; sunt alia, quae

DOCUMENTUM AD CAPIENDAM ALIQUAM COGNITIONEM, QUARUMNAM RERUM DEBEAT FIERI ELECTIO. CONTINET IN SE 4.OR PUNCTA ET UNAM ANNOTATIONEM 170

Primum punctum. Necessarium est quod omnia quorum electionem facere volumus, sint indifferentia vel bona in se, et quae [41*v*] versantur intra gremium sanctae matris Ecclesiae hierarchicae, et non mala vel Ecclesiae repugnantia.

Secundum. Sunt quaedam quae 171 cadunt sub electionem immutabilem, ut sunt sacerdotium, matrimonium etc. ; sunt alia, quae ca-

---

P1 42 *post* sumunt *del.* in ¦| 44 servire *corr. ex* inservire || 54 Documentum *add. in marg.* ; *om. E* || 55 aliquam *corr. ex* aliqualem || 58 annotationem *corr. ex* notam ¦| 64-65 gremium — hierarchicae *corr. ex* sanc tam matrem Ecclesiam hierarchicam || 69 sub electionem immutabilem *corr. ex* sub electione immutabili

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

sacerdocio, matrimonio, etc. ; ay otras que caen debaxo de elección mutable, assí como son tomar beneficios o dexarlos, tomar bienes temporales o lançallos.

172 *3º puncto.* Tercero. En la elección ynmutable, que ya vna vez se ha hecho elección, no ay más que eligir, porque no se puede desatar ; así como es matrimonio, sacerdocio, etc. Sólo es de mirar que si no ha hecho elección deuida y ordenadamente, sin affectiones dessordenadas, arepentiéndose procure hazer buena vida en su elección ; la qual elección no pareçe que sea vocación diuina, por ser elección desordenada y oblica, como muchos en esto hierran, haziendo de oblica o de mala elección vocación diuina ; porque toda vocación diuina es siempre pura y limpia, sin mixtión de carne ny de otra affectión alguna dessordenada. [27*v*]

173 *4º puncto.* Quarto. Si alguno a hecho elección deuida y ordenadamente de cosas que están debajo de elección mutable, y no llegando a carne ny a mundo, no ay para qué de nueuo aga elección, mas en aquella perficionarse quanto pudiere.

174 *Nota.* Es de aduertir que si la tal elección mutable no se ha hecho sincera y bien ordenada,

ordinis sacerdotalis et matrimonii, aliarum vero mutari potest, sicut reddituum ecclesiasticorum vel saecularium, quos recipi et relinqui ex causa fas est.

3m quod circa ea, de quibus facta iam sit electio immutabilis, nihil superest eligendum. Sed advertendum est, quod si quis improvide, nec sine obliquis affectionibus aliquid elegerit, quod non liceat retractare, reliquum est, ubi eum coeperit paenitere facti, electionis damnum probitate vitae et operum solertia pensare, resilire autem nullo pacto decet ; quamvis electio istiusmodi non videatur vocatio divina esse, utpote obliqua atque inconsulta ; qua in re non pauci errant, electionem malam et obliquam pro divina vocatione reputantes ; cum haec semper pura et clara sit, non carnali ullo affectu vel studio perverso mixta. [41*v*]

4m quod si quis debito modo et ordine, absque carnali mundanoque affectu, quippiam elegit, quod mutari possit, non est cur violet electionem talem, sed potius ut in ea magis ac magis proficiat, adniti debet.

Notandum autem est, quod si electio rerum huiusmodi mutabilium non ita recte atque sin-

---

A 20 etc.] *om. D* || 24 o lançallos] o dexallos *E D* || 29 como es] como el *B* *prius* y ordenadamente *N, deinde del.* y *et corr.* ni || 34 procure] *add.* de *B* || 36-37 pareçe que sea vocación diuina *in marg. mal pro verbis del. in textu* podemos dezir que fuese vocación *A* ; *prius* podemos dezir que fuese uocatión *N, sed del. totum et ad marg. ma.N* paresce que sea vocatión divina ; podemos dezir que fue vocación *E D* || 38 y oblica] y obliga *B* || 40 de mala o de oblica] *transp. B* | o de mala] o de mal *N* || 41 diuina] *add. mal sup. lin. in A, om. D* | porque] para que *B* || 45 *initio fol. ad marg. sup.* 2ª s[emana] de elección *A* (*et sic in seqq. usque ad fol.* 29*v inclusive*) || 46 si alguno] que si alguno *X* || 48 que están] *om. B* || 54 que si la tal] *om.* si *B* || 55 no se ha hecho] no sea echa *N*

V 36-44 quamvis electio — perverso mixta *addita sunt ad calcem paginae in folio agglutinato* || 54 Notandum autem est *in marg. corr. ex* Sin autem

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

cadunt sub electionem mutabilem, ut assumere beneficium vel relinquere ; accipere bona temporalia, vel *relinquere* [87*r*].

Tertium. In electione immutabili iam semel facta, non est amplius quod eligamus, quia non potest solvi, ut est matrimonium, sacerdotium etc. Solum adverti debet quod si electio non est facta debite ac ordinate, *scilicet* sine affectibus inordinatis, cum primum *aliquem* poenituerit, laboret vitam componere in sua electione, quae electio ***videtur non esse divina vocatio***, quia fuit electio inordinata et obliqua ; sicut plurimi in hoc errant, facientes ex obliqua et mala electione, vocationem *divinam* ; quia omnis vocatio divina est pura, iucunda et sine admixtione aliqua carnis, vel cuiuscumque alterius affectus inordinati.

Quartum. Si aliquis fecit electionem debite et ordinate earum rerum quae cadunt sub electionem mutabilem, absque aliqua admixtione carnis vel mundi, non est cur de novo fiat electio, sed in illa curemus perfici quantum possumus.

Est advertendum, quod si talis electio mutabilis non facta est sincere ac satis ordinate, tunc expedit facere electionem debitam ei qui expetit producere fructus notabiles et gratos Deo.

dunt sub electionem mutabilem, ut assumere beneficium vel relinquere ; accipere bona temporalia, vel relinquere.

Tertium. In electione immutabili iam semel facta, non est amplius quod eligamus, quia non potest solvi, ut est matrimonium, sacerdotium etc. Solum adverti debet quod si electio non est facta debite ac ordinate, scilicet sine affectibus inordinatis, cum primum aliquem poenituerit, laboret vitam componere in sua electione, quae electio videtur non esse divina vocatio, quia fuit electio inordinata et obliqua; sicut plurimi in hoc errant, [42*r*] facientes ex obliqua et mala electione, vocationem divinam ; quia omnis vocatio divina est pura et sine admixtione aliqua carnis, vel cuiusque alterius affectus inordinati. **172**

Quartum. Si aliquis fecit electionem debite et ordinate earum rerum, quae cadunt sub electione mutabili, absque aliqua admixtione carnis vel mundi, non est cur de novo fiat electio, sed in illa curemus perfici quantum possumus. **173**

Est advertendum, quod si talis electio mutabilis non facta est sincere ac satis ordinate, tunc expedit facere electionem debitam ei qui expetit producere fructus notabiles et gratos Deo. **174**

P1 79 vel relinquere *corr. ex* vel non accipere || 86 scilicet *in marg.* || 88 aliquem *corr. ex* quis || 90-91 videtur — vocatio *corr. manu Broeti in P1 ex* quam electionem non possumus nominare vocationem || 95 *post* vocationem *add.* divinam || 96 pura, iucunda] pura et nuda *E* || 2-3 sub electionem mutabilem *corr. ex* sub electione mutabili, cfr. nn. 171, 178, 189 || 13 Deo *corr. ex* Domino Deo nostro

P2 96 *post* pura *del.* iucunda (*quaerebatur verbum respondens hispano* : limpia)

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

entonces aprouecha hazer la elección deuidamente, quien tubiere deseo que dél salgan fructos notables y muy apaçibles a Dios nuestro Señor.

cere processerit, eam expedit corrigere, ut fructus uberior et Deo gratior produci possit.

175 TRES TIEMPOS PARA HAZER SANA Y BUENA ELECTIÓN EN CADA VNO DELLOS

1º tiempo. El primer tiempo es, quando Dios nuestro Señor así mueve y atrahe la voluntad, que, sin dubitar ny poder dubitar, la tal ánima deuota sigue a lo que es mostrado; assí como San Pablo y S. Matheo lo hizieron en seguir a Xpo nuestro Señor.

DE TEMPORE TRIPLICI AD ELECTIONES RECTE FACIENDAS MAGIS OPPORTUNO

Tempus primum erit, quando voluntatem divina virtus sic impellit, ut omnis dubitatio, immo etiam dubitandi facultas, animae sublata sit, quominus sequatur impulsionem talem; sicut legimus, beato Paulo et Matheo et aliis nonnullis, vocante Christo, accidisse.

176 *2º tiempo*. El segundo, quando se toma hasaz claridad y cognoscimiento, por experientia de consolationes y dessolaciones, y por experientia de discretión de varios espíritus. [28*r*]

2m est, quoties satis clarum compertumque fit beneplacitum divinum, docente id aliquo [42*r*] consolationum, desolationum vel diversorum spirituum praevio experimento.

177 *3º tiempo*. El tercero tiempo es tranquillo, considerando primero para qué es nascido el hombre, es a saber, para alabar a Dios nuestro Señor y saluar su ánima; y esto deseando elije por medio vna vida o estado dentro de los límites de la Yglesia, para que sea ayudado en seruitio de su Señor y saluación de su ánima. Dixe tiempo tranquillo, quando el ánima no es agitada de varios spíritus, y vsa de sus potencias naturales líbera y tranquilamente.

3m est, quando per animi tranquillitatem aliquis, considerato fine, ad quem conditus est (ad Dei gloriam scilicet et salutem suam), eligit certum vitae genus, intra Ecclesiae catholicae limites constitutum, per quod ceu medium commodius securiusque ad suum finem tendat.

Porro tranquillitas ea tunc noscitur adesse, quotiescunque anima, nullis agitata variis spiritibus, vires naturales suas libere exercet.

178 Si en el primero o segundo tiempo no se haze elección, sí-

Itaque, nisi primi vel secundi temporis beneficio electio contin-

A 62-63 sana y buena] buena y sancta *B X* || 63 en cada vno dellos *om. E D* || 67 atrahe] *add.* y *B* || 71-72 lo hizieron] *om.* lo *D* || 77 de consolationes] *om.* de *B* || 82 nascido] criado el hombre digo nacido *X* || 85 elije] eligir *B* || 91 no es agitada] *om.* no *X*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

TRIA TEMPORA AD FACIENDAM SANAM ET OPTIMAM ELECTIONEM

Primum tempus est quando Dominus Deus noster ita trahit ac movet voluntatem, quod sine dubitatione et sine pote*state* dubitandi, talis anima devota sequitur id quod sibi est praemonstratum; sicut divus Paulus et divus Matheus fecerunt sequendo Christum Dominum [87*v*].

Secundum tempus est, quando sumitur et percipitur multum claritatis et cognitionis, partim per experientiam consolationum et desolationum, partim per experientiam discretionis diversorum spirituum.

Tertium tempus est tranquillum, quando primum quis consyderat finem, propter quem creatus est, scilicet ad laudandum Deum et ad salvandum animam suam, et hoc desyderando, eligit pro medio hanc vitam vel statum contentum *intra* limites Ecclesiae, quo possit iuvari *ad* servit*ium* Domini sui et salut*em* animae suae.

Vocavi hoc tempus tranquillum, quando anima non agitatur a diversis spiritibus, sed libere utitur suis potentiis naturalibus *et* tranquille.

Si in primo vel secundo tempore non fit electio, sequuntur

TRIA TEMPORA AD FACIENDAM SANAM ET OPTIMAM ELECTIONEM 175

Primum tempus est, quando Dominus Deus noster ita trahit ac movet voluntatem, quod sine [42*v*] dubitatione et sine potestate dubitandi, talis anima devota sequitur id quod sibi est praemonstratum; sicut divus Paulus et divus Matheus fecerunt sequendo Christum Dominum.

Secundum tempus est, quando 176
sumitur et percipitur multum claritatis et cognitionis, partim per experientiam, consolationem et desolationem, partim per experientiam discretionis diversorum spirituum.

Tertium tempus est tranquil- 177
lum, quando primum quis considerat finem, propter quem creatus est, scilicet ad laudandum Deum et ad salvandum animam suam, et hoc desiderando, eligit pro medio hanc vitam vel statum contentum intra limites Ecclesiae, quo possit iuvari ad servitium Domini sui et salutem animae suae.

Vocamus hoc tempus tranquillum, quando anima non agitatur diversis spiritibus, sed libere utitur suis [43*r*] potentiis naturalibus et tranquille.

Si in primo vel 2.° tempore 178
non fit electio, sequuntur circa

P1 15 *post* electionem *del.* in singulo illorum || 19 potestate *corr. ex* potentia || 36 *post* Deum *del.* Dominum nostrum || 39 intra *corr. ex* infra || 40 a quo possit *E* || 40 ad servitium *corr. ex* in servitio || 41 salutem *corr. ex* salute || 47 et *add. sup.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

guense çerca este tercero tiempo dos modos para hazerla.

gat, superest ad 3.m recursus, duobus modis sequentibus distinctum.

EL PRIMER MODO PARA HAZER SANA Y BUENA ELECTIÓN CONTIENE EN SÍ SEYS PUNCTOS

MODUS PRIOR SANAE BONAEQUE ELECTIONIS FACIENDAE SEX CONSTANS PUNCTIS

1° puncto. El primer puncto es, proponer delante la cosa sobre que quiero hazer elección, así como vn officio o beneficio para tomar o dexar, o de otra qualquier cosa que cae en elección mutable.

Punctum primum erit proferre in medium rem deliberandam, ut de officio vel beneficio, acceptandumne an potius reiiciendum sit, [42*v*] et ita de caeteris rebus, quae ad mutabilem electionem spectant.

179 *2° puncto.* Segundo. Es menester tener por obiecto el fin para que soy criado, que es para alabar a Dios nuestro Señor y saluar mi ánima; y con esto hallarme indiferente, sin affección alguna dessordenada, de manera que no esté más inclinado ny affectado a tomar la cosa propuesta, que a dexarla, [28*v*] ny más a dexarla, que a tomarla; mas que me halle como en medio de un peso, para seguir aquello que sintiere ser más en gloria y alabanza de Dios nuestro Señor y saluación de mi ánima.

2m est, adducto ante oculos creationis meae fine, in hoc consistente, ut cum Dei laude salvus fiam, in neutram declinare partem amplectendae vel repudiandae rei controversae; quin potius velut in medio quodam interstitio et aequilibrio subsistere, parato interim animo, ut in eam ilico partem totus ferar, quam novero divinae gloriae et saluti meae fore aptiorem.

180 *3° puncto.* Tercero. Pedir a Dios nuestro Señor quiera mover my voluntad y poner en my ánima lo que yo deuo hazer acerca de la cosa propósita, que más su alabanza y gloria sea; discurriendo bien y fielmente con my entendimiento y eligiendo conforme su sanctíssima y beneplácita voluntad.

3m. Obsecrare Dei clementiam ut dignetur mentem instruere, et impellere voluntatem, quocunque potius mihi tendendum sit; adhibito nihilo secius pio fidelique intellectus mei ratiocinio, per quod, apprehensa et probata Dei voluntate, ad electionem ferar.

A 97 dos modos] los modos *B* || 100 buena y sana] *transp. B* || 3 delante] *om. B* || 7 que cae] que ay *B* || 10 tener] *om. N* || 13 y con esto] y con este *N* || 21 seguir] sentir *B* || 29 que más su] *om.* su *B*

V 12 *post* neutram *del.* debeo

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

circa hoc tertium tempus duo modi faciendi illam.

hoc tertium tempus duo modi faciendi illam.

PRIMUS MODUS FACIENDI B O N A M ET SANAM ELECTIONEM CONTINET IN SE SEX PUNCTA

PRIMUS MODUS FACIENDI BONAM ET SANAM ELECTIONEM CONTINET IN SE SEX PUNCTA

Primum punctum est proponere ante oculos mentis rem, super qua volo facere electionem, ut exempli gratia, officium seu beneficium, quod acceptare volumus aut reiicere, vel aliquod aliud quod cadat sub electionem mutabilem.

Primum punctum est proponere ante oculos mentis rem, super qua volo facere electionem, ut exempli gratia, officium seu beneficium, quod acceptare volumus aut reiicere, vel aliquod aliud quod cadat sub electionem mutabilem.

Secundum. Oportet intueri pro obiecto finem propter quem creatus sum, *scilicet* ad laudandum Deum nostrum et ad salvandum animam meam ; quin etiam oportet me esse indifferentem sine aliquo affectu inordinato, ita *ut* non sim magis inclinatus seu affectus ad acceptandum rem propositam quam ad refutandam, *vel contra* ; sed solum sim in equilibrio ad prosequendum illud quod sensero magis esse ad gloriam et laudem Domini Dei nostri, et ad salutem animae meae.

Secundum. Oportet intueri pro **179** obiecto finem propter quem creatus sum, scilicet ad laudandum Deum nostrum et ad salvandum animam meam ; quin etiam oportet me esse indifferentem sine [43*v*] aliquo affectu inordinato, ita ut non sim magis inclinatus seu affectus ad acceptandum rem propositam quam ad refutandam, vel contra ; sed solum sim in aequilibrio ad prosequendum illud quod sensero magis esse ad gloriam et laudem Domini Dei nostri, et ad salutem animae meae.

Tertium. Petam a Domino Deo nostro, *ut* dignetur movere voluntatem meam et suggerere animae meae id quod facere debeo, quodque magis erit in gloriam et laudem nominis sui circa rem propositam, [88*r*] discurrendo recte *ac* fideliter intellectu, et eligendo conformiter ad sanctissimum beneplacitum suae voluntatis.

Tertium. Petam a Domino Deo **180** nostro, ut dignetur movere voluntatem meam et suggerere animae meae id quod facere debeo, quodque magis erit in gloriam et laudem nominis sui circa rem propositam, discurrendo recte ac fideliter intellectu, et eligendo conformiter ad sanctissimum beneplacitum suae voluntatis.

P1 52 BONAM *corr. ex* optimam || 61 sub electionem mutabilem *corr. ex* sub electione mutabili cf. n. 171, 173, 178, 189 || 65 scilicet *corr. ex* quod est || 69 ut *corr. ex* quod || 72 vel contra *corr. ex* nec magis affectus ad refutandam quam ad acceptandam || 79 ut *corr. ex* quod 85 ac fideliter intellectu *corr. ex* fideliter in intellectu || 86 sanctissimum beneplacitum suae voluntatis *corr. ex* sanctissimum et placitum beneplacitum propositum suae voluntatis : *verba* et placitum *et* propositum *oblitterata sunt*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

181 *4º puncto.* Quarto. Considerar, raçioçinando, quántos cómmodos o prouechos se me siguen con el tener el offitio o beneficio propuesto, para sola la alabanza de Dios nuestro Señor y salud de my ánima ; y, por el contrario, considerar assimismo los incómodos y peligros que ay en el tener. Otro tanto haziendo en la segunda parte, es a saber, mirar los cómodos y prouechos en el no tener, y asimismo, por el contrario, los incómodos y peligros en el mismo no tener.

4m. Perpendere quot tandem commoda vel adminicula mihi ad finem meum prosequendum accedent ex tali officio vel beneficio suscepto ; quot rursum ex eodem incommoda [43*r*] et pericula impendent. Praeterea, quot per oppositum, omisso illo, tam commoda et adminicula, quam discrimina et damna possim expectare.

182 *5º puncto.* Quinto. Después que así he discurrido y raciocinado a todas partes sobre la cosa propósita, mirar dónde más la razón se inclina ; y así, según la mayor moçión racional, y no moción alguna sensual, se deue hazer deliberación sobre la cosa propósita.

5m. His praemissis, ratiocinari in utranque partem, et iuxta ipsius rationis dictamen, seposito carnis appetitu omni, electionem concludere.

183 *6º puncto.* Sexto. Hecha la tal election o deliberación, deue yr la persona que tal ha hecho, con mucha diligencia, a la oración [29*r*] delante de Dios nuestro Señor y offrescerle la tal election, para que su diuina maiestad la quiera rescibir y confirmar, siendo su mayor seruitio y alabanza.

6m. Electione facta, ad orandum cito prosilire, et illam offerre Deo, perfecte demum, si ei placeat, recipiendam et stabiliendam.

A 36-37 prouechos o cómmodos] *transp. E D* || 37 se me siguen] *om.* me *E D* || 37-38 con el tener] *om.* el *B* || 40 nuestro Señor] *om. B* || 49 mismo] *om. B X* || 51 he discurrido y raciocinado] discurriendo y raciocinando *B* || 52-53 la cosa propósita] la cosa propuesta *bis B* || 56 se deue] *prius* se de *A, deinde add. sup. lin. ab amanuensi, ut videtur.* ue (deue) || 59 Sexto] *add.* assí *D* || 63 delante de] *om.* de *B* || 66 rescibir, confirmar *E D* || 67 mayor su *transp. B X*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Quartum. Consyderabo per rationis ductum quotnam fructus ac commoda oriantur ex acceptione officii vel beneficii propositi ad solam laudem Dei ac salutem animae meae. Et contra similiter consyderabo incommoda et pericula quae oriuntur ex acceptatione et retentione. Tantundem faciam in secunda parte, consyderando commoda et fructus quae oriuntur ex reiectione et refutatione, et per contrarium incommoda et pericula.

Quintum. Postquam ita investigavi et raciocinatus sum ad utramque partem super re proposita, consyderabo quonam magis flectatur ratio, et ita quanto maior fuerit motus rationis *et sine mixtione sensualitatis* debet fieri deliberatio super re proposita.

Sextum. Facta tali electione seu deliberatione, debet is, qui eam fecit, diligenter ad orationem recurrere ante conspectum Domini, et offerre illi talem electionem, ut divina maiestas dignetur illam recipere et confirmare, modo redundet in *ipsius* maius servitium et laudem.

Quartum. Considerabo per rationis ductum quotnam fructus ac commoda oriantur ex acceptatione officii vel beneficii propositi ad solam laudem Dei ac salutem animae meae. Et contra similiter considerabo incommoda et peri- [44*r*]cula quae oriuntur ex acceptatione et retentione. Tantundem faciam in 2.ª parte, considerando commoda et fructus quae oriuntur ex reiectione et refutatione, et per contrarium incommoda et pericula. **181**

Quintum. Postquam ita investigavi et ratiocinatus sum ad utramque partem super re proposita, considerabo quonam magis flectatur ratio, et ita *secundum maiorem motum* rationis et sine mixtione sensualitatis debet fieri deliberatio super re proposita. **182**

Sextum. Facta tali electione seu deliberatione, debet is, qui eam fecit, diligenter ad orationem recurrere ante conspectum Domini, et offerre illi talem electionem, ut divina maiestas dignetur illam recipere et confirmare, modo redundet in sui ipsius maius servitium et laudem. [44*v*] **183**

P1 89 quotnam] quosnam *E* ‖ 90 acceptatione] receptatione *E* ‖ 92 Dei *corr. ex* Domini Dei nostri ‖ 93 *post* Ft *del.* et similiter ‖ 95 *post* et pericula *del.* in reiciendo ; in re tali *E* 7-8 et sine mixtione sensualitatis *add. in P1 in spatio relicto vacuo* ad vertendum hispanum : « y no moción alguna sensual » ; et motus sensus minor *E* ‖ 13 *post* Domini *del.* Dei nostri ‖ 17 ipsius *sup. lin. pro* sui, *hoc verbo non deleto*

P2 6-7 secundum maiorem motum *corr. ex* quanto maior fuerit motus

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

184 EL SEGUNDO MODO PARA HAZER SANA Y BUENA ELECTIÓN CONTIENE EN SÍ 4º REGLAS Y VNA NOTA

1ª regla. La primera es, que aquel amor que me mueve y me haze eligir la tal cosa, descienda de arriba, del amor de Dios ; de forma que el que elige sienta primero en sí que aquel amor más o menos que tiene a la cosa que elige, es sólo por su Criador y Señor.

185 *2ª regla.* La 2ª, mirar a vn hombre que nunca he visto ny conosçido, y desseando yo toda su perfectión, considerar lo que yo le diría que hiziese y eligiese para mayor gloria de Dios nuestro Señor y mayor perfectión de su ánima ; y, haziendo yo asimismo, guardar la regla que para el otro pongo.

186 *3ª regla.* La 3ª, considerar, como si estuuiese en el artículo de la muerte, la forma y medida que entonces querría auer tenido en el modo de la presente electión ; y, reglándome por aquella, haga en todo la my determinación.

187 *4ª regla.* La 4ª, mirando y considerando cómo me hallaré el día del juizio, pensar cómo entonces

MODUS POSTERIOR BENE ELIGENDI, IN REGULAS 4 ET ADNOTATIONEM UNAM DISTRIBUTUS

Regula prima est, quod, cum oporteat per affectum ex Dei amore caelitus infusum fieri electionem, eligentem convenit persentiscere in se ipso, quod quicquid affectionis (sive multum, sive modicum sit) erga rem electam tenet, ex solius Dei amore et intuitu proficiscatur. [43*v*]

2ª est considerare, si quis mihi vir amicissimus, cui nihil non perfectionis inesse cupiam, occurreret dubius super electione huiusmodi ; quidnam ego illi decernendum maxime essem consulturus ; quo animadverso, agendum et mihi ducam, ut suaderem alteri. *

3ª. Mecum insuper reputare, si mors ingrueret, quem me mallem observasse modum in praesenti deliberatione ; iuxta hunc igitur eligendum nunc esse, facile intelligam.

4ª. Prospicere non minus, quando pro tribunali sistar iudicandus, quo me consilio hac in re usum

---

A 71 buena y sana *transp. B* || 76 del amor] de la amor *N* || 77 forma] *prius sic D, deinde del. et supra scribit* modo || 80 es solo] en solo *X* || 84 *ante* toda *add. in marg. (mal ?)* yo *A* ; yo toda su] yo tanto su *X* || 85-86 lo que yo le] yo lo que le *E D* || 96 querría] quería *B* || 99 la my determinación] *om.* la *E, totum om. B X* ||

V 89 *post* agendum *del.* id

* *In modo secundo bene eligendi. In secunda regula* : Secunda est considerare etc. ; *usque ad finem. Clarius ita verti potest ex autographo* : Secunda est considerare, si quis mihi vir antea ignotus et numquam plane visus, cui tamen nihil non perfectionis inesse cupiam, occurreret dubius circa electione huiusmodi, quidnam ego illi faciendum et eligendum ad maiorem Dei gloriam et maiorem animae illius perfectionem essem consulturus ; quo animadverso, id mihi agendum ducam, quod alteri suaderem.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

SECUNDUS MODUS AD FACIENDAM SANAM ET B O N A M ELECTIONEM CONTINET IN SE QUATUOR R E G U L A S ET UNAM A N NOTAT I O N E M

Prima est, quod ille amor movens et incitans me ad eligendum talem rem descendat de sursum ex amore Dei, ita *ut* is qui facit electionem sentiat prius in se quod ille amor intensior vel remissior, quem habet ad rem propositam quam eligit, sit solum propter Dominum suum et Creatorem.

Secunda est consyderare hominem quem numquam vidi nec cognovi, cuius ego plenam perfectionem desydero, *et* attendere quidnam suaderem [88*v*] illi eligendum et faciendum ad maiorem gloriam Dei et maiorem perfectionem animae suae ; ita similiter consyderabo me, observando pro me regulam, quam pro alio servar*em*.

Tertia. Consyderare me ac si essem in articulo mortis, ac formam et mensuram, quam tunc vellem tenuisse in modo praesentis electionis, et regulando me ad illam, ita faciam *omnino* meam determinationem.

Quarta. Attendere et consyderare me in die iudicii ; et cogitare quidnam tunc vellem deliberasse

SECUNDUS MODUS AD FACIENDAM SANAM ET BONAM ELECTIONEM CONTINET IN SE QUATUOR REGULAS ET UNAM ANNOTATIONEM 184

Prima est, quod ille amor movens et incitans me ad eligendum talem rem descendat de sursum ex amore Dei, ita ut is qui facit electionem sentiat prius in se quod ille amor intensior vel remissior, quem habet ad rem propositam quam eligit, sit solum propter Deum suum et Creatorem.

Secunda est considerare hominem, quem nunquam vidi nec cognovi, cuius ego plenam perfectionem desidero, et attendere quidnam suaderem illi eligendum et faciendum ad maiorem gloriam Dei et maiorem perfectionem animae suae ; ita similiter considerabo me, observando pro me regulam, quam pro alio servarem. 185

Tertia. Considerare me ac si essem in articulo mortis, ac formam et mensuram, quam tunc vellem tenuisse in modo praesentis [45*r*] electionis, et regulando me ad illam, ita faciam omnino meam determinationem. 186

Quarta. Attendere et considerare me in die iudicii ; et cogitare quidnam tunc vellem deliberasse 187

P1 20 BONAM *corr. ex* optimam || 21 REGULAS *corr. ex* notas || 22 ANNOTATIONEM *corr. ex* notam || 26 ut *corr. ex* quod || 31 Dominum *corr. ex* Deum Dominum || 36 et *add. sup.* || 43 servarem *corr. ex* servabam ; observabam *E* || 49-50 ita faciam omnino meam determinationem *corr. ex* ita faciam in omni mea determinatione

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

querría a b e r deliberado acerca la cosa presente ; y la regla, que en-[29*v*]tonces querría auer tenido, tomarla agora, porque entonces me halle con entero plazer y gozo.

188 *Nota.* Tomadas las reglas sobredichas para my salud y quietud eterna, haré my elección y oblación a Dios nuestro Señor,
183 conforme al 6º puncto del primer modo de hazer elección.

esse vellem ; quo agnito nunc utar, ut eo tempore magis sim securus.

Adnotandum est postremo, quod hisce regulis quatuor, propter salutem meam et animi quietem accurate servatis, debeo iuxta ultimum punctum modi praecedentis, electionem ipsam diffinire et offerre Deo comprobandam. [44*r*]

189 PARA EMENDAR Y REFORMAR LA PROPRIA VIDA Y ESTADO

Es de aduertir, que acerca de los que están constituidos en prelatura o en matrimonio (quier abunden mucho de los bienes temporales, quier no), donde no tienen lugar o muy prompta voluntad para hazer elección de las cosas que caen debaxo de elección mutable, aprouecha mucho, en lugar de hazer elección, dar forma y modo de enmendar y reformar la propria vida y estado de cada vno dellos ; es a saber, poniendo su creación, vida y estado para gloria y alabanza de Dios nuestro Señor y saluación
b de su propria ánima. Para venir y llegar a este fin debe mucho considerar y ruminar por los exercitios y modos de eligir, según que está declarado, quánta casa y familia deue tener, cómo

DE EMENDATIONE SEU REFORMATIONE CIRCA VITAE STATUM CUIVIS FACIENDA

Imprimis illud est advertendum, quod si quis vel matrimonio, vel officio dignitatis ecclesiasticae sit adstrictus (de temporalium vero bonorum quantitate, magna an parva sit non refert), unde ipsi non vacet aut parum libeat circa mutabilium rerum electiones versari ; operae pretium est earum loco methodum ei tradi seu formulam aliquam, ex qua vitam suam et statum proprium possit emendare.

Debet igitur quisquis eiusmodi conditionem sortitus est, ut finem creationis et vitae suae recte statuat ac sequatur, per exercitia supradicta et electionum modos attendere, atque ruminando sedulo colligere, quam amplam domum et familiam aequum sit se habere, quibus eam modis trac-

---

A 3 aber *add. in marg. mal in A ante verbum* deliberado | acerca *om. N*; deliberado acerca — querría auer] *om. B* || 7 me halle] me halla, *ut videtur, D* ; *om.* me *B retento sequenti* con || 9 Tomadas] Tomas [!] *X* || 16-17 Para reformar y emendar la propria voluntad y deseo *B* || 21-23 quier ... quier] *prius sic D, deinde bis corr. supra* aora ... aora || 22 abunde *E D* de bienes temporales quier que no *N* || 31 de cada] *om.* de *B* | es a saber *om. N* || 35-36 venir y allegar *E D*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

circa rem propositam; et regulam, quam tum vellem approbasse et acceptasse, eandem acceptabo modo, ut tunc possim esse ***plenus gaudio et letitia.***

Nota. Assumptis his regulis supradictis pro salute mea et quiete eterna, faciam electionem meam et oblationem mei faciam Domino Deo nostro ***iuxta*** sextum punctum primi modi faciendi electionem.

AD REFORMANDUM ET EMENDANDUM PROPRIAM VITAM ET STATUM

Est advertendum quod circa constitutos in praelatione vel in matrimonio (sive abundent bonis temporalibus, sive non abundent), qui non habent locum vel promtam voluntatem faciendi electionen eorum, quae cadunt sub electio***nem*** mutabi***lem***; expedit plurimum ***ut*** loco electionum detur aliqua methodus et forma emendandi et reformandi propriam cuiusque vitam et statum, quod fiet proponendo illorum creationem, vitam et statum debere esse ad gloriam et laudem Domini Dei nostri et ad propriam illorum salutem consequendam; et ut perveniant ad hunc finem, debet quis multum ruminare ac considerare in exercitiis et modis eligendi, ***ut declaratum est***, quantam domum et familiam habere debeat; quomodo regenda et gubernanda ***sit***;

circa rem propositam; et regulam, quam tum vellem aprobasse et acceptasse, eandem acceptabo modo, ut tunc possim esse plenus gaudio et letitia.

Assumptis his regulis supradictis pro salute mea et quiete aeterna, faciam electionem meam et oblationem mei faciam Domino Deo nostro iuxta sextum punctum primi modi faciendi electionem. **188** 183

AD REFORMANDUM ET EMENDANDUM PROPRIAM VITAM ET STATUM **189**

Est advertendum quod circa constitutos in praelatione vel in matrimonio, sive abundent bonis temporalibus, sive non abundent, [45*v*] qui non habent locum vel promtam voluntatem faciendi electionem eorum, quae cadunt sub electionem mutabilem; expedit plurimum ut loco electionum detur aliqua m e t h o d u s et forma emendandi et reformandi propriam cuiusque vitam et statum, quod fiet proponendo illorum creationem, vitam et statum debere esse ad gloriam et laudem Domini Dei nostri et ad propriam illorum salutem consequendam; et ut perveniant ad hunc finem, debet quis multum ruminare ac considerare in exercitiis et modis eligendi, ut declaratum est, quantam domum et familiam habere debeat; quomodo regenda et gu-

P1 58 plenus gaudio et laetitia *corr. ex* plene gaudens et laetabundus || 59 Nota *in marg.* || 63 iuxta *corr. ex* conformiter ad || 75 electionem mutabilem *corr. ex* electione mutabili *cf. nn.* 171, 173, 178, 189 || 76 ut *corr. ex* quod || 77 vel forma *E* || 78 propriam] proprie *E* || 87-88 ut declaratum est *in marg.*; *om. E* || 90 sit *add. sup. lin.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

la debe regir y gobernar, cómo la debe enseñar con palabra y con exemplo; asimismo de sus facultades, quánta debe tomar para su familia y casa, y quánta para dispensar en pobres y en otras cosas pías, no queriendo ny buscando otra cosa alguna, sino en todo y por todo mayor alabanza y gloria de Dios nuestro Señor. Porque piense cada vno que tanto se aprouechará en todas cosas spirituales, quanto saliere de su proprio amor, querer y interesse. [30*r*]

tare et administrare conveniat, quibus instruere verbis et exemplis, quantum praeterea de possessis facultatibus sumptum facere [~~44*v*~~] liceat in usus proprios sive domesticos; quid rursum pauperibus erogare, vel impendere piis operibus deceat, nihil affectando aliud nec quaerendo, nisi quod honorem Dei et salutem suam praestet. Hoc enim unusquisque persuasum habeat, tantum se in studiis spiritualibus promoturum esse, quantum ab amore sui ipsius, et commodi proprii affectatione sese abstraxerit. [45*r*]

✠

TERCERA SEMANA

TERTIA HEBDOMADA

190 *1° día.* LA PRIMERA CONTEMPLACIÓN, A LA MEDIA NOCHE, ES CÓMO XPO NUESTRO SEÑOR FUE DESDE BETHANIA PARA HIERUSALÉN A LA ÚLTIMA CENA INCLUSIUE, FO. 47, **286** LIT. A; Y CONTIENE EN SÍ LA ORACIÓN PREPARATORIA, 3 PREÁMBULOS, 6 PUNCTOS Y VN COLLOQUIO

PRIMA CONTEMPLATIO FIT MEDIA NOCTE, ET CONTINET ORATIONEM PRAEPARATORIAM, TRIA PRAELUDIA, SEX PUNCTA CUM UNO COLLOQUIO*

Oración. La sólita oración preparatoria.

191 *1° preámbulo.* El primer preámbulo es traer la historia; que

Oratio praeparatoria eadem quae semper.

Praeludium primum sumitur ex historia: quomodo Christus

A 42-43 con palabra y con exemplo] por palabra y con el exemplo *X* || 44 quánta] quánto *B X et sic etiam statim postea* | deve de tomar *D* || 46 dispensar] disponer *B* | en pobres y en] con los pobres y con *E D* || 47 pías *om. B* || 55 *Initio fol. 37r ad marg. sup.*: Tercera semana | de passión *A* (*et sic etiam usque ad fol. 33r inclusive*); *ad marg. initio num.*: La terza septimana *N manu amanuensis et iterum adhuc maN*; Tercera semana de Passión *D X* 57 *Titulus* Tercera semana *in A adest tantum in marg. superiore f. 30r* 60 se fue desde Bethania a Hierusalén *B* || 62 47, *maB suppl. locus vacuus in textu A* 63-65 y contiene en sí — y vn colloquio *om. X* || 66-67 La oración preparatoria será la sólita *X*

* *In tertia hebdomada. In titulo primae contemplationis*: Prima contemplatio fit in media nocte etc. *addatur ex autographo*: Prima contemplatio de Christi Domini nostri profectione a Bethania in Hierusalem et de gestis usque ad ultimam coenam inclusive, fit media nocte et continet orationem praeparatoriam.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

quomodo erudienda et verbo et exemplo ; item ex facultatibus suis quantum debeat sumere ad alendam [89*r*] familiam, quantum ad dispensandum in pauperes et in alia opera pia ; nihil aliud inquirendo et investigando in omnibus et ubique, quam gloriam et laudem Domini Dei nostri ; ut quilibet secum reputet quod tantum progressum faciet in spiritualibus omnibus, quantum expoliaverit se proprio amore, affectu et commoditate.

bernanda sit ; quomodo erudienda et verbo et exemplo ; item ex facultatibus suis quantum debeat sumere ad alendam familiam, quantum ad dispensandum in pauperes et in alia [46*r*] opera pia ; nihil aliud inquirendo et investigando in omnibus et ubique, quam gloriam et laudem Domini Dei nostri ; ut quilibet secum reputet quod tantum progressum faciet in spiritualibus omnibus, quantum expoliaverit se proprio amore, affectu et commoditate. [46*v*]

TERTIA HEBDOMADA

TERTIA HEBDOMADA 190

PRIMA CONTEMPLATIO, QUAE FIT IN MEDIO NOCTIS, FIET SUPER EGRESSU CHRISTI E BETHANIA IN HIERUSALEM, ULTIMAM COENAM INCLUDENDO, FOL. [97*r*] ; CONTINET IN SE PRAETER ORATIONEM PRAEPARATORIAM ET TRIA PRAEAMBULA, SEX PUNCTA ET UNUM COLLOQUIUM

PRIMA CONTEMPLATIO, QUAE FIT IN MEDIO NOCTIS, FIET SUPER EGRESSU CHRISTI E BETHANIA IN HIERUSALEM, ULTIMAM COENAM INCLUDENDO, FOL. [71*v*] ; CONTINET IN SE PRAETER ORATIONEM PRAEPARATORIAM ET TRIA PRAEAMBULA, SEX PUNCTA ET UNUM COLLOQUIUM 286

Eadem quae solita est, erit oratio praeparatoria.

Primum praeambulum est adducere historiam, quae *nunc* erit consyderare Christum egredientem a Bethania, et mittentem duos

Eadem quae solita est, erit oratio praeparatoria.

Primum praeambulum est ad- 191
ducere historiam, quae nunc erit considerare Christum egredientem a Bethania, et mittentem

P1 92 *post* item *del.* similiter || 93 sumere *corr. ex* assumere || 15-16 Oratio eadem quae solita est *E* || 18 nunc *corr. ex* ad praesens || 20 et mittentem *om. E*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Undecima. Laudanda doctrina scholastica et positiva ; quia sicut magis proprium est doctorum positivorum, ut Augustini, Hieronymi, Gregorii etc., excitare affectus, ut super omnia diligant Deum et illi inserviant, ita doctorum scholasticorum, ut divi Thomae, Bonaventurae, Magistri sententiarum etc., magis proprium est diffinire res necessarias ad salutem eternam, et impugnare et propalare omnem falsitatem et erroneam doctrinam cum suis fallaciis quibus tegitur ; quia doctores scholastici, cum sint magis moderni, non solum muniuntur vera intelligentia Sacrae Scripturae et positivorum doctorum doctrina, verum etiam ipsimet, illuminati et illustrati virtute divina, [107*v*] utuntur conciliis, constitutionibus et canonibus sanctae matris nostrae Ecclesiae.

Undecima. Laudanda doctrina **363**
scholastica et positiva ; quia sicut magis proprium est doctorum positivorum, ut Augustini, Hieronimi, Gregorii etc., excitare affectus, ut super omnia diligant Deum et illi inserviant, ita doctorum scholasticorum, ut divi Thomae, Bonaventurae, Magistri sententiarum etc., magis proprium est diffinire res necessarias ad salutem eternam, et impugnare et propalare omnem falsitatem et erroneam doctrinam cum suis fallaciis quibus tegitur ; quia doctores scholastici, cum sint magis moderni, non solum muniuntur vera intelligentia Sacrae Scripturae et positivorum doctorum doctrina, verum etiam ipsimet, illuminati et illustrati virtute divina, utuntur conciliis, constitutionibus et canonibus sanctae [93*v*] matris nostrae Ecclesiae.

Duodecima. Debemus attendere ne faciamus comparationes, neve conferamus eos qui nunc inter vivos agunt, cum beatis iam vita functis, quia non parvus error committitur dicendo : hic est doctior Augustino, est alter Franciscus vel plusquam Franciscus, est alter divus Paulus in bonitate et sanctitate.

Decima tertia. Debemus super omnia hoc servare, ut recte sapiamus, quod id quod ego album video, credam esse nigrum, si ita

Duodecima. Debemus attendere ne faciamus comparationes, neve conferamus eos qui nunc inter vivos agunt, cum beatis iam uita functis, quoniam non parvus error committitur dicendo : hic est doctior Augustino, est alter Franciscus vel plusquam Franciscus, est alter divus Paulus in bonitate et sanctitate. **364**

Decima tertia. Debemus super omnia hoc servare, ut recte sapiamus, quod id quod ego album video, credam esse nigrum, si ita

P2 49 etc. *add. mP* || 66 conciliis *ex P1*, consiliis *P2*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

lo blanco que yo veo, creer que es negro, si la Yglesia hierárchica assí lo determina ; creyendo que entre Xpo nuestro Señor, esposo, y la Yglesia, su esposa, es el mismo espíritu que nos gouierna y rige para la salud [62*v*] de nuestras ánimas, porque por el mismo Spíritu y Señor nuestro, que dio los diez mandamientos, es regida y gobernada nuestra sancta madre Yglesia.

formesque simus ; si quid, quod oculis nostris apparet album, nigrum illa esse difinierit, debemus itidem quod nigrum sit pronuntiare. Indubitate nanque credendum est, eundem esse Domini nostri Iesu Christi et Ecclesiae orthodoxae sponsae eius Spiritum, per quem gubernamur ac dirigimur ad salutem ; neque alium esse Deum, qui olim tradidit decalogi praecepta, et qui nunc temporis Ecclesiam hierarchicam instruit atque regit.

366 *14ª*. Dado que sea mucha verdad que ninguno se puede saluar sin ser predestinado, y sin tener fe y gracia, es mucho de aduertir en el modo de hablar y comunicar de todas ellas.

14ª. Advertendum quoque est, etiam si plane compertum definitumque esset[1], nemini contingere salutem nisi praedestinato ; circum-[81*v*]specte tamen super hoc loquendum esse, ne forte gratiam seu praedestinationem Dei nimis extendentes, liberi arbitrii vires et operum bonorum merita excludere velle videamur ; vel e converso, ne plus aequo hisce tribuentes, illis interim derogemus.

367 *15ª*. No debemos hablar mucho de la predestinación por uía de costumbre ; mas si en alguna manera y algunas vezes se hablare, así se hable que el pueblo menudo no venga en eror alguno, como algunas vezes suele, diziendo : si tengo de ser saluo o condemnado, ya está determinado, y por my bien hazer o mal no puede ser ya otra cosa ; y con esto entorpeçiendo se descuydan en las obras que conduzen a la salud y prouecho **spiritual** de sus ánimas.

15ª. Similem ob causam frequens de praedestinatione sermo habendus non est ; sique incidat nonnunquam, ita temperari decet, ut nulla plaebi audienti detur occasio erroris, ac dicendi : Si de salute mea vel damnatione iam definitum est, sive male sive bene agam, aliter evenire non potest ; unde solent multi opera bona negligere, et alia subsidia salutis.

A 31 hierárchica] Iherarchía *X* || 34 esposo *om. X* || 36 rige] rize *N* || 44 mucha] mucho *B* || 48 *post* aduertir *del.* que *A* || 49 y comunicar] *om. B* || 62 eror *A* || 62-63 algunas vezes] alguna vez *B* || 66 o mal] *add.* hazer *X* || 69 *prius* conduçen *A* || 70 spiritual] *add. sup. lin. mal A*

[1] Vide sup. p. 136-139.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Ecclesia hierarchica ita diffiniret esse; cum credamus quod in Christo Domino et sancta Ecclesia idem resideat Spiritus Sanctus, qui nos docet et dirigit in salutem animarum nostrarum; quia per eundem Spiritum ac Dominum, qui dedit decem praecepta, regitur ac gubernatur sancta mater Ecclesia.

Ecclesia hierarchica diffiniret esse; cum credamus quod in Christo Domino et sancta Ecclesia idem resideat Spiritus Sanctus, qui nos docet et dirigit in salutem animarum nostrarum; quia per eundem Spiritum ac Dominum, qui dedit decem praecepta, regitur ac gubernatur sancta mater Ecclesia.

Decima 4ª. Quamquam verissimum sit neminem salvari non praedestinatum et privatum gratia, est tamen multum advertendum in modo loquendi, ne dum plurimum praedestinationi et gratiae tribuamus, vires et conatus liberi arbitrii infringamus; vel dum nimium extollimus liberi arbitrii vires, gratiae Iesu Christi deroges.

Decima 4ª. Quanquam verissimum sit neminem [94*r*] salvari non praedestinatum et privatum gratia, est tamen multum advertendum in modo loquendi, ne dum plurimum praedestinationi et gratiae tribuamus, vires et conatus liberi arbitrii infringamus; vel dum nimium extollimus liberi arbitrii vires, gratiae Iesu Christi derogemus. **366**

Decima quinta. Non debemus saepius de praedestinatione facere sermonem ex usu et consuetudine; sed si interdum id nos facere contingat, ita faciamus ne populus indoctus ex plebecula in errorem aliquem incidat, sicut solet aliquando reputare secum: si salvari debeo vel condemnari, iam actum est et diffinitum apud Deum, nec propter mea bona vel mala opera mutari potest voluntatis divinae diffinitio; et ex hac doctrina torpescunt et fiunt negligentes ad bona opera, quae inducunt [108*r*] ad salutem et fructum animarum.

Decima quinta. Non debemus saepius de praedestinatione facere sermonem ex usu et consuetudine; sed si interdum id nos facere contingat, ita faciamus ne populus indoctus in errorem aliquem incidat, sicut solet aliquando reputare secum: si salvari debeo vel condemnari, iam actum est et diffinitum apud Deum, nec propter mea bona vel mala opera mutari debet voluntatis divinae diffinitio; et ex hac doctrina torpescunt et fiunt negligentes ad bona opera, quae inducunt ad salutem et fructum animarum. **367**

P2 3 derogemus *corr. mP ex* deroges || 9 *post* indoctus *del.* ex plebecula

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

368 *16ª*. De la misma forma es de aduertir que por mucho hablar de la fe y con mucha intensión, sin alguna distinctión y declaración, no se dé ocasión al pueblo para que en el obrar sea torpe y perezoso, quier ante[s] de la fe formada en charidad, o quier después. [63*r*]

369 *17ª*. Assimismo, no debemos hablar tan largo, instando tanto en la graçia, que se engendre veneno para quitar la libertad. De manera que de la fe y gracia se puede hablar quanto sea possible, mediante el auxilio diuino, para mayor alabanza de la su diuina maiestad ; mas no por tal suerte ny por tales modos, mayormente en nuestros tiempos tan periculosos, que las obras y líbero arbitrio resçiban detrimento alguno, o por nichilo se tengan.

370 *18ª*. Dado que sobre todo se ha de estimar el mucho seruir a Dios nuestro Señor por puro amor, debemos mucho alabar el temor de la su diuina maiestad ; porque no solamente el temor filial es cosa pía y sanctíssima, mas aun el temor seruil, donde otra cosa mejor o más útil el hombre no alcanze, ayuda mucho para salir del peccado mortal ; y, salido, fácilmente viene al temor filial, que es todo acepto y grato a Dios nuestro Señor, por estar en vno con el amor diuino.

16ª. Accidit etiam non raro, ut ex immodica fidei praedicatione et laude, adiecta distinctione aut explicatione nulla, ansam arripiat populus torpescendi circa bona quaelibet opera, quae fidem praeeunt aut sequuntur, charitatis nexu efformatam. [82*r*]

17ª. Neque itidem praedicandae et inculcandae gratiae Dei usque adeo insistendum fuerit, ut serpere inde possit auditorum animis letalis error, negata liberi arbitrii nostri facultate. De gratia ergo ipsa diffuse quidem loqui fas est, Deo adspirante, sed quatenus in gloriam eius uberiorem redundat ; idque iuxta modum convenientem, nostris praesertim temporibus tam periculosis, ne et liberi arbitrii usus, et operum bonorum efficacia tollatur.

18ª. Quanvis summe laudabile sit atque utile, ex dilectione pura inservire Deo ; nihilominus tamen valde commendandus est maiestatis divinae timor, neque porro is timor solum, quem filialem appellamus, qui pius est ac sanctus maxime ; verum etiam alter servilis dictus, quippe qui homini utilis est admodum et saepenumero necessarius, ut a mortali peccato, quando incidere contingit, resurgere [82*v*] prompte studeamus ; a quo dum erimus immunes atque alieni, facilis pa-

---

A 72 16ª] 15ª *X* (*duabus precedentibus regulis in unam* 14ª *coniunctis*) ‖ 78 antes] *charta corrosa A* ‖ 79 formada y charidad y quier *B* ‖ 81 17ª] 16ª *X* ‖ 84-85 De la manera *X* 85 de la fe] *om.* de *N* ‖ 86 quanto] quando *X* ‖ 88 de la su] *om.* la *E* ‖ 91 periculosos *om. B* ‖ 93 resçiban] reciben *N* ‖ 95 18ª] 17ª *X* ‖ 99 de la su diuina maiestad] *om.* la *E D*, de Dios *X* ‖ 5 salir del] sallir el *N* ‖ 6 viene al] viene el *E D*

V 74 *post* laude *del.* nulla ‖ 85 negata *corr. ex* pernegata

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Decima sexta. Eodem modo cavendum est ne ex frequenti et saepe repetito sermone de fide et intense inculcato sine aliqua distinctione et declaratione, exhibeatur plebeculae indoctae occasio torpescendi circa bona opera, et illa negligendi, sive ante fidem charitate affectam, sive postea.

Decima septima. Eodem modo, non ita prolixe agendum in sermone quem de gratia facimus, ut pariatur venenum negandi libertatem ; ita quod de fide et gratia quantum fieri potest cum Dei auxilio, verba facere possumus ad maiorem Dei omnipotentis gloriam ; sed non ita nec talibus viis et modis, maxime in his nostris temporibus periculosis, quod operibus bonis ac libero arbitrio detrahatur et veniat in despectum.

Decima octava. Quamquam super omnia aestimare debeamus servitium quod propter purum amorem divinae maiestatis Deo ipsi impendimus, debemus tamen laudare timorem sanctum Dei omnipotentis ; quia non solum timor filialis est pius et sanctus, verum etiam timor servilis, qui ubi nil aliud utilius et expedientius offeratur, confert ad detestandum peccatum mortale, a quo cum fuerimus alieni et iam expoliati, facile pervenitur ad timorem filialem, omnino acceptum ac gratum Deo, quia insimul manet cum amore Dei.

Decima sexta. Eodem modo ca- **368**
vendum est ne ex [94*v*] frequenti et saepe repetito sermone de fide et intense inculcato, sine aliqua distinctione et declaratione, exhibeatur plebeculae indoctae occasio torpescendi circa bona opera, et illa negligendi, sive ante fidem charitate *fo*[*r*]*matam* sive postea.

Decima 7ª. Eodem modo non **369**
ita prolixe agendum in sermone, quem de gratia facimus, ut pariatur venenum negandi libertatem ; ita quod de fide et gratia, quantum fieri potest cum Dei auxilio, verba facere possumus ad maiorem Dei omnipotentis gloriam ; sed non ita nec talibus viis et modis, maxime in his nostris temporibus periculosis, quod operibus bonis ac libero arbitrio detrahatur et veniant in despectum.

Decima 8ª. Quanquam super **370**
omnia estimare debeamus servitium quod propter purum amorem divinae maiestatis Deo ipsi impendimus, debemus tamen laudare timorem sanctum Dei [95*r*] omnipotentis ; quia non solum timor filialis est pius et sanctus, verum etiam timor servilis, qui ubi nil aliud utilius et expedientius offeratur, confert ad detestandum peccatum mortale, a quo cum fuerimus alieni et iam expoliati, facile pervenitur ad timorem filialem omnino acceptum ac gratum Deo, quia simul manet cum amore Dei.

P2 28 fidem charitate formatam *corr. mP ex* fidem et charitate affectam.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Finis.

tebit ascensus ad timorem illum filialem Deo penitus acceptum, qui nobis cum ipso Deo unionem amoris praestat et conservat.

Legimus spiritualia haec exercitia, placentque nobis valde, et digna iudicamus quae ab omnibus orthodoxae fidei cultoribus recipiantur et magni fiant.

I[OANNES] CARDINALIS BURGENSIS

Cum nequeat subsistere diu christiana religio sine exercitiis et meditationibus aliquibus spiritualibus, in meditatione enim, inquit vates, exardescit anima mea, nullas arbitror magis opportunas iis, quae proculdubio ex scripturarum studiis et longo rerum usu, natae sunt.

F. AEGIDIUS FOSCARARIUS
Magister sacri palatii

Concedimus ut opus hoc, omni laude dignum et christianae professioni valde proficuum, imprimatur.

PH[ILIPPUS] VIC[ARIUS]

A 10 Finis] Amén. Telos *N* (*sequuntur duae pag. purae et deinde maN pro verbis del. quae legi nequeunt*: exercitia spiritualia ex exemplari .p. ignatij; finis. Laus Deo Op. Max. *E D*; *om.* Finis *B* (*et add.* Meditación de la muerte. Contiene en sí la oración preparatoria y dos preámbulos y siete punctos y vn quolloquio, *quae omnia explanantur in X sic*: Todo esto que está dicho pertenece a los exercitios de nostro Padre S. Ignacio de sacrosanta memoria. Los quales por orden que está dicho aprouó y confirmó con una bulla nuestro mui santo padre Pío papa quarto, anno de 1560 a 19 días del mes de nobienbre... digo que aprouó todo lo dicho porque el exercitio de la muerte y juicio no fueron aprouados porque no son de nuestro Padre ignatio y el papa solo aprouó los que de nuestro padre se le dieron y ansí en los aprovados exercitios bienen estos dos al cabo de todo. Finis.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Laus Deo

Scripta fuerunt ista exercitia anno domini 1541, die nono iulii, Romae.

APPROBATIONES

Legimus omnia in volumine hoc digesta, nobisque valde placuerunt et ad animarum salutem imprimis conducibilia sunt visa.

Car.lis Burgen.

[95*v*]

Non poterunt tam sancta exercitia non maximum commodum praestare cuilibet studioso, ideo obviis etiam ulnis amplectenda sunt.

F. Egidius Foscararius,
Magister Sacri Pal.

Concedimus ut opus hoc omni laude dignum et xpiane. professioni valde proficuum imprimatur.

Ph. Vic.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

TEXTUS ACCOMMODATI

TEXTUS IOANNIS HELYARIS (JOHN HELYAR) = *H*

Lutetiae circa a. 1535

EDITIO: MI, *Exercitia*, 624-648.

BIBLIOGRAPHIA: MI, *Exercitia*, 207-209 (descriptio codicis *Reginensis 2004*); 569-573 (examen documenti); CALVERAS, *Estudios sobre la redacción de los textos latinos de los Ejercicios anteriores a la Vulgata*, in AHSI, 31 (1962) 12-27; DALMASES, *Los estudios del P. Calveras ...*, in *Manresa*, 37 (1965) 398-400; H. DE VOCHT, *Monvmenta Hvmanistica Lovaniensia* (Louvain 1934). De Helyare agit pp. 585-608; H. THURSTON, *The first Englishmen to make spiritual Exercices*, in *The Month*, 142 (1923). Cf. etiam CREHAN, *Saint Ignatius and Cardinal Pole*, in AHSI, 25 (1956) 72-98; V. LARRAÑAGA, *La revisión total de los Ejercicios de San Ignacio, ¿en París o en Roma?*, in AHSI, 25 (1956) 403-410, 412.

Introductio

I. — AUCTOR. Ioannes Helyar (Heliar, ipse latine nomen suum scribebat Heliares)[1], sacerdos anglus, natus c. 1502, studia peregit Oxonii, in collegio « Corpus Christi », ubi discipulus fuit Ludovici Vives, qui a. 1523 ibi humaniores litteras docere coepit[2]. Gradus obtinuit: anno 1524, B. A; anno 1525, M. A.[3]; anno 1532, B. D.[4] Peritus fuit linguae latinae, graecae et hebraicae. Sacerdotio auctus, factus est vicarius in East Meon et rector in Warblington (in Hampshire orientali), ubi propinqui Reginaldi Pole commorabantur. Ingruente persecutione in eos qui a rege Henrico VIII dissentiebant,

---

[1] Vide litteras ad Ludovicum Vives apud DE VOCHT, p. 594.

[2] F. WATSON, *Les relacions de Joan Lluís Vives amb els Anglesos i amb Angleterra*, (Barcelona 1918) p. 80 ss.

[3] H. THURSTON, *The first Englishman to make spiritual Exercices*, in *The Month*, 142 (1923) 337.

[4] *The English Hospice in Rome* (Rome 1962), p. 205.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

anno 1534 vel 1535, mense maio [5], Helyar, solo patrio relicto, Lutetiam petiit. Annus non certo constat. Servatur epistola Stephani Gardiner, episcopi Winchesteriensis, ad Cromwell, data die 26 iulii (sine anno), ubi eum certiorem facit « ... of the departure out of the realme of the vicar of East Meon, in such fashion as I like not » [6]. Editor huius epistolae primum ei assignavit annum 1534 [7], sed postea ei suffecit annum 1535 [8]. Re vera, annus 1535 probabilior videtur [9], inter alia indicia, quia primis huius anni mensibus persecutio ingravescere coepit. A die 1 februarii 1535 traditores reputati sunt qui de rege male sentirent. Inde a verno tempore in exsecutionem deducta est « Act of Supremacy », quae res probabiliter Helyarem movit ad fugiendum ex Anglia [10]. Lutetiae Helyar sua studia exegetica et patristica prosecutus est, quorum vestigia habemus in eius codice manuscripto. Graves nuntii ad eum delati de rebus Angliae, ubi 22 iunii Ioannes Fisher et 6 iulii Thomas More supplicium extremum subierunt, Helyarem movit ad quaerendam amicitiam virorum spiritualium, atque haec videtur ei fuisse occasio Exercitia faciendi [11]. Si Helyar in Galliam venit a. 1534, potuit adhuc Exercitia peragere sub sancti Ignatii ductu, minime vero si, ut probabilius videtur, Lutetiam tantum a. 1535 pervenit, et quidem mense maio, ut diximus, quia sanctus Ignatius mense aprili Lutetia cesserat Hispaniamque petierat. Magister illi fuit aliquis ex Ignatii sociis, cum omni probabilitate beatus Petrus Favre. Scimus Fabrum Exercitia tradere solitum esse. Adde indicium: In secundo puncto prioris partis meditationis duorum Vexillorum [141] textui typico addit Helyar: « Unicuique assignatus est malus angelus a diabolo, sicut bonus a Deo ». Noscenti devotionem beati Fabri erga angelos custodes, verisimile est hoc additamentum ab eo provenire. Helyaris Exercitia fieri debuerunt tempore autumnali, saltem ante diem 15 novembris 1536, quia eo die Ignatii socii omnes Lutetiam reliquerunt, Venetias petentes. Ante hoc tempus etiam Helyar ex urbe Lutetia Lovanium se contulit, ut in dominio imperatoris Caroli V, qui bellum inierat cum rege Galliae pro possessione ducatus Mediolanensis, securius sua studia prosequi posset. Haec translatio facta est in finem labente a. 1535 vel ineunte 1536, habemus enim notam Helyaris Lovanii scriptam, die 26 ianuarii huius

---

[5] DE VOCHT, p. 600.
[6] THURSTON, p. 341.
[7] *Letters and papers of Henry VIII*, vol. VII, 639.
[8] Ib. vol. VIII, 493; cf. THURSTON, 341.
[9] Ita etiam existimat DE VOCHT, p. 601[1].
[10] Ib. p. 602.
[11] Ibid.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

anni [12]. Mense martio 1537 inde scripsit ad Ludovicum Vives [13]. Scimus eum adhuc Lovanii versatum esse mense iulio [14]. Eodem anno, tempore autumnali, Romam venit cum suo amico et protectore Reginaldo Pole, qui die 22 decembris praecedentis anni, a Paulo III cardinalis creatus fuerat. Anno 1538, mense martio, ipse Paulus III Reginaldum Pole tamquam « custodem » et Ioannem Helyarem « camerarium » Hospitii Anglici in Urbe recipi fecit [15], ipsumque Helyarem paenitentiarii munere insignivit [16]. Helyar sine dubio Romae mortuus est in finem vertente a. 1541, quia die 21 decembris cardinalis Pole scripsit litteras, quibus de successore ei quaerendo in munere paenitentiarii agebatur [17].

II. — TEXTUS DESCRIPTIO. Hic textus *Exercitiorum*, omnium antiquissimus qui hucusque servantur, invenitur in Bibliotheca Apostolica Vaticana, codice signato: *Regin. lat. 2004*, ff. 24*r*-34*r* et 55*v*-56*r*. Codex hic decursu temporis pertinuit ad conventum Theatinorum Sancti Silvestri in Quirinali (Romae), unde transmissum est in Bibliothecam Vaticanam, ubi inter codices *Reginenses* servatur, etiamsi, ut videtur, numquam ad reginam Christinam Sueciae pertinuerit. Hunc codicem, annotationes personales autographas Ioannis Helyaris continentem, descriptum vide supra, (*Codicum descriptiones*). *Exercitia* inveniuntur inter textum graecum homiliae sancti Basilii in verba libri Proverbiorum (6,4): « Ne dederis [*ms.* des] somnum oculis tuis » et latinam versionem tractatus cuiusdam sancti Ioannis Chrysostomi, qui transcriptionem *Exercitiorum* interrumpit. Post eum, f. 55*v*, continuantur usque ad fol. 56*r*, ubi continentur « Additiones ».

Textus hic a Rev.do Domino Ioanne Mercati, postea cardinali, inventus est, qui illum Patri Petro Tacchi Venturi transmisit. Hic Pater de eo notitiam dedit in sua *Storia della Compagnia di Gesù in Italia*, II/1, altera editione (a. 1550), 36[2]. Ipse Tacchi Venturi Helyaris textum patri Arturo Codina, *Exercitiorum* editionem tunc paranti notum fecit, isque illum typis mandavit in volumine MHSI, *Exercitia*, 624-648.

Textus est totus autographus. Etiam additiones marginales et supra lineam, Helyaris manu scriptae sunt. In verbis inter lineas scriptis tres casus distingui possunt: 1) Verba prioris redactionis delentur, eisque nova sufficiuntur. Ex. gr. fol. 29*v*, « paupertatem »

[12] Ibid., 594.
[13] Vide textum harum litterarum apud DE VOCHT, p. 592-594.
[14] DE VOCHT, p. 595.
[15] *The English Hospice*, p. 269.
[16] Ibid.
[17] Ibid. p. 205.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

pro « potestatem ». 2) Linea subducta notantur verba prius scripta. 3) Verba supra et subtus scripta intacta relinquuntur, ex. gr. : « contemptus sui » supra verbum « humilitas ». In hoc casu nos verbum supra lineam scriptum adhibemus, et in apparatu critico illud quod subtus est indicamus.

Saepe non iam unum aut alterum verbum mutatur vel additur, sed verae glossae inter lineas inseruntur, ex. gr. fol. 24*r* : « Omnia nostra, tam interiora quam exteriora, *memoriam, intellectum, voluntatem et affectum, totam denique animam et corpus ac membra ipsius et alia bona* dimittamus in manibus eius ». Italicis typis notavimus verba superaddita priori redactioni. Hac ratione saepe inducuntur Sacrae Scripturae vel ecclesiasticorum scriptorum auctoritates, rem expositam confirmantes.

In aliquibus documentis, ut sunt meditationes de Incarnatione et Nativitate Domini, non iam adsunt glossae interlineares vel ad marginem positae, sed ipse textus glossas continet. En tibi exemplum, in quo typis italicis notamus glossas, non superadditas sed in ipso textu contentas : [113] « Tertium praeludium. Petam a Deo *instantissime* ut dignetur mihi concedere internam *suae nativitatis* cognitionem, quando pro me *natus est loco tam humili et tam abiecto, ita ut non haberet ubi caput reclinaret. Bos et asina anhelito praesepe calefaciebant, ita ut animalia rationis expertia Creatorem mundi cognoscerent, ubi nec Israel nec ego cognovi. Ad haec diligenter advertam*, ut illum amen et magis illi *studeam placere* » (f. 28*v*).

Ratio procedendi Helyaris in his verbis inter lineas vel ad marginem positis tripliciter explicari potest : 1.° Helyar prius textum sibi traditum exscripsit, quem postea emendavit vel ampliavit ope alius textus coram habiti. 2.° Textum ampliavit vel mutavit secundum ea quae ore ab eius directore Helyari tradita sunt. 3.° Textum sibi datum Helyar proprio marte mutavit vel auxit.

Patres Thurston et Calveras priorem hypothesim malunt, sed ei opponitur difficultas : saepe ea quae ab Helyare textui typico adduntur talia sunt, quae non parum ab Ignatii usu aberrare videantur. Legatur ex. gr. compositio loci exercitii de Incarnatione [103] prout ab Helyare et prout a Versione prima exprimitur :

Helyar, fol. 28*r*	Versio Prima (*P1*)
Secundum praeludium est compositio loci. Hic erit contemplari magnam mundi planiciem, et fenestras adornatas in coelo, ut commodius res valeam contemplari ; et domum Virginis Mariae mente etiam compo-	Secundum compositio loci, quae hic erit attendere magnam capacitatem ac planitiem mundi, habitatam a tam diversis gentibus ; similiter erit attendere domum ac cubiculum Dominae nostrae Mariae Virginis,

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

nam, ut solet architectus. Dixi superius videre magnam mundi planiciem ad hunc finem, ut cum maiori facilitate possim considerare et imaginari tantas et tam diversas gentes super planitiem mundi, non ut terra plana sit, sed rotunda, ut doctores ostendunt. Dixi etiam fenestras adornatas esse in coelo, non ut sint, nec illis egeant tres Personae divinae, ut in illis manendo valeant melius videre res istas inferiores ; sed hoc dixi, ut commodius res contemplemur et imaginemur. considerando eas hoc vel illo modo, ut magis ad eas afficiamur ; contemplabimur tres illas Personas divinas in illa forma, in qua magis ab amore terreno nos distrahant.

civitatis Nazareth, in provincia Galileae.

Discrimen evidens est ; et nota quidem fragmentum hoc continenter ab Heliare scriptum esse, non addendo textui breviori glossas marginales vel interlineares ; signum est, etiam in his locis continenter scriptis, Helyarem aliqua textui sibi proposito addidisse, vel sequens sui directoris amplificationem, vel sua sponte.

Ex alia parte, examinato codice Helyaris apparet eum solitum esse annotationes marginales textibus sanctorum Patrum et aliorum a se descriptis apponere solitum esse. Nihil mirum si idem fecit cum *Exercitiis*. Item, usus scribendi unum verbum supra aliud, neutro deleto, quasi Helyar anceps esset de verbo seligendo, invenitur etiam in eius scriptis privatis, ut sunt epistolae.

Unde videtur probabilius Heliarem transcripsisse quidem *Exercitia* e textu sibi commodato, sed ei addidisse glossas, vel sequens directoris sui explanationem, vel potius prout ei in mentem veniebant ; quod mirum non est, attenta indole voluminis Helyaris, qui notas personales tantum continet, nulli exhibendas. Quid sit eius, quid vero e textu praehabito desumptum sit, sine magna difficultate apparet comparanti Helyaris scriptum cum textibus typicis, ut sunt Versio prima et textus Autographus.

III. — Tempus compositionis. Acta vitae Helyaris, de quibus breviter sub n.º 1 egimus, excludunt hypothesim secundum quam Helyar fecit exercitia Venetiis anno 1536 vel 1537. Hoc tempore versabatur ille Lovanii. Asserere licet Helyarem *Exercitia* exscripsisse dum Lutetiae, per aliquot menses, anno 1535 inde a mense maio, commoratus est. Tempus autumnale a. 1535 cum magna probabili-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tate assignari potest. His quae scimus ex Helyaris vita hoc additur indicium: scimus eius codicem manuscriptum, ubi sunt *Exercitia*, exaratum esse annis 1535-1537, scilicet eo tempore quo Helyar Lutetiae et Lovanii studiis perficiendis operam navabat. Codice inspecto apparet eum inde ab initio fuisse compactum et religatum prout nunc servatur, et Helyarem in eo continenter annotationes suas scripsisse. Iam, annotationes de *Exercitiis* habentur foliis 24-34, 55-56, scilicet in priore parte codicis, qui 159 folia habet.

IV. — Gradus applicationis Exercitiorum. Summa textus Helyaris. Textus Helyaris dici nequit mutilus. Est potius textus «accommodatus», referens eas *Exercitiorum* meditationes et documenta, quae ea peragenti tradita sunt. Helyaris textus habet primam hebdomadam, auctam complementis ex aliis hebdomadis desumptis. Post titulum: *Principia utilia iis qui spiritualium meditationum stadium ingressuri sint*, habet, fol. 24*r*: Annotationem quintam; Principium et fundamentum; Praesupponendum. Notandum est haec tria documenta ope numerationis: primo, secundo, tertio, coordinari, ac si essent *Exercitiorum* elementa praevia. — Ff. 24*v*-25*r*: sub titulo *Examen generale*, traditur doctrina, aliquanto contracta, de peccatis cogitatione, verbo et opere commissis, quam sequitur modus faciendi examen conscientiae. Ff. 25*r*-27*r*: quinque exercitia primae hebdomadae, omisso tamen hoc titulo; incipit simpliciter *Primum exercitium*. Post secundum exercitium sequitur, non numerata, *Meditatio poenarum inferni*. Tertium et quartum exercitium sunt repetitiones meditationum de peccatis. F. 27*v* titulus: *Exercitia 2ae hebdomadae sunt quae sequuntur*. Primum meditatio de Regno Christi; ff. 28*r*-29*r*: contemplationes de Incarnatione et Nativitate Christi; ff. 29*r*-30*r*: meditationes *duorum vexillorum* et *trium hominum binariorum*. Non proponuntur nec repetitiones nec sensuum applicationes pro his contemplationibus neque aliae meditationes secundae hebdomadae. Deest etiam nota finalis binariorum. F. 30*r* datur compendium de electione deque tribus temporibus eam faciendi, ubi explicatur quid sit consolatio, quid desolatio (f. 30*r*); quattuor regulae ad eligendum (f. 30*r*); tres gradus humilitatis (f. 30*v*); regulae observandae tempore desolationis (f. 30*v*); item alia de electione (f. 30*v*). Haec materia duobus diebus, aut eo minus, absolvi poterat.

Tertiae hebdomadae dies integer assignatur, sex propositis exercitiis, quibus integra Iesu Christi Passio comprehenditur (f. 31*r*). Contemplatio de cena Domini praebet formam seu methodum pro aliis.

Ultimus dies Resurrectioni Domini dicatur (f. 31*v*). Deest contemplatio ad amorem. Compendio traduntur tres orandi modi (f. 32*r*). De spirituum discretione indicatur, ad finem, distinctio inter consola-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tionem cum causa et sine causa. Ad discernendam veram consolationem normae quaedam traduntur (f. 33*r*). Integer propositus labor septem octove diebus absolvi potuit.

Tamquam media «post exercitia ad conservandum spiritum» (f. 32*v*) commendantur : examen conscientiae bis in die faciendum, confessio et communio hebdomadaria, Missae celebratio saltem semel in hebdomada, si sacerdos sit, hora quotidiana meditationis et contemplationis, secundum varios modos orandi facienda, et per contemplationem mysteriorum vitae Christi. Tandem commendatur amicitia cum sociis eiusdem propositi, eligendo optimos, eosque, qui aliter sentiunt, vitando.

V. — LABOR ACCOMMODATIONIS. Documenta ex *Exercitiis* desumpta, alia fideliter exscribuntur e textu completo, alia sunt fructus elaborationis cuiusdam, textum amplificantis ope glossarum, vel quod frequentius accidit, illum breviantis. De hoc accommodationis labore nonnulla subiungimus exempla.

Documentum maxima fidelitate desumptum est Examen particulare. In eo Helyar propius accedit ad textum hispanum Autographum quam ad latinum *P*. En tibi nonnulla exempla :

H : « *continet in se* tria tempora » (f. 34)	P : « *continens* »
A : « *contiene en sí* » [24]	
H : « exigens *ab anima sua* rationem (f. 34)	P : « *ab animo suo* »
A : « demandando cuenta *a su ánima* » [25]	
H : « pungat ... *tot puncta, quot* » (f. 34)	P : « *tot puncta quoties* »
A : « haga *tantos puntos quantos* » [25]	

Hoc nobis suadet textum hispanum Examinis particularis pervenisse iam Lutetiae ad redactionem definitivam.

Pari fidelitate, paucis variantibus exceptis, transcribuntur quinque exercitia primae hebdomadae atque etiam meditationes Regni Christi, Duorum Vexillorum, Trium Binariorum. Similiter « Additiones », excerpta quarta et decima, quarum prior textum mutatum habet, altera in compendium redactum. Adde « praesupponendum » [22] et « annotationem quintam » [5], quae, ut diximus, simul cum Principio et fundamento, initio textus exhibentur.

Maximi momenti est *Principium et fundamentum*, quod, ut diximus, exhibetur tamquam altera nota praevia initio textus (f. 24). Textus huius documenti notabiliter differt tum a textu hispano *A*, tum a latino *P*. Estne in *H* textus quidam simplificatus, pari modo ac alii quos in Helyaris redactione invenimus, an refert nobis formam quandam primitivam documenti, quam postea Ignatius correxit usque dum pervenit ad formam quam nunc habemus in Autographo ? Ecce tibi comparatos hos tres textus :

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

HELYAR (*H*)	VERSIO PRIMA (*P*)	AUTOGRAPHUM (*A*)
Secundo : homo est creatus ad laudem Domini et ad salutem animae suae. Item omnia quaecumque creata sunt super faciem terrae, sunt creata propter hominem, ut ipse laudet Deum et salvet seipsum. Ex iis sequitur,quod homo tantum debet accipere de huiusmodi rebus creatis quantum poterit iuvare ad laudem Domini et ad salutem animae suae ; et tantum debet ea repellere, quantum sibi noceant ad eiusmodi finem. Ex quibus manifestum est, quod nos debemus esse indifferentes circa ista creata ; verbi gratia, ut ego *absolute nec secundum quid debeo velle magis prospera quam adversa, quietem et ocium quam negocia et labores*, paupertatem quam divitias aut contra ; honores quam opprobria, vitam longam quam brevem, sanitatem quam morbum, vitam quam mortem, et e contra, *nisi in quantum iudicavero hoc vel illud esse mihi melius ad laudem Domini et ad salutem animae meae, absque affectione aliqua carnali aut sensuali.*	Homo est creatus ad laudandum Deum et ei exhibendum obsequium et reverentiam et ad salvandum his mediis animam suam ; reliqua autem omnia super terram existentia creata sunt ad hoc ut hominem iuvent ad prosecutionem finis ad quem conditus est. Ex quo fit quod homo eatenus eis uti debet, quatenus eum ad finem suum iuvant, atque ab eia abstinere, quatenus ad eum finem impediunt. Quocirca opus est ut simus indifferentes ad omnia creata, quoad concessum est libertati nostrae et non prohibitum. Itaque ex parte nostra nolimus plus sanitatem quam egritudinem, divitias quam paupertatem, honorem quam opprobria, vitam prolixam quam brevem, et ita de aliis consequenter ; solum optemus et eligamus ea quae magis conducunt nos ad finem propter quem creati sumus.	El hombre es criado para alabar, hacer reverencia y servir a Dios nuestro Señor, y mediante esto salbar su ánima ; y las otras cosas sobre la haz de la tierra son criadas para el hombre, y para que le ayuden en la prosecución del fin para que es criado. De donde se sigue que el hombre tanto ha de usar dellas quanto le ayudan para su fin y tanto debe quitarse dellas quanto para ello le impiden. Por lo qual es menester hazernos indiferentes a todas las cosas criadas, en todo lo que es concedido a la libertad de nuestro libre albedrío y no le está prohibido ; en tal manera que no queramos de nuestra parte más salud que enfermedad, riqueza que pobreza, honor que deshonor, vida larga que corta y por consiguiente en todo lo demás ; solamente deseando y eligiendo lo que más nos conduçe para el fin que somos criados.

Notanda sunt ea quae desunt in *H* : « hacer reverencia y servir a Dios » ; « en todo lo que es concedido a la libertad del libre nuestro albedrío y no le está prohibido ». Maxima discrepantia adest in sententia finali : « solamente deseando ... somos criados ». Notemus etiam in *H* non adesse formulam « eatenus, quatenus » quam videmus in *P*. E contra adest in *H* est longa glossa, quam nos typis italicis distinguimus.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

In *P* habentur conceptus magis elaborati, simul cum latina lingua accuratiore. Haec indicia evincunt, saltem quoad hanc partem, textum *H* independentem esse ab *A* et *P*. Unde colligere licet Principium et fundamentum, quo tempore ab Helyare transcriptum est (scil. ca. a. 1535), habuisse formam simpliciorem, quam Ignatius postea perpolivit.

Exempla glossarum sunt verba: « omnia nostra tam interiora quam exteriora » in annotatione 5.ª (f. 24*r*), auxilium a bono angelo cuique datum, in meditatione de duobus vexillis (f. 29*r*); exitus animae Christi e limbo, tamquam avis cuiusdam (f. 31*v*), testimonium sancti Bernardi ad explicandum primum peccatum angelorum (f. 25*v*).

Textus meditationis de duobus vexillis, prae aliis, refertus est additionibus in *H*.

VI. — De statu redactionis textus Exercitiorum. Magni momenti est videre quid nos doceat textus *H* relate ad statum compositionis libri ***Exercitiorum*** anno circiter 1535, quo scriptus est.

Principium et fundamentum adest quidem, etiamsi, ut superius diximus, forma aliquanto simpliciore quam postea in textibus *A* et *P*. Haec maior simplicitas in formulatione nobis suggerit hoc documentum habere in textu *H* eam formam quam inde ab initiali redactione habuit. Qui negant Principium et fundamentum adfuisse iam in prima ***Exercitiorum*** redactione minorissana, nituntur in ultima eius magis elaborata compositione. Qui vero quaerunt eius fontes in Erasmo vel Petro Lombardo, indicium vident in formulis « eatenus quatenus », « laudare Deum, eique obsequium atque servitium praestare », quas vidimus abesse a redactione Helyaris. Unde admitti potest progrediens elaboratio Principii et fundamenti inde ab an. 1535 (*H*), usque ad a. 1541 (*P*) et a. 1544 (*A*). Notandus est etiam locus qui Principio et fundamento tribuitur in *H*, scilicet tamquam secunda e tribus notis ***Exercitia*** praecedentibus ad modum introductionis, una cum annotatione 5ª [5] et « praesupponendo » [22].

Textus Examinis particularis, ut innuimus, obtinuit definitivam redactionem Lutetiae, quia textus *H* omnino convenit cum *P* et *A*. Idem dici potest de quinque exercitiis primae hebdomadae, de Regno Christi, de duobus Vexillis, de praesupponendo, de annotatione 5ª, de additionibus, excepta quarta et decima. In his documentis textus *H* habet pro fundamento textum latinum similem textui *P1*, anni 1541. Post textum *H* Ignatius ***Exercitia*** correxit, prout denotant 32 correctiones posteriores (vide p. 93), quas non invenimus in *H*. Meditatio de tribus Binariis integre et fideliter transcribitur in *H* et quidem suo loco, quod probat eam inde ab initio consideratam esse complementum meditationis de duobus Vexillis, ultima hora diei

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

faciendam, post quattuor meditationes praecedentis exercitii [148]. E contra, tres humilitatis modi exhibentur tantum forma quadam schematica, et quidem post tempora et modos electionis faciendae. Inde surgit suspicio « Tres humilitatis modos » introductos esse tempore posteriore, cum eis proprius locus sit ante electionem : « para hombre affectarse a la vera doctrina de Cristo » [164]. Tempus integri diei huic considerationi assignatum est, una cum colloquiis de vexillis [164, 168]. Attamen, schema de tribus humilitatis modis, in *H* propositum, supponit existentiam iam Lutetiae et a. 1535 textus magis completi, tum hispani, tum latini.

Idem dici potest de contemplationibus Cenae Domini et Resurrectionis Christi, quia compendium Helyaris habet, quoad substantiam, omnia elementa textus latini *P*, anni 1541. Locutio « quomodo humanitas patitur » (f. 31*r*) indicat redactionem primaevam, ab Ignatio postea mutatam, maiore sensu theologico, in hanc aliam : « lo que Christo nuestro Señor padesce en la humanidad » [195].

De absentia contemplationis ad obtinendum amorem nihil certo argui potest contra eius existentiam tempore parisiensi, fieri enim potest ut Helyari non proposita fuerit, quia excedebat gradum accommodationis *Exercitiorum* ipsi propositorum.

Ad documenta quod attinet, compendia exsistentia in *H* aliqua nos docent de tempore compositionis. Sub titulo « De electione » (f. 30*r*) indicantur tria tempora ad faciendam bonam electionem [175-177] : « Quatuor regulae ad eligendum » (f. 30*r*) praebent quattuor puncta secundi modi tertii temporis electionis faciendae [184-187]. Conicere possumus tunc temporis (scil. anno 1535) adesse in textu completo sex puncta prioris modi [178-183]. Idem dici potest de documento « Para tomar noticia de qué cosas se deve hazer elección » [170-172], quia, post tres humilitatis modos, sub titulo : « Item alia de electione » sermo fit de electione immutabili et mutabili. Attingitur etiam punctum, quandonam electio aliqua vocari possit divina vocatio, quae pura est a sensualitate et mundanis affectibus (f. 30*v*). Ubi sermo fit de electione recta et obliqua, significari videtur « preámbulo para hazer elección » [169]. Ex his concludi posse videtur Lutetiae compositum esse integrum tractatum de electionibus. Non idem dixerim de emendatione et reformatione vitae [189], quia de hac re nullum vestigium habetur in *H*. Habentur ibi, e contra, media « ad conservandum spiritum » post *Exercitia* (f. 32*v*), quae absunt ab aliis textibus, quaeque opportune Helyari sacerdoti tradita sunt a directore.

Ad regulas discretionis spirituum quod attinet, datur in *H* definitio consolationis et desolationis, ubi sermo est de secundo tempore faciendi electionem (f. 30*r*) ; post tres modos humilitatis proponitur « regula observanda in desolatione », ubi traditur consilium nihil im-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

mutandi desolationis tempore [318]. Concludi igitur potest anno 1535 compositas esse regulas saltem a tertia ad quintam primae seriei regularum discretionis spirituum. Post monita ad perseverandum, adest brevis tractatus « De discretione spirituum », ubi traditur distinctio inter consolationem cum causa et sine causa, unde criterium eruitur ad discernendum quaenam consolatio a Deo proveniat, quaenam vero a Deo non sit (f. 33*r*-*v*).

Absentia regularum ad sentiendum cum Ecclesia difficulter explicari potest, nisi has regulas post tradita Helyari *Exercitia* compositas esse dixerimus. Si enim tunc inveniebantur in integro textu *Exercitiorum* non explicatur cur eae non traditae fuerint Helyari, tunc Lutetiae studiis operam danti, aliisque scholasticis parisiensibus, inter quos maxime serpebant ideae protestantium et erasmistarum, quas vehementer repressit Concilium Senonense (Sens) anni 1528. Unde concludere licet regulas has, saltem quinque postremas, ab Ignatio compositas esse post commorationem parisiensem, scil. post annum 1535.

De *mysteriis Vitae Christi* reliquisque contemplationibus et regulis, hoc dicere licet, ex earum omissione in textu *H* nihil certo concludi posse, quia probabiliter Helyari datae non sunt, quia excedebant gradum accommodationis *Exercitiorum* ei traditorum.

VII. — RATIO EDITIONIS: Edimus textum e cod. *Reginensi latino 2004*, ff. 24*r*-34*v* et 55*v*-56*r*. Typis italicis exprimuntur Helyaris correctiones et emendamenta. Saepe unum verbum supra aliud scribit, primo non deleto. Tunc in textu exscribimus illud quod supra lineam est, monito lectore in apparatu.

Paragraphorum novam numerationem inducimus, additis intra [ ] numeris textus archetypi.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Textus

[f. 24*r*] PRAECEPTA UTILIA IIS QUI SPIRITUALIUM MEDITATIONUM STADIUM INGRESSURI SINT

Primo, debemus ingredi ad laudem Domini, seu spiritualia exercitia, magno et liberali animo, ita quod omnia nostra tam interiora quam exteriora, ***memoriam, intellectum, voluntatem et affectum, totam denique animam et corpus ac membra ipsius et alia bona***, dimittamus in manibus eius ; ut ipse disponat tam de me quam de omnibus meis ad suam beneplacitam voluntatem, absque velle, absque nolle proprio. 1 [5]

Secundo, homo est creatus ad laudem Domini et ad salutem animae suae. Item omnia, quaecumque creata sunt super faciem terrae, sunt creata propter hominem, ut ipse laudet Deum, et salvet seipsum. Ex iis sequitur, quod homo tantum debet accipere de huiusmodi rebus creatis, quantum poterit iuvare ad laudem Domini et ad salutem animae suae ; et tantum debet ea repellere, quantum sibi noceant ad eiusmodi finem. Ex quibus manifestum est, quod nos debemus esse indifferentes circa ista creata, verbi gratia, ut ego absolute nec secundum quid debeo velle magis ***prospera quam adversa, quietem et ocium quam negocia et labores***, paupertatem quam divitias aut contra, honores quam opprobria, vitam longam quam brevem, ***sanitatem quam morbum, vitam quam mortem***, et e contra, nisi in quantum iudicavero ***hoc vel*** illud esse mihi melius ad laudem Domini et ad salutem animae meae, absque affectione aliqua carnali aut sensuali. 2 [23]

Tertio, quacumque propositione aliqua prolata habente sensus diversos, semper debeo habere animum meum magis paratum ad salvandam ***illam*** quam ad condemnandam ; et quando non potero salvare, petam ab eo quomodo intelligat. Tandem si ille male ***sentiat et deteriorem partem sustineat***, post aliquas interrogationes corrigam eum ; et si noluerit corrigi, quaeram omnia media honesta et possibilia ad salvandam huiusmodi animam, et ad deponendum huiusmodi errorem ab eo. [24*v*] 3 [22]

---

1 qui *corr. ex* quia || 2 ingressuri *corr. ex* ingressurus || 5-6 memoriam — alia bona *add. postea sup. lin et in marg.* || 17-18 prospera quam — labores *sup. lin.* || 19-20 sanitatem — mortem *sup. lin.* || 20-21 hoc vel *sup. lin.* || 25 illam *marg.* || 26-27 sentiat-sustineat *sup. lin., corr. ex* intelligat, *quod delere omisit*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Examen universale

4 Sunt in me tres cogitationes: prima quidem propria, egrediens
[32] ex libero arbitrio et voluntate, tamquam ab intus ad foras; aliae duae egrediuntur a foris ad intus, id est, a bono et malo angelo ad me.

[33] Duplex meritum: primum, quando *veniente aliqua cogitatione* prava, repello eam statim, absque aliqua morula. Secundum, quando post magnam pugnam, tandem eam repello, et hoc 2^{m} est maius meritum.

[35] Peccatum veniale efficitur, quando facio aliquam morulam in illa prava cogitatione, ubi notatur aliqua negligentia vel delectatio sensualitatis.

[36,37] Peccamus dupliciter mortaliter: primo, consensu, scilicet: si ego possem, ego facerem, vel si potero, faciam; secundo, quando ponitur in actu, et *sic* efficitur maius ratione temporis, *quia diutius continuatur actus*, ratione intensionis circa obiectum, et ratione damni utriusque, *mei videlicet et alterius, cui fit iniuria, damnum aut opprobrium. Nam ego semper postea ero in maiori periculo peccandi et proclivior ad committendum idem scelus; et proximus leditur vel in bonis vel in uxore; item ratione scandali et mali exempli.*

De verbo

5 Non possumus *licite* iurare per Creatorem nec per creaturam,
[38] nisi cum veritate, necessitate, *quae non est in quavis re levi, sed quoties agitur de salute animae cuiuspiam*, ac reverentia. *Hiere[mias]: Iurabis, dicit Dominus, in veritate et iustitia ac iudicio*[1], *id est, discretione,*
[39] *ut nec temere nec irreverenter iuretur.* Et licet sit maius peccatum iurare *male et inordinate* per Creatorem quam per creaturam, tamen difficilius est iurare debite per creaturam quam per Creatorem, quia nomen ipsius Dei nos magis ducit ad reverentiam quam nomen creaturae. Unde magis conceditur perfectis iurare per creaturam quam imperfectis, etiam ut non veniant ad aliquam idololatriam ipsi imperfecti. Nam perfecti per assuefactionem contemplantur Creatorem esse in creaturis secundum essentiam, praesentiam et potentiam.

---

35 veniente — cogitatione *corr. ex* veniens aliqua cogitatio || 44 sic *sup. lin.* 44-45 quia diutius — actus *sup. lin.* || 46-49 mei videlicet — mali exempli *additum postea* || 51 licite *sup. lin.* || 52-53 quae non est — cuiuspiam *add. sup. lin.* || 53-55 Hiere[mias] — iuretur *marg.* || 56 male et inordinate *sup. lin.* || 61 *post* Nam *del.* ipsi

---

[1] « Et iurabis: Vivit Dominus in veritate, et in iudicio, et in iustitia ». Ier. 4, 2.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Ociose loqui est quando nec sibi nec alteri prodest, nec ad talem [41]
intentionem ordinantur verba.

Perniciose loqui intelligitur *satis* per hanc regulam, id est, si ego [41]
aperio aliquod peccatum mortale coopertum, pecco mortaliter ; si
veniale, venialiter ; si defectum, sum defectuosus. Tamen ad adiu-
vandum proximum, motus charitate potero aperire tale peccatum alicui
alteri, dum ego habeam coniecturas et rationes probabiles, quod ille
talis poterit prodesse et non obesse existenti in peccato.

Mendacium { iocosum / officiosum / perniciosum [25*r*]

De operibus

Circa opera *oportet* respicere treis lineas : per primam intelligo **6**
decem mandata ; per secundam praecepta Ecclesiae ; per tertiam com- [42]
mendationes seu exhortationes maiorum. Igitur quidquid fecero se-
cundum magis aut minus circa ista, ita et consequenter magis vel
minus peccabo.

Omissio.

Modus examinandi conscientiam

Primum. Agere gratias Deo pro beneficiis receptis. **7**

Secundum. Petere gratiam a Deo ad cognoscenda peccata et [43]
repellenda.

3. Petere rationem ab anima, ab ipsa hora in qua surrexeras, de
hora in horam, usque ad horam praesentis examinis ; et primo de
cogitatione, deinde de locutione, postremo de opere ; *aut de tota
vita, ab aetate in aetatem ascendendo usque ad praesentem diem. Vide
primum punctum secundi exercitii.*

4. Petere veniam.

5. Proponere emendationem vitae ; et semel Pater noster.

Hoc examen fiet semel post prandium et semel post coenam.

Primum exercitium

Est meditatio trium animae virium circa primum et secundum **8**
et tertium peccatum. Et continet, ultra orationem praeparatoriam, [45]
duo praeludia, tria puncta praecipua cum uno colloquio.

---

65 satis *sup. lin.* || 75 oportet *sup. lin.* || 85 surrexeias *corr. ex* surrexerat || 87-89 aut de tota — exercitii *marg.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

[46] Oratio praeparatoria. In oratione praeparatoria petenda est gratia a Domino ad hoc ut omnes meae intentiones et actiones pure ordinentur in obsequium et laudem divinae maiestatis eius.

[47] Primum praeludium est compositio circa locum; ubi est annotandum quod in contemplatione vel meditatione visibili, sicuti est contemplatio Christi Domini nostri, qui visibilis est, compositio erit videre oculo imaginationis locum corporeum in quo res contemplanda est, sicut templum vel mons ubi Christus Dominus manebat. In invisibili autem, sicuti est contemplatio peccatorum, compositio erit videre oculo imaginationis animam corpori corruptibili tamquam carceri inclusam, et totum compositum ex anima et corpore in hac valle miseriae, inter bruta animalia exul.

[48] Secundum praeludium est petere a Domino Deo nostro; et petitio debet congruere subiectae materiae, hoc est, si contemplatio est de resurrectione, oportet petere gaudium cum Christo ploeno gaudio; si est de passione, oportet petere lachrymas, poenam et afflictiones cum Christo afflicto. Hic autem petenda est verecundia et confusio [25*v*] mei ipsius, considerans quam multi damnati sunt ob unicum peccatum mortale, et quoties ego merui damnari in aeternum propter multitudinem meorum peccatorum. ***Qualem poenitentiam ageret, si cui ex damnatis liceret, relicto inferno, huc in meum locum venire.***

[49] Ante omnes contemplationes seu meditationes debet fieri supradicta oratio praeparatoria, absque mutatione aliqua, et duo dicta praeludia, ea quandoque mutando iuxta materiam subiectam.

9 [50] Primum punctum erit exercere memoriam supra primum peccatum angelorum, et circa idem exercere intellectum, et consequenter voluntatem, volendo supradicta memorare et intelligere ad maiorem meam confusionem, comparando unico peccato angelorum mea tam multa et magna scelera, considerando quoties ego ob illa infernum merui, si angeli ob unicum peccatum in infernum ceciderunt. Circa memoriam autem peccati angelorum recordari debemus, quod cum ipsi creati essent in gratia et nollent sua libertate gratiam invenire ad exhibendam reverentiam et obedientiam suo Creatori et Domino, levati sunt in superbiam et ceciderunt a gratia in malitiam, et depulsi de coelo in infernum; et ita consequenter discurrendum est particularius cum intellectu, et movendi sunt magis affectus voluntatis. ***Iuxta Barnardi*** [sic] ***sententiam, peccatum angelorum fuit superbia cum invidia coniuncta***[2]. ***Nam suam naturam, non humanam, a Filio Dei assumi, et***

16-17. Qualem poenitentiam — venire *additum postea* ‖ 32-36 Iuxta Barnardi — similitudinem Altissimi *marg.*

---

[2] S. Bernardus in sermone XVII in *Cantica*, n. 5: PL, 183, 857.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ab hominibus pariter atque angelis adorari volebant, sic affectantes similitudinem Altissimi.

Secundum punctum est, idem quod supra facere, hoc est, exercere treis potentias circa peccatum Adae et Evae, reducendo in memoriam qualiter ob tale peccatum per tantum tempus poenituerunt, et quanta corruptio secuta est genus humanum, tot gentibus descendentibus in infernum. Voco autem reducere ad memoriam secundum peccatum nostrorum primorum parentum. Memorari qualiter postquam Adam fuit creatus in campo damasceno et positus in paradiso terrestri, et Eva de eius costa formata, post prohibitionem ne comederent de arbore scientiae, ipsis comedentibus et ex consequenti peccantibus, tandem vestiti tunicis pelliceis et expulsi e paradiso, vixerunt sine iustitia originali per totam vitam suam in multis laboribus, in multa poenitentia ; et consequenter discurrendum est intellectu particularius, utendo etiam voluntate, sicut antea dictum est. **10** [51]

Tertium punctum est, idem facere circa tertium peccatum cuiusvis, qui ob unicum mortale est damnatus, et aliorum sine numero damnatorum ob pauciora quam mea peccata. Dico autem idem facere circa tertium peccatum privatum cuiusvis, reducendo ad memoriam gravitatem et malitiam peccati contra Creatorem et Dominum, discurrere intellectu qualiter peccando et agendo contra bonitatem infinitam, iuste damnatus est in aeternum. Et tandem finiat movendo magis ac magis voluntatis affectus, *scilicet, dolorem, pudorem.* **11** [52]

Colloquium demum fiet, imaginando Christum Dominum coram me crucifixum. Fiat colloquium considerando qualiter Creator exinanivit se ut homo fieret, et voluit temporaliter mori, quum esset immortalis, pro peccatis meis. Idem faciam considerando me ipsum, quid fecerim pro Christo, [26*r*] quid faciam, et quid debeam facere ; et ita videns illum pendentem in cruce, discurram per ea quae sese obtulerint. **12** [53]

Colloquium proprie fit sicuti si amicus amicum alloquatur, vel servus dominum suum, sed nunc aliquam gratiam petendo, nunc se ipsum incusando ob aliquod malum commissum, nunc demum sua desideria Domino communicando et circa ea consilium quaerendo. Et in fine dicatur Pater noster. [54]

---

57 scilicet — pudorem *additum postea*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Secundum exercitium

13 Est de meditatione peccatorum, et continet post orationem prae-
[55] paratoriam et duo praeludia, quinque puncta et unum colloquium.
Oratio praeparatoria sit eadem quae supradicta est.
Primum praeludium erit eadem supradicta compositio, ***de anima corpori tamquam carceri inclusa.***
Secundum praeludium est petere gratiam, quam desidero a Domino obtinere ; et erit petere magnum et intensum dolorem et lachrimas ob peccata mea.

14 Primum punctum erit circa processum peccatorum, reducendo ad
[56] memoriam omnia peccata vitae meae, mente discurrendo de anno in annum, vel quovis alio tempore in aliud ; ad quod tria potissimum iuvant : primum respicere domum vel locum in quo quis habitavit ; secundum, respicere conversationem quam cum aliis habuit ; tertium, artem vivendi quam habuit.

15 Secundum punctum est ponderare multitudinem peccatorum,
[57] respiciendo deformitatem et malitiam, quam quodvis peccatum mortale in se continet, esto quod non fuisset prohibitum specialiter lege divina.

16 Tertium punctum est ***nosse te ipsum***, cogitare quisnam ego sim,
[58] me ipsum diminuendo, adductis exemplis ***ac comparationibus***. Primo, quam parum sim in comparatione ***centum aut mille aut*** omnium hominum ; secundo, quam parum sint homines huius mundi collatione omnium angelorum et sanctorum coeli. Tertio, cogitando quam parum sit omnis creatura respectu Dei ; quid ergo erit de me solo ? Quarto, cogitare omnem corruptionem et deformitatem meam corpoream, ***et corpus morbis ac morti obnoxium.*** Quinto, respicere me ipsum quasi vulnus et apostema unde tot pullularunt peccata et tot iniquitates et tantum ac tam turpissimum venenum.

17 Quartum punctum est considerare quis sit Deus contra quem ego
[59] tantum peccavi, secundum sua attributa, comparando illa suis oppositis in me : summam Dei sapientiam meae ignorantiae, magnam Dei omnipotentiam meae impotentiae, ingentem Dei iustitiam meae iniquitati, magnam Dei bonitatem meae malitiae.

18 Quintum punctum est exclamatio quaedam admirativa ex magno
[60] affectu procedens, discurrendo per omneis creaturas, admirans quonam modo me dereliquerunt vivere, et me in vita conservaverunt ; quomodo angeli, qui sunt gladius divinae iustitiae, me sustinuerint

---

74-75 de anima — inclusa *add. postea* || 89 nosse te ipsum *sup. lin.* || 90 ac comparationibus *sup. lin.* || 91 centum aut mille aut *sup. lin.* || 96 et corpus — obnoxium *sup. lin.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

et conservaverint et pro me oraverint; sancti etiam quomodo mei fuerunt intercessores apud Deum; *coeli*, sol, luna, stellae, elementa, aves, pisces, animalia quaeque [26*v*] quomodo me hactenus conservaverunt; terra quomodo non aperta est et me absorpsit? Quomodo non sunt creati novi inferni, ut me in aeternum punirent?

Conclude tandem uno colloquio, colloquendo et agendo gratias, quod concesserit mihi hactenus vitam, ut eam possim deinceps corrigere, mediante sua gratia; et ita proponendo dicatur Pater noster. **19** [61]

Sequens exercitium est meditatio paenarum inferni, et continet in se post unam orationem praeparatoriam et duo praeludia, quinque puncta et unum colloquium. **20** [65]

Oratio praeparatoria est eadem solita.

Primum praeambulum est compositio seu consideratio inferni. Hic erit imaginari longitudinem, latitudinem et profunditatem inferni.

Secundum praeludium est petere id quod volo; quod erit ad praesens petere internam cognitionem poenae quam patiuntur damnati, quatenus, si ob scelera mea oblitus fuero amoris divini, saltem timor poenarum me adiuvet, ne incurram in peccatum.

Primum punctum est oculo imaginationis videre ingenteis focos, et animas, qui in inferno patiuntur, quasi corporibus igneis alligatas. [66]

Secundum punctum, auribus imaginationis audire magnos planctus, eiulatus, voces, et inauditas blasphemias contra Christum Dominum et sanctos eius. [67]

Tertium punctum est olfacere sulphur, fumum et alia fetida et putrida, quae sunt in inferno. [68]

Quartum est gustare amara, veluti lachrimas, tristitiam, vermem conscientae inextinguibilem. [69]

Quintum est tactu imaginationis percipere qualiter ignis tangit et comburit animas. [70]

Colloquium finale fiet ad Christum Dominum, reducens ad memoriam animas, quae in inferno sunt, quarum aliquae ibi detinentur, qui non crediderunt adventum Domini nostri Iesu Christi, aliquae vero, quae credendo non custodierunt eius praecepta. Et omnium harum animarum triplex est status: primus, earum quae fuerunt ante Christi adventum; secundus, existentium tempore eius vitae mortalis; tertius, earum quae sunt post eius discessum a nobis. Tandem agam gratias Altissimo, quod non permiserit me finire vitam in statu harum, et quod erga me hactenus tam pius et misericors extiterit. In fine dicam Pater noster. [27*r*] [71]

---

9 coeli *sup. lin.* || 27 qui *ms., forte pro* eorum qui

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

TERTIUM EXERCITIUM EST REPETITIO PRIMI ET SECUNDI EXERCITII, FACIENDO TRIA COLLOQUIA

21 Post orationem praeparatoriam et duo praeambula, faciam repe-
[62] titionem primi et 2i exercitii, notando et moram faciendo in punctis illis in quibus maiorem consolationem vel desolationem, vel maiorem gustum spiritualem sensi.

[63] Post haec omnia faciam tria colloquia modo sequenti. Primum colloquium fiet ad Dominam nostram, ut obtineat mihi gratiam a Filio et Domino suo ad tria potissimum: primum, ut habeam internum peccatorum meorum sensum, et integrum odium peccatorum meorum; secundum, ut sentiam deordinationem mearum operationum, quatenus me ipsum odio habens, corrigar et in melius vitam meam disponam; tertium, petam cognitionem mundi, ad hoc ut illum horrens, vana et mundana repellam. Post haec, Ave Maria.

Secundum colloquium eodem modo fiet ad Filium, ut eadem obtineat mihi a Patre; et post dicam aliquam orationem dedicatam Filio pro mea devotione.

Tertium eodem modo fiet ad Patrem, ad hoc ut ipsemet aeternus Dominus meus illa eadem mihi concedat. Et in fine dicam Pater noster.

QUARTUM EXERCITIUM EST REPETITIO TERTII EXERCITII

22 Fiat repetitio tertii exercitii ad hoc ut intellectus discurrat assidue
[64] absque divagatione, reminiscendo contemplata in exercitiis praeteritis, faciendo eadem tria colloquia.

[72] Primum exercitium fiat media nocte; secundum, statim cum surrexero a lecto; tertium ante prandium, sive ante missam sive post missam; quartum in Vesperis vel in hora earum; quintum una hora ante tempus coenae. [27*v*]

EXERCITIA 2ae HEBDOMADAE SUNT QUAE SEQUUNTUR

23 Primum exercitium est consideratio vocationis cuiusdam tempo-
[91] ralis regis, quae ad contemplandam vitam aeterni regis plurimum iuvat.

Oratio praeparatoria est eadem *quae* solita est fieri.

---

54 fiet *corr. ex* fiat || 67 *post* repetitio *del.* istiusmet. *Super* tertii exercitii *scripsit* trium exercitiorum praedictorum. *Ex contextu tamen et ex aliis textibus archetypis* [64] *patet agi de tertio tantum exercitio repetendo seu* ‹ resumiendo › || 79 quae *sup. lin.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Primum praeludium est compositio loci. Hic erit considerare oculo imaginationis templa, castella, civitates, in quibus Christus Dominus praedicavit.

Secundum praeludium est petere gratiam quam desidero et volo; et erit petere hoc beneficium a Domino, ne obsurdescam ad suam vocationem, sed evadam promptus et diligens ad implendam suam sanctissimam voluntatem.

Primum punctum est considerare ante me regem quemdam humanum, a Domino Deo nostro electum, cui obediant universi principes, et homines christiani subiiciuntur, ***hunc omnes suos convocare.*** [92]

Secundum punctum est considerare hunc regem ita alloquentem omnes suos subditos, dicendo: Voluntas mea haec est, expugnare omneis terras infidelium. Propterea, si quis vult comitari me, debet eodem cibo, potu et vestimento, quo ego utor, contentari; item debet laborare interdiu, et vigilare noctu, sicut ego; ut ita particeps fiat victoriae mecum, sicut fuit et laborum. [93]

Tertium punctum est considerare responsum quod debet reddi ab omnibus subditis regi tam liberali et tam humano; et ex consequenti, si aliquis non acceptaret petitionem talis regis, quanto vituperio dignus esset apud totum universum, qui tantum degeneraret a vero et fideli subdito. [94]

Secunda pars huius exercitii consistit in applicando exemplum regis temporalis ad Christum Dominum nostrum, in tribus illis punctis praedictis. **24** [95]

Et quantum ad primum punctum, si huiusmodi vocationem subditorum suorum, quam facit rex temporalis, consideramus, quanto dignius consideratione est, contemplari Christum Dominum nostrum, regem aeternum, ante quem est totus hic mundus, quem totum et unumquemque ipsius sigillatim vocat ac dicit: Voluntatis meae est expugnare universos hosteis, et ita intrare in gloriam Patris mei. Propterea, quicumque vult comitari me, debet et mecum laborare, ut qui sequitur me in labore, ita etiam me in gloria sequatur.

Secundum punctum est considerare quod omnes subditi rationis ac iudicii *compotes* offerent se totos huic labori. [96]

Tertium, quod hi qui magis desiderabunt insigniri et illustrari in omni servitio sui regis aeterni et universalis Domini, non solum offerent seipsos labori, verum etiam certando contra propriam sensualitatem et contra omnem amorem carnis et mundi, facient oblationes preciosas et magni momenti suo Creatori, dicentes: Aeterne Deus [97] [98]

84-85 ad suam vocationem *corr. ex* suae vocationi || 89 hunc — convocare *add. postea* || 99 *post* universum *del.* is | degeneraret *corr. ex* degenerat || 13 compotes *sup. lin. pro* capaces *non deleto* || 18-19 Aeterne Deus omnium rerum mearum oblationem *sic sine ulla virgula in ms.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

omnium rerum mearum oblationem cum vestro favore et auxilio facio, in conspectu vestrae infinitae bonitatis, et in conspectu vestrae Matris gloriosae et omnium sanctorum curiae caelestis, quia opto, volo ac firma determinatione delibero, modo sit in hoc maior tui laus et servitium, *imitari* te in tolerantia iniuriarum ac vituperiorum et totius paupertatis, tam actualis quam spiritualis, si tua sanctissima maiestas velit me eligere ac recipere in talem vitam et in talem statum. In fine Pater noster.

Hic possunt fieri tria suprascripta colloquia, mutando materias, petendo gratiam ut imitemur Christum in tolerantia iniuriarum, vituperiorum et totius paupertatis, tam actualis quam spiritualis, si illud fuerit ad maiorem laudem et gloriam Dei.

Notam fac mihi viam in qua ambulem, quia ad te levavi animam meam[3].
Vias tuas, Domine, demonstra mihi, et semitas tuas educe me[4].
Dirige me in via tua[5].
Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu[6]. [28*r*]

Prima comtemplatio incarnationis

25 [101] Continet in se unam orationem praeparatoriam, tria praeludia, tria puncta et unum colloquium.

Oratio praeparatoria est solita.

[102] Primum praeludium est in memoriam revocare historiam rei, de qua futura est contemplatio. Hic erit considerare treis Personas divinas respicientes totam mundi planitiem hominibus ploenam, qualiter homines descendebant ad inferos. Decrevit Pater, videns calamitates et miserias hominum, mittere secundam Personam, ut carnem assumeret humanam, et ita genus hominum redimeret; et ita legatum Gabrielem angelum misit ad Mariam Virginem, ut patet in discursu evangelii Lucae: Missus est, etc.

[103] Secundum praeludium est compositio loci. Hic erit contemplari magnam mundi planiciem, et fenestras adornatas in coelo, ut commodius res valeam contemplari; et domum Virginis Mariae mente etiam componam, ut solet architectus. Dixi superius videre magnam mundi

22 imitari *corr. ex* imitandi || 30-34 Notam fac — meus es tu *Videntur addita postea in marg. inferiore*

[3] Ps. 142, 8.
[4] Ps. 24, 4.
[5] Cf. Ps. 24, 5.
[6] Ps. 142, 2.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

planiciem ad hunc finem, ut cum maiori facilitate possim considerare et imaginari tantas et tam diversas gentes super planitiem mundi, non ut terra plana sit, sed rotunda, ut doctores ostendunt. Dixi etiam fenestras adornatas esse in coelo, non ut sint, nec illis egeant tres Personae divinae, ut in illis manendo valeant melius videre res istas inferiores ; sed hoc dixi, ut commodius res contemplemur et imaginemur, considerando eas hoc vel illo modo, ut magis ad eas afficiamur ; contemplabimur tres illas Personas divinas in illa forma, in qua magis ab amore terreno nos distrahant.

Tertium praeludium est petere quod desidero. In hac parte quod [104] summe opto est petere a Domino instantissime internam sui Filii cognitionem, quando pro me factus est homo, ut magis illum amem et illi serviam.

Primum punctum est oculo imaginationis videre utrasque perso- **26** nas, et divinas scilicet et humanas ; et prius considerabo eas, quae [106] supra mundi planitiem sunt, in magna quadam diversitate, ita in ornamentis, sicuti in figuris vultuum, alias considerabo personas quasdam albas, quasdam nigras, alias in pace, alias in bello, alias flendo, alias ridendo, aliquas sanas, aliquas morienteis. Deinde considerabo treis beatissimas illas Personas divinas existenteis in fenestris illis coeli ita adornatis, vel in solio regali aut throno illo summae et divinae maiestatis, quomodo respiciant totam illam planiciem hominibus plaenam, in tanta coecitate manentem, et quomodo moriantur miserrime, et descendant ad inferna. Tertio advertam ad humilitatem Virginis Mariae et ad Gabrielem angelum eam salutantem, verum praestando legationis officium, et reflectam visum, tum ad nostram Dominam, tum ad Gabrielem angelum, quos imaginationis oculo videor videre, ut aliquem fructum colligam ex simili visione.

Secundum punctum est advertere diligenter ad ea quae loquuntur **27** homines in planicie mundi in tantis aerumnis existentes, videlicet, [107] quomodo alii contra alios loquantur, quomodo iurent, qualiter nomen Domini blasphement, etc. Similiter advertam diligentissime ad ea quae inter se loquuntur Personae illae divinae, dicentes : Tempus est redimendi genus humanum in tanta calamitate constitutum. Et consequenter advertam ad sermones inter Virginem Matrem et angelum Gabrielem, ut colligam utilitatem aliquam ex simili colloquio. [28*v*]

Tertium punctum. Advertam circa ea quae faciunt homines in **28** planicie constituti. Hic erit considerare quomodo verbis contendunt [108] et armis, et quomodo ad invicem se interficiant, et ita descendant ad infernum. Similiter etiam advertam diligentissime ad ea quae tres

---

69 sanas] *Contextus suadet ut suppleantur verba* : aliquas aegras, aliquas nascentes, *prout habetur in A C I* || 78 *post* visione *del.* et colloquio

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

illae caelestes et divinae Personae faciunt, videlicet, operando divinum illud incarnationis mysterium. Et consequenter advertam ad ea quae faciunt Gabriel angelus et Virgo Maria, Gabriel angelus faciendo officium suae legationis, et Virgo Maria humilians se, magnas agens gratias divinae maiestati.

29 [109] Colloquium. In fine harum omnium contemplationum advertam diligenter, qualiter debeo magna quadam reverentia *considerare* treis illas Personas divinas et Verbum aeternum noviter incarnatum, et Matrem Virginem ; petendo gratiam, ut possim me ipsum praeparare ad imitandum Christum Dominum nostrum, ita noviter pro me incarnatum.

In fine Pater noster.

De nativitate

30 [110] Secunda contemplatio est de nativitate ; continet in se post orationem praeparatoriam et tria praeludia, tria puncta et unum colloquium.

Oratio praeparatoria est eadem, quae solita est fieri in omnibus aliis exercitiis.

[111] Primum praeludium est consideratio historiae, de qua futura est contemplatio. Hic erit contemplari quomodo e Nazareth exierunt nostra Domina iam gravida quasi novem mensium, humillime equitans super asinam, et Ioseph et una ancilla, ut irent ad Bethleem, ad solvendum tributum debitum Caesari ; una secum ducebant bovem.

[112] Secundum praeludium est compositio loci. Hic erit oculo imaginationis videre viam e Nazareth ad Bethleem, considerando longitudinem et difficultatem viae, utrum montuosa fuerit, vel plana, aut alio quovis modo difficilis. Similiter advertam diligentissime ad Virginem Matrem, qualiter difficultates viae patienter toleret. Item advertam etiam ad diversorium in quo Christus natus est, an magnum fuerit vel parvum, et qualiter ornatum.

[113] Tertium praeludium. Petam a Domino instantissime, ut dignetur mihi concedere internam suae nativitatis cognitionem, quando pro me natus est in loco tam humili et tam abiecto, ita ut non haberet ubi caput reclinaret. Bos et asina anhelitu praesepe calefaciebant, ita ut animalia rationis expertia Creatorem mundi cognoscerent, ubi *nec* Israël nec ego cognovi[7]. Ad haec diligenter advertam, ut magis illum amem, et magis illi studeam placere.

---

98 considerare *sup. lin.* ' 22 *post* cognitionem *del.* et || 25 nec *sup. lin.*

---

[7] Cf. Is. 1, 3.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Primum punctum erit videre personas, videlicet, nostram Dominam, Filium eius unigenitum, Ioseph et ancillam, ac si praesens tunc ego fuissem in Domini nativitate, tamquam pauperculus quidam et indignus, qui in tali essem societate, serviendo illis, advertendo et contemplando Christum, multitudinem angelorum praesentem, cantantem Gloria in excelsis, considerando etiam qualiter Pater aeternus e sede sua caelesti et throno divinae maiestatis respicit Filium suum noviter in mundo natum. Haec omnia contemplabor ac si praesens fuissem in illo nativitatis mysterio. **31** [114]

Secundum punctum erit advertere summa quadam diligentia, et alta quadam mente contemplari, dulces sermones et suavia colloquia inter Matrem et Filium, [29*r*] et quid talis Filius tali Matri diceret, et quam diligenter Mater praestabat officium maternum, pannis involvendo Filium suum. Curabo nunc, reflectendo me ad verba et sermones, aliquem fructum colligere. **32** [115]

Tertium punctum est considerare et advertere, quid Christus, noviter in mundum natus, facturus sit. Considerabo illius fugam in Aegiptum, summam illam paupertatem quam secutus est; et in fine tantorum laborum, famis, sitis, caloris, frigoris, iniuriarum, pro me moritur in cruce; quid nunc ego pro tali Domino deberem facere? **33** [116]

Colloquium. Reverenter considerabo Christum noviter in mundo natum, et Matrem studiose illum ornantem et alloquentem; et mecum considerabo, si praesens tunc fuissem, quanta reverentia Christum, Matrem ipsius et caeteras personas allocutus fuissem; petens gratiam et beneficium, ut dignaretur mihi significare viam, in qua illi magis placere potuissem, affectando, quantum possum, voluntatem in ista petitione. **34** [117]

In fine Pater noster.

Exercitium duorum vexillorum

Alterius, Christi, summi ducis ac Domini nostri, *qui hic nihil iucundum aut laetum pollicetur, sed continuum bellum, omnia aspera, dura et amara, si internum conscientae gaudium excipias; at in futuro cuncta iucundissima, gaudium, pacem et felicitatem aeternam, et quae nec auris audivit, nec*[8], *etc.*; alterius, Satanae, capitalis inimici humanae nostrae naturae, *qui hic laeta et iucunda pollicetur, mox in aeternum exilium ducit. Stipendium peccati mors*[9]. **35** [136]

57-61 qui hic nihil — nec, etc. *add. postea sup. lin. et in marg.* || 63-64 qui hic laeta — mors *add. postea*

[8] Cf. Is. 64, 4; 1 Cor. 2, 9.
[9] Rom. 6, 23.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Oratio praeparatoria eadem, quae solita est.

[137] Primum praeludium continet historiam, super quam futura est contemplatio. Hic erit considerare Christum volentem et vocantem omneis sub ***suum vexillum***, et contra, Satanam vocantem omneis sub ***suum vexillum.***

[138] Secundum praeludium est compositio loci. Hic erit considerare magnum campum totius regionis Hierusalem, ubi summus dux ***omnium*** bonorum est Christus Dominus; ***alterum*** campum in regione Babylonis, ubi dux omnium pravorum est Lucifer.

[139] Tertium erit petere quod volo. In hac parte desidero intelligere cognitionem deceptionum Satanae et eorum omnium qui sunt sub suo vexillo. ***Dolus diabolicus est praesentis voluptatulae, opum, honorum dulcedine inescare homines, nulla facta mentione, nec penarum infernalium, nec brevitatis huius vitae; ac sepe non prestat promissa.*** Et auxilium petam a Domino, ut illos vitem et superem; item cognitionem verae vitae petam a Domino, quam docet summus ac verus dux. Et pariter petam gratiam ***sequendi*** illum.

36 [140] Primum punctum est imaginari congregationem illam hostium ***collectam, et Satanam illorum ducem*** veluti sedentem in illo magno campo Babylonis, non aliter quam in cathedra ignis ac fumi, in figura horrenda ac terribili. ***Et tamen divitiarum, honorum ac cupiditatum praestigiis perstringit eorum oculos et mentem excaecat, quos suis blandis promissis decepit, ut illum pulcherrimum ac optimum iudicent.***

37 [141] Secundum punctum. Considerare Luciferum vocantem innumerabileis daemones, et spargentem eos, alios in hanc civitatem, alios in illam, et ita per totum universum, nulla provincia, loco, statu, persona (etiam in particulari) relicta intacta. ***Unicuique assignatus est malus angelus a diabolo, sicut bonus a Deo.***

38 [142] Tertium est, considerare sermonem, quem ad illos facit exhortatorium, quo retibus et catenis vinciant homines: ***funiculis peccatorum suorum unusquisque constringitur***[10]; et quod primo tentent cupiditate divitiarum: ***radix omnium malorum avaritia***[11], quo facilius moveant ipsos in vanum mundi honorem, ***quo excecati non considerant nec curant aeternum honorem, nec cogitant de celesti gloria vel de altera vita, et miseros putabunt eos, qui in vera via serviunt Christo, se solos beatos,***

---

67 et 68 sub suum vexillum *corr. ex* sub suo vexillo || 70 omnium *sup. lin.* || 71 alterum *corr. ex* alium || 75-77 Dolus diabolicus — promissa *add. postea sup. lin. et in marg.* || 80 sequendi *prius* imitandi *linea subducta* || 82 collectam — ducem *sup. lin.* || 84-86 Et tamen divitiarum — optimum iudicent *add. postea* || 90-91 Unicuique — a Deo *add. postea* 93-94 funiculis — constringitur *add. in marg. et sup. lin.* || 95 radix — avaritia *sup. lin.* 96-99 quo excecati — cruciatuum *add. postea*

---

[10] Prov. 5, 22.

[11] 1 Tim. 6, 10: cupiditas.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

qui hic triumphent, immemores futurorum cruciatuum; post haec ad arro-
100 gantem superbiam, *quod est crimen diaboli*; ita quod primus gradus sit divitiarum, secundus honorum, tertius superbiae, *ut Deum et homines contemnant, se nimis ament*; et ex iis tribus gradibus progrediantur ad omnia alia vitia.

Ita ex opposito oportet nos contemplari ac considerare summum **39**
5 ac verum ducem, Christum Dominum nostrum. [29*v*] [143]

Primum punctum est considerare Christum Dominum nostrum [144] sedentem in magno campo Hierusalem, in loco humili, specioso et ameno.

Secundum punctum. Considerare Dominum universi, *dantem* [145]
10 *unicuique bonum angelum*, eligentem tot personas in apostolos et discipulos, mittentem illos per totum universum, ut seminent suam sacram doctrinam omni statui et conditioni hominum.

Tertium punctum est considerare sermonem, quem Christus Do- **40**
minus noster habet ad suos servos et amicos, quos in talem *delega-* [146]
15 *tionem* mittit, committens illis omnium curam, atque ut eos trahant ad summam spiritus *paupertatem*, vel si etiam divinae maiestati ad aliud *maius* placuerit eligere, trahant eos ad paupertatem actualem; deinde exhortentur ad desiderium *patiendi pro Christo iniuriarum et afflictionum*, ex quo nascitur *contemptus sui*, ita ut sint tres gradus:
20 primus paupertatis contra divitias, secundus opprobriorum et vituperiorum contra honorem mundi, tertius humilitatis contra superbiam. Et ab iis tribus gradibus inducant ad omneis alias virtutes.

Fiat colloquium ad Dominam nostram, ut impetret mihi gratiam **41**
a Filio suo ac Domino meo, ut ego recipiar sub eius vexillo, et primo [147]
25 in summa paupertate spirituali; et si divinae maiestati ad aliud maius placuerit eligere, etiam in paupertate actuali; secundo in tolerandis *pro Christo* opprobriis et iniuriis, in quibus est maior illius imitatio, modo possim illa tolerare, absque peccato tamen alterius, et cum beneplacito divinae maiestatis, *ut ego neminem provocem ad inferendum,*
30 *nec cuiquam dem occasionem peccandi in me.* In fine dicam Ave Maria.

Idem petam a Filio, ut illud idem mihi obtineat a Patre. In fine dicam orationem aliquam ad Filium pro mea devotione.

Illud idem petam a Patre, ut concedat mihi. Dicam in fine Pater noster.

---

100 quod est — diaboli *sup. lin.* || 1-2 ut Deum — ament *sup. lin.* || 2 progrediantur *corr. ex* progreditur || 9-10 dantem — angelum *sup. lin.* || 14 delegationem *corr. ex* legationem || 16 paupertatem *corr. ex* potestatem || 17 maius *corr. ex* magis: ad aliud magis *I* magis ad aliud *C* || 18-19 patiendi — afflictionum *sup. lin. pro* opprobriorum || 19 contemptus sui *sup. lin. pro* humilitas || 27 pro Christo *sup. lin.* || 29-30 ut ego neminem — peccandi in me *in marg.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

EXERCITIUM TRIUM HOMINUM BINARIORUM

42 [149] Continet in se post solitam orationem praeparatoriam, tria praeambula, tria puncta, et unum colloquium.

Oratio praeparatoria eadem est, quae solita est fieri.

[150] Primum praeambulum est adducere historiam, quae continet in se treis binarios homines, quorum unusquisque sua industria acquisivit decem millia scuta, non puro ac debito amore Domini Dei, sed per astutias humanas ac fallacias, amore cupiditatis adinventas ; et vult quilibet salvari et invenire in pace Dominum Deum nostrum, expellendo a se gravitatem et obstaculum affectionis circa rem acquisitam.

[151] Secundum praeambulum, compositio loci, quae ad praesens erit considerare me ipsum stantem coram Domino Deo nostro et sanctis suis, desiderantem cognoscere id quod erit gratius divinae suae voluntati.

[152] Tertium praeambulum est petere quod volo, quod ad praesens erit petere gratiam eligendi id quod magis erit ad gloriam divinae maiestatis et salutis animae meae.

43 [153] Primum punctum est considerare quomodo primus binarius velit expellere affectum, quem ad rem acquisitam habet, ut inveniat in pace Dominum Deum nostrum, et possit salvari ; nec tamen applicat media usque ad horam mortis.

44 [154] Secundum punctum erit considerare quomodo secundus binarius velit expellere affectum, sed ita vult expellere, ut retineat rem acquisitam, ita quod eo veniat Deus, ubi vult ipse, nec deliberat relinquere rem illam acquisitam, ut ad Deum tendat, [30*r*] etiamsi esset pro illo melior status.

45 [155] Tertium punctum erit considerare quomodo tertius binarius vult expellere affectum, sed ita vult expellere, ut etiam non habeat affectionem retinendi rem acquisitam vel non retinendi ; solum intendit vel velle illam vel nolle, secundum quod Deus illi magis inspiraverit per aliqua signa interiora, movendo nos semper ad maiora ; vel secundum quod illi magis visum fuerit pertinere ad laudem, gloriam et obsequium divinae maiestatis. Interim cogitet secum quod omnia relinquit affectu, huic rei maxime innitendo, non desiderare illam vel aliam rem quampiam, nisi moverit ipsum servitium Domini Dei nostri, ita quod desiderium inserviendi Domino Deo moveat illum ad retinendum vel non retinendum.

[156] Colloquium. Fiant tria illa colloquia quae facta sunt in praecedenti duorum vexillorum contemplatione.

---

70 *post* ipsum *adest virgula in ms.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

De electione

Tres sunt modi electionis. Primus est, quando ipse Creator ostendit se per suos effectus ad ipsam animam tam abundanter, ut ipsa anima libere sequatur illud ostensum absque electione, scilicet, sequar vel non sequar, ut Paulus *et apostoli.* **46** [175]

Secundus, quando accipimus experientiam ratione consolationis divinae vocantis ad se, et ratione desolationis adversarii removentis a Deo, vel ab eo quod nobis ostensum est a Deo. Voco consolationem, quando est in anima volente Deo servire gaudium spirituale, fides in augmento, et sic spes, charitas et fervor ; similiter, quando animus elevatur circa superiora, ad ea amanda ac desideranda, et maxime quando est cum abundantia lachrimarum. Voco desolationem omne illud quod est contrarium consolationi, scilicet, turbationem contra gaudium, diffidentiam contra fidem, et sic quando *deest* spes, fervor, charitas. [176]

Tertius modus est, quando nos utimur nostris [potentiis] naturalibus libere, absque ulla agitatione nec a bono nec a malo spiritu. Et tunc mere propter laudem Domini et salutem nostram, absque aliqua affectione inordinata, eligimus hanc vel illam viam. [177]

Quattuor regulae ad eligendum [1]

Sunt quatuor regulae ad eligendum, quarum prima est, quando causa electionis est ipse amor Dei et amor salutis animae, ita quod nihil me moveat nisi amor Dei. **47** [184]

Secunda, respicere aliquem in aliqua regione, in cuius salvatione esset mea salvatio, et in cuius perfectione esset mea perfectio, et in cuius damnatione esset mea damnatio ; et respiciendo experientiam, quam habuit in secunda electione, quid illi dicerem, seu quod consilium darem illi ad accipiendum unum vel alium statum, *et idem nunc ego sequar.* [185]

Tertia, in articulo mortis venturae quid vellem me tunc fecisse, et nunc idem faciam. [186]

Quarta, in die iudicii, quum essem coram Christo, quid vellem tunc, me fecisse nunc. [30*v*] [187]

---

79 et apostoli *marg.* || 84 *post* fervor *del.* quo quidem || 88 deest *sup. lin. pro* minuitur *subducta linea. Fortasse melius esset* minuitur : cf. n. [317] || 90 [potentiis] *deest in ms.* ; *ex I et C* || 96 *post* amor Dei et *del.* causa || 1-2 et idem — sequar *add. postea*

---

[1] Nota in hoc textu omitti primum modum tertii temporis faciendi electionem [178-183].

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Humilitatis tres sunt gradus

48 Primus est ad necessitatem salutis, scilicet, quod pro toto mundo
[165] non committerem unum peccatum mortale contra legem Domini.
[166] Secundus est perfectior, scilicet, quando ego sum indifferens ad omnia, sive honores sive opprobria ; et cum hoc non committerem unum peccatum veniale pro toto mundo.
[167] Tertius est includens primum et secundum gradum, et cum hoc affectatur magis, ut similis sit Christo in opprobriis, in iniuriis, in paupertate actuali, etc., si Dominus velit vocare.

Regula observanda in desolatione

49 In desolatione numquam faciemus mutationem, sed manebimus
[318] constanter in eo proposito seu determinatione, in qua eramus ante talem desolationem, quum in ipsa desolatione maxime vigeant cogitationes a daemone.

Item alia de electione

50 Aliqua sunt sub electione immutabili, de quibus non est eligendum,
[171] ut matrimonium, sacerdotium ; sed tantum est respiciendum si fecerunt electionem suam per primum vel secundum vel tertium modum electionis, vel per alium modum rectum. Quod si non fecerunt, est poenitendum, et agere oportet bonam vitam in eo statu, in quo est.

Sunt alia sub electione mutabili, de quibus est eligendum, verbi gratia, habere divitias vel paupertatem, quum aliquis non est alligatus ; habere beneficium vel non habere, habere officium vel non habere.

Vocatio Dei est simplicissima, absque mistione alicuius sensualitatis vel desiderii mundani. Electio vero quandoque *recta*, quandoque obliqua seu mista cum quibusdam desideriis mundanis. Unde non omnis uxoratus est vocatus a Deo, quum plurimi uxorentur propter divitias, sensualitatem etc., magis quam propter meram laudem Dei. [31*r*]

Contemplationes de passione

51 Et prima a Bethania usque ad coenaculum inclusive.
[190] *Haec potest fieri quando itur cubitum.*
Oratio praeparatoria est illa solita.

---

17 faciemus *prius* faciamus || 31 recta, *corr. ex* bona | *post* quandoque *del.* mista || 37 Haec potest — cubitum *add. postea*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

2. Historia, scilicet, quomodo a Bethania Dominus miserit duos [191]
discipulos, et omnia quae contigerunt in coenaculo.
3. Compositio loci, seu videre locum, scilicet, iter et ipsum coenaculum.
4. Petere quod volo, scilicet, dolorem, lachrimas, et confirmationem mei status.

In corpore meditationis : [194]
1. Videre personas, tam bonas quam malas.
2. Videre quid loquantur, tam boni quam mali.
3. Videre quid faciant, tam boni quam mali.
Et postea ex unoquoque istorum exhaurire aliquem fructum.
4. Quomodo humanitas patitur, et propter nostra peccata.
5. Quomodo divinitas absconditur, cum posset ulcisci.

Secunda meditatio. 52

Haec potest fieri media nocte.

A coena usque ad hortum inclusive. [200]

Tertia, quae potest fieri summo mane

Ab horto usque ad domum Caiphae inclusive, cum omnibus ibi- **53**
dem gestis. [208]

Quarta, ante prandium facienda

A domo Caiphae usque ad domum Pilati, et deinde Herodis **54**
inclusive. [208b]

Quinta, post prandium

A domo Herodis usque ad domum Pilati, et inde usque ad mon- **55**
tem Calvariae, cum omnibus quae ibi contigerunt usque ad emissio- [208cd]
nem spiritus Christi, quem sic relinques mortuum in cruce.

Sexta, vesperi

Contemplari poteris depositionem corporis Christi de cruce et **56**
sepulturam eius, ac reditum Mariae cum Ioanne in Hierusalem. [31*v*] [208e]

---

53 Haec — nocte *add. postea*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

De resurrectione

57 Oratio praeparatoria, consueta.

[218] Historia, incipiendo ab exhalatione animae Christi usque ad inferos, et sepulchrum et apparitionem Matri suae. ***Et hic considera, quomodo Christi anima, ceu quaedam alba avis magna evolaverit, alias secum comites ducens.***

3. Videre locum, scilicet, infernum, sepulchrum et domum matris.

4. Petere gaudium et laetitiam cum Christo de suo gaudio.

5. Videre personas, quid loquantur, *et* quid faciant.

Quomodo est visitans, ut solet amicus amicos.

Quomodo gaudet humanitas.

Quomodo apparet divinitas per suos effectus.

Colloquium cum Christo, ut sit mea consolatio, meum gaudium, ne ulla alia re gaudeam. [32*r*]

De oratione

58 Tres sunt modi orandi.

[238] Primus autem magis est ad emendationem vitae quam ad formandum modum orandi. ***Hic modus omnibus etiam illiteratis convenit.***

[240] Oratio praeparatoria, et simul fiat petitio, scilicet, petendo gratiam ut possim cognoscere in quibus deficio circa mandata Domini; similiter et gratiam, ut ea in omnibus adimpleam.

[241] Posito ante oculos primo mandato: Diliges Dominum Deum tuum, etc., ***an dilexerim Dominum super omnia propter se, et proximum propter Deum***[12], manebo in consideratione eius per spacium trium Pater noster et Ave Maria. Et si invenero culpam, petam veniam, et dicam Pater noster. Eumdem modum procedendi habebo in omnibus praeceptis; advertendo tamen, quod in his praeceptis, in quibus non invenio tam malum habitum, non oportet tam diu manere, quam in aliis, in quibus saepe deficio. In fine faciam colloquium iuxta subiectam materiam.

[247] Eumdem ordinem habebo circa praecepta Ecclesiae, peccata mortalia, potentias animae, sensus corporaleis.

Nota. Si ante oculos accipiam ad imitationem Christi circa potentias animae et circa quinque sensus corporaleis, dicam (Anima

71-73 Et hic considera — ducens *add. postea* || 77 et *sup. lin.* || 86 Hic modus — convenit *add. postea* || 91-92 an dilexerim — propter Deum *add. postea* || 97 *post* In fine *del.* omnium mandatorum

[12] Deut. 6, 5; Mt. 22, 37; Mc. 12, 30.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Christi) loco Pater noster. Sin ad imitationem Dominae nostrae, dicam Ave Maria.

Secundus orandi modus est contemplando in unoquoque verbo; scilicet, post orationem praeparatoriam manebo per unam horam in ipso solo Pater noster, ad hunc modum: Quando dico (Pater), afferam comparationes, ***considerando officium patris, et charitatem talis Patris, qui proprio Filio non pepercit***[13], *etc.*, et synonyma, quantum animus poterit habere gustum seu solatium spirituale. Hoc idem faciam super secundum verbum, scilicet, noster, et sic consequenter de aliis. Finita autem hora, dicam Ave Maria, Anima Christi et Salve Regina, solito more. **59** [249]

Alia vero vice dicam (Ave Maria), contemplando ad eumdem modum. Postea vero alias orationes sequenteis, solito more. Alia die Salve Regina ***contemplando***, et sic alias orationes, solito modo.

Advertendum quod, si mansero in primo verbo Pater noster, ***et afferendo*** synonyma, comparationes, ***invenero*** dulcedinem seu gaudium spirituale, non transibo ulterius contemplando; sed finita hora, perficiam Pater noster et alias orationes more solito. Et alia die incipiam a secundo verbo contemplari, et deinceps a tertio ac quarto. Quotidie tamen incipiam a Pater, percurrens usque ad dictionem, supra quam facturus sum contemplationem. Idem modus in aliis orationibus est observandus. **60** [254]

Tertius modus orandi est mentaliter per certum ordinem secundum anhelitum. **61** [258]

In primis fiat oratio praeparatoria.

Deinde inter anhelitum et anhelitum dicam unum verbum, videlicet, Ave, et cogitabo quattuor, si potero, scilicet: significationem verbi, personam quam alloquor, me ipsum indignum, et distantiam loci inter ipsam et me. Sed quia omnia quattuor non possumus in tam parvo tempore complecti, semper advertam ad significationem verbi. Et per eumdem ordinem faciam per reliqua verba orationis. Post finitum Ave Maria seu Pater noster, dicam alias orationes solito modo. Alia vice dicam per anhelitum Pater noster, et reliquas orationes more solito. Et sic deinceps.

Adiuvat maxime, quando volumus dicere Ave Maria, facere prius aliquod parvum colloquium cum Beata Virgine, paucis exponendo quod volumus.

Itidem faciendum ante quamcumque aliam orationem, sive ad Patrem, sive ad Filium. [32*v*]

8-9 considerando — pepercit, etc. *add. postea* | 16 contemplando *sup. lin.* | 17-18 et afferendo *prius* inveniendo | 18 invenero *sup. lin.*

---

[13] Rom. 8, 32.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Quid faciendum post exercitia ad conservandum se ipsum

62 Fiat per unum mensem examen bis in die. Item octavo quoque die laicus confiteatur et accipiat eucharistiam. Sacerdos saltem bis in hebdomade celebret.

Contemplationes item fiant quotidie per unam horam, scilicet, per mediam partem orando, et per mediam contemplando. Et contemplari possumus duobus modis. Primum, per illa mysteria Christi relicta, videlicet, circumcisionem, ***baptismum***, ***magorum adorationem***, ***praesentationem in templo***, ***transfigurationem***, ***etc.***

Secundo. Die veneris, de passione.

Sabbato, de Domina nostra, ***vel aliquando de descensu ad inferos.***

Dominico, de resurrectione.

Die lunae, de ascensione.

Die martis, de adventu Spiritus Sancti, vel de gloria beatorum.

Die mercurii, de inferno et paenis damnatorum.

Die iovis, de iudicio universali, ***vel aliquando de caena Domini***, ***aut de proditione Iudae.***

In fine fiat semper aliquod colloquium.

Praecipuum est ad conservationem et ad augmentum spiritualium acquisitorum, accipere conversationes similes ad suum propositum seu deliberationem, eligendo meliores ac magis spirituales, et a contradicentibus recedendo. [33*r*]

De discretione spirituum

63 Dupliciter consolatur anima: primo modo, solum ex Deo sine
[328] causa. Secundo modo, cum causa. Et hoc modo poterit consolari ex Deo et ex bono angelo et ex malo angelo.

[330] Intelligo sine causa, sine aliqua praevia dispositione seu cogitatione; et ad hoc requiritur potentia infinita. Cum causa intelligo ***consolari***, cum aliqua praevia dispositione, cogitatione seu locutione.
[331] Et hoc modo poterit consolari tam ex Deo quam a bono angelo, et tam a malo angelo quam a quocumque homine.

Igitur quando cum uno proposito in electione circa unam materiam proveniunt consolationes et non e contra, et postea circa aliam materiam diversam in uno proposito veniunt consolationes et non e contra; non est inferendum, scilicet, si primae consolationes sunt a Deo, etiam secundae.

49-50 baptismum — transfigurationem etc. *add. postea* || 52 vel aliquando — inferos *add. postea* || 57-58 vel aliquando — Iudae *add. postea* || 70 consolari *sup. lin.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Prima ratio : aliquae sunt consolationes sine causa, aliquae vero cum causa.

Secunda ratio : quando aliquis est in una voluntate, scilicet, habendi, idque ex habitu, et postea advenit consolatio *sine causa* ad contrariam partem, ad extinguendum primum propositum, non poterit esse nisi a Deo. Quando autem venit consolatio cum lachrimis, conformiter ad illud quod est in mea voluntate vel in habitu, sufficit causare illam consolationem sive bonus sive malus spiritus. [34*r*]

EXAMEN PARTICULARE ET QUOTIDIANUM. CONTINET IN SE TRIA TEMPORA. BIS QUOTIDIE FACIENDA.

64 Primum tempus est matutinum, in quo quum primum quis surrexerit, debet proponere se diligenter cauturum peccatum particulare [24] seu defectum, quem corrigere et emendare cupit.

Secundum tempus est pomeridianum, in quo petet a Domino [25] nostro id quod cupit, nempe gratiam ad hoc ut recordetur quoties illud particulare peccatum vel defectum incurrerit, et ad id deinceps corrigendum ; et consequenter faciet primum examen, exigens ab anima sua rationem de re proposita et particulari, quam corrigere et emendare vult, discurrens de hora in horam, seu de tempore in tempus, incipiens ab hora qua surrexit usque ad horam praesentis examinis ; et pungat in prima linea subsequentis figurae tot puncta, quot in illud peccatum particulare seu defectum incurrerit. Et postea proponat de novo correctionem usque ad secundum examen faciendum.

Tertium tempus est post coenam, in quo fiet secundum examen, [26] discurrendo de hora in horam, incipiens a primo examine usque ad secundum praesens, et pungat in secunda linea praedictae figurae tot puncta, quoties inciderit in id peccatum seu particularem defectum.

65 Sequuntur quattuor additiones ad citius tollendum illud peccatum seu defectum illum, quem abolere volumus. [27]

Prima additio. Quoties homo incidit in illud peccatum seu defectum, a quo abstinere cupit, admoveat pectori manum, et doleat quod ceciderit. Quod quidem etiam potest fieri coram multis, sine hoc quod sentiant quid fecerit.

Secunda additio. Cum *superiores virgulae significent* primum exa- [28] men, et *inferiores* secundum, respiciat noctu, si est aliqua correctio in secunda linea plus quam in prima, hoc est, in secundo examine plus quam in primo.

---

81 *post* voluntate *del.* et ex habitu ven | *post* habendi *del.* vel non habendi || 82 sine causa *sup. lin.* || 88 facienda *ms.*, faciendum *I C* || 12 superiores virgulae significent *corr. ex* prima linea significet || 13 inferiores *corr. ex* secunda

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

[29] Tertia est conferre secundum diem cum primo, hoc est, duo examina praesentis diei cum duobus praecedentis, et respicere si in dies se corrigit.

[30] Quarta additio est conferre unam hebdomadem cum alia, et respicere si se in praesenti hebdomada correxerit respectu primae praeteritae.

Adnotandum quod prima *linea longiuscula*, quae sequitur, significat diem dominicum ; secunda minor, diem lunae ; tertia, diem martis; et sic consequenter de aliis.

D. _____
L. _____
M. _____
Mer. _____
Jo. _____
Ven. _____
Sab. _____

[55*v*] Additiones

66 [73] Sequuntur additiones, quibus commodius fiant exercitia, et melius obtineatur id quod quis desiderat.

Prima additio est, post cubitum ante quam dormire incipiam, per spacium aliquod cogitabo qua hora debeam surgere, et ad quid faciendum, revocando ad memoriam exercitium, quod sum facturus.

[74] Secunda est, quum experrectus fuero, non dare locum extraneis cogitationibus, sed statim advertere ad id, quod contemplaturus sum in primo exercitio mediae noctis, provocando me ad erubescentiam et confusionem ob tam multa peccata mea, et adducendo exempla, veluti si nobilis quispiam esset coram rege suo et universa eius curia, erubescens et confusus, quod regem nimium offenderit, a quo prius multa dona et gratias acceperat. Similiter in secundo exercitio, videndo me gravem peccatorem, et considerando me quasi reum catenis ligatum, et euntem ut compaream in conspectu summi et aeterni iudicis, considerando quomodo rei carceribus et catenis detenti et morte digni, apparent coram temporali iudice. Et has cogitationes vel similes, secundum materiam subiectam versabo, interim dum induor.

[75] Tertia. Uno vel duobus passibus ante locum, in quo contemplaturus sum, stabo spatio unius Pater noster et Ave Maria, et elevata sursum mente, considerando quod Dominus noster cum tota sua curia

22 linea longiuscula *add. sup. pro* figura maiuscula *non deletis*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

caelesti me respicit, et faciam coram eo genuflexionem quamdam seu humiliationem.

Quarta. Quandoque genibus flexis, quandoque prostratus, supinus, sedens, stans, elevatis oculis et extensis brachiis, mutando interim locum, si quis non invenit quod quaerit. In hoc tamen duo sunt respicienda : primum, si invenero quod volo genibus flexis, non mutabo locum ulterius ex necessitate ; alterum, in quocumque puncto contemplationis invenero quod volo, non quaeram aliud punctum ex necessitate. [76]

Quinta. Post finitum exercitium, per quartam horae, vel sedens vel deambulans, respiciam qualiter me habuerim in contemplatione, et si male, respiciam causam unde procedit, et dolebo, et proponam emendationem in futuro ; si bene, agam Deo gratias, et deinceps eodem modo contemplationem faciam. [77]

Sexta. Non cogitare de rebus laetis, ut de gloria et resurrectione, nativitate et caetera. Quia ad sentiendum poenam, dolorem vel lachrimas de peccatis nostris impedit quaevis consideratio solatii et laetitiae. Sed plus prodest proponere coram me velle dolere et poenam sentire, reducendo ad memoriam mortem, vel iudicium, vel damnatorum paenas. [78]

Septima est fugere claritatem ad eumdem finem, ut magis possim dolere et tristari, dolendo talia peccata commisisse, claudendo fenestras et ianuas, interea dum fuero in cubiculo, nisi excepto tempore recitandi officium, legendi et sumendi cibum. [79]

Octava est cohibere risum, et non proferre verba risum provocantia. [80]

Nona est cohibere visum, ne respiciat faciem alterius, nisi quum primum eum salutat, vel dicit ei vale. [56*r*] [81]

Poenitentia

Decima. Poenitentia est duplex, interna et externa. Interna est flere peccata, et flenda non committere, seu propositum firmum non peccandi habere. Externa est fructus internae poenitentiae, seu satisfactio peccatorum. **67** [82]

Tripliciter maxime fit poenitentia externa. Primo circa cibum et potum. Quando tamen removemus superfluum, non est poenitentia, sed temperantia. Cum vero removemus aliquid a conveniente neces- [84]

62 Quinta *corr. ex* Quarta *atque etiam ex* Nona, *in marg.* 9 : *Re vera haec est additio quinta. Librarius, postquam scripsit* Quarta, *per saltum textum quintae transcripsit et sic deinceps, unde additiones sequentes uno etiam numero augendae sunt usque ad octavam, quae est re vera nona. Quarta additio ad finem additur, deleto ordinali numero* Nona. *Nos ei locum suum damus.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

sitate, tunc est poenitentia ; et quanto plus removemus, tanto maior est poenitentia ac melior, ubi tamen non veniatur ad corruptionem
[84] subiecti, nec ad notabilem infirmitatem. Secundo, circa lectum et alia, quae pertinent ad dormiendum, habentes eamdem rationem.
[85] Tertio, circa mortificationem ac castigationem corporis, et fit per ieiunia, cilicia et flagellationem, servato eodem ordine. Tamen circa
[86] flagella magis laudatur chorda tenuis aut corium, quo inferatur dolor, non infirmitas.
[87] Praeterea triplici de causa fit poenitentia : prima, propter satisfactionem peccatorum ; secunda, propter abnegationem sui ipsius ; tertia, ad inveniendum aliquod donum vel solutionem alicuius dubii.

TEXTUS COLONIENSIS (= *C*)

Confectus anno c. 1538, Coloniae relictus a. 1543-1544.

EDITIONES : P. DEBUCHY, *Une ancienne copie des Exercices. Reproduction d'un manuscrit de Cologne du XVI^e siècle*, in *Collection de la Bibliothèque des Exercices de saint Ignace*, n° double 52-53, 7 Août 1917, pp. 17-96. — MI, *Exercitia*, titulo : *B. Petri Fabri exemplar latinum Exercitiorum*, pp. 579-623.

BIBLIOGRAPHIA : DEBUCHY, op. cit., pp. 1-14 ; MI, *Exerc.* 567-569 ; CALVERAS, *Estudios sobre la redacción de los textos latinos anteriores a la Vulgata*, in AHSI, 31 (1962), vide pp. 27-40, 90-98 ; DALMASES, *Los estudios del P. Calveras sobre el texto de los Ejercicios*, in *Manresa*, 37 (1965), vide p. 400-401 ; PINARD DE LA BOULLAYE, *Les étapes de rédaction des Exercices*, pp. 19-46.

Introductio

1. — TEXTUS. Est textus a beato Favre cartusianis coloniensibus relictus, postquam, ut videtur, eis tradidit *Exercitia* anno 1543 vel 1544. Servatur Coloniae, in Stadtarchiv, ms. W 8° *154**, ff. recentioris numerationis 2*r*-63*r*. Codicem hunc ad cartusianos pertinuisse asseritur in declaratione posita ad calcem fol. 2*r* : « Sum carthusianorum in Colonia ». In fol. 1*v*, manu diversa ab ea quae *Exercitia* exscripsit, adest declaratio : « Exercitia R. P. Petri [corr. ex Jacobi] Fabri, Soc. Iesu theologi, quibus uti solebat ad alios instruendos et manuducendos in vita spirituali, cum Coloniae habitaret inter carthusianos »[1]. *Exercitia* scripta sunt manu unius tantum amanuensis,

[1] Haec notatio auctores ut Codina, Pinard etc. induxit ad hunc textum vocandum *Exercitia Beati Petri Fabri*. Quonam sensu ei tribuenda sint, in sequentibus exponemus.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

usque ad verba : « Quod doctores scholastici, cum sint magis moderni », in regula 11ª « Ad vere sentiendum in Ecclesia militanti », fol. 61*v*, n.º [363]. Sequitur alia manus usque ad finem.

II. — TEMPUS. Beatus Favre bis Coloniae degit : anno 1543 mensibus augusto et septembri, et anno 1544 inde ab exeunte ianuario usque ad 12 iulii [2]. Probabilius exercitia cartusianis dedit hoc secundo tempore, quia eius commoratio apud eos fuit diuturnior ; annus tamen 1543 est etiam probabilis. Scimus enim eo anno Moguntiae, ubi exercitiis spiritualibus Petrum Canisium ad Societatem Iesu allexit, exercitia cartusianis urbis illius tradidisse, quod satis indicant Fabri verba in epistola ad patrem Claudium Perissin, Moguntia, 28 maii 1543 : « J'hay grande connayssance havec vos frères Chartreux d'ici, de Magonce, là où il y hat aulcuns religieux, *havec lesquieulx je me retire aulcunes foys*, voyant le désyr qu'ils hont de croistre en esprit ... » [3]. Atque haec, simul cum Canisii commendatione, causa fuit cur, Prior Cartusiae coloniensis, Gerardus Hammontanus (Kalkbrenner) Fabrum Coloniam invitaverit, prout ipse Favre dixit in dicta epistola : « Semblablement le dom Prieur des Chartreux de la citté de Cologne (duquel est le présent messagier) m'hat escript ces jours passés, m'exhortant fort et désyrant affectueusement, afin que je veulle visiter la citté de Cologne, qu'est a trois journées loing d'ici » [4]. Exercitiis, ut videtur, peractis, cartusianis eorum textum reliquit, prout dicit Reiffenberg, qui asserit se opus hoc manu scriptum vidisse [5]. A quaestione de tempore quo Petrus Faber Coloniae exemplar Coloniense Exercitiorum reliquit distinguenda est alia de tempore quo talis textus confectus est, de qua inferius, sub nº V agemus.

---

[1] *Bienheureux Pierre Favre* : *Mémorial*, traduit et commenté par Michel de CERTEAU (Collection CHRISTUS, nº 4), 99-100.

[2] MHSI, *Fabri Monumenta*, 202. De Exercitiis a Fabro Cartusianis coloniensibus datis, v. M. de Certeau, op. cit., p. 33 ; IPARRAGUIRRE, *Historia de los Ejercicios*, I, 123.

[3] MHSI, *Fabri Monumenta*, 202, et cf. 198[10].

[4] « Ceterum quo tempore apud Ubios Faber vitam egit, apud Patres Cartusianos tantisper diversatus est ; diemque modo precando, modo scribendo, modo exhortando consumpsit, eo ipso, ut traditum comperio, in loco, ubi hodie codicum manu exaratorum Bibliotheca visitur. Excoluit ibidem religiosissimos Patres sacris Ignatii commentationibus ; quas ne animo continuo effluerent, in libellum sua manu retulit ; quem uti hic in amoris gratique animi pignus perpetuum reliquit : ita magna ipsi in hunc usque diem cura asservant, ac mecum aliquando communicatum sacris pene in rebus habent ». REIFFENBERG, *Historiae Societatis Iesu ad Rhenum inferiorem*, lib. I, cap. IV, p. 12. Textus Coloniensis quem describimus non est Beati Fabri autographus. Unde vel ille Cartusianis exemplar non « sua manu » scriptum reliquit, vel illud quod hucusque servatur, ex autographo depromptum dicendum est. Cf. DEBUCHY, p. 9.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

III. — TEXTUS COLONIENSIS EST TEXTUS ACCOMMODATUS. Dici nequit hunc textum nobis referre *Exercitia* prout erant Lutetiae cum Ignatius, anno 1535, ea urbe relicta in patriam venit [6]. Textus ille, cuius exemplar, antequam discederet, inquisitori Thomae Liévin reliquit [7], erat sine dubio textus archetypus, quales sunt textus *A*, *P*, *V* quos nunc habemus, textus autem Coloniensis est textus accommodatus, scilicet textus ministerialis aptatus coetui determinato exercitantium, nonnulla, respectu archetypi, brevians, alia amplificans ope glossarum. Huius rei rationes sunt quae sequuntur:

In Coloniensi apparet tendentia breviandi textum, illum simpliciorem reddendo vel in compendium redigendo. E contra, saepe adsunt in eo glossae, immo et verae amplificationes. Ecce tibi exempla:

1.º De « additionibus ». Ubi in textu *C* agitur de « additionibus », semper dicuntur esse decem, tot enim sunt in textu typico. Re tamen vera, in *C* « additiones » novem tantum sunt, quia 2.ª et 6.ª in unam conflantur, ideoque 7.ª est 6.ª et ita vicissim usque ad 10.ªm quae in *C* est 9.ª. Ex gr.: [130] « In hac secunda hebdomada ex *decem* additionibus primae hebdomadae, mutari debet secunda, sexta, septima et ex parte *decima* » (f. 20). Alia exempla habes in nn. 206, 229: ff. 35, 40. Iam talis incongruentia admittit nequit in textu archetypo.

2.º Quid simile dici potest de mysteriis vitae Christi, quae a textu *C* absunt; aderant tamen in textu e quo *C* desumptus est, nam *C* saepe de eis mentionem facit, ex. gr. f. 39: « In contemplationibus sequentibus procedendum est per omnia mysteria Resurrectionis *sicut inferius statim declarabitur*, *usque ad Ascensionem inclusive* ... ». Vide etiam f. 27, ubi promittitur declaratio mysteriorum, quae postea re vera meditanti non offeruntur.

3.º In *C* « annotationes » ad finem fere reiciuntur, post orandi modos, clarum tamen est in textu pro basi ab elaboratore desumpto, eas naturali loco, scil. initio libri sitas fuisse, legimus enim in *C*, f. 45, annotatione 1.ª: « quivis modus ... vel alterius spiritualis operationis, *sicut postea dicetur* ». In *C* haec dicta sunt *antea*.

IV. — GRADUS ACCOMMODATIONIS TEXTUS *C*. Est gradus maximus, i. e. textus *C* continet *Exercitia* integra per unum mensem protrahenda. Destinata igitur erat haec accommodatio iis qui integra *Exercitia* facere poterant, ut erant cartusiani. Praeter mysteria vitae Christi, aliae omissiones minoris sunt momenti. Annotationes, reducuntur ad duodeviginti, cum in textu typico sint viginti. Deerant in *C* ultimae quinque regulae ad sentiendum cum Ecclesia, eas enim

[6] Haec fuit communis opinio scriptorum, ut PP. Codina, *Los orígenes*, 55-56, PINARD, p. 19.

[7] FN, I, 33*, 180, 481.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

addidit novus amanuensis, desumptas e versione Vulgata, ergo post annum 1547 [8].

Praeter superius indicata, quae minoris momenti sunt, labor accommodationis textus *C* apparet in quadam tendentia ad textum breviorem reddendum. Interdum tamen, e converso, glossae adduntur quae in amplificationem desinunt. Exemplo sint « additiones » primae hebdomadae [73-86]. Vide, ante omnia quonam modo 2.ª et 6.ª, prout supra diximus, in unum coalescant:

« Secunda est, cum expergefactus fuero, non dare locum extraneis cogitationibus, sed statim advertere ad id quod contemplaturus sum, provocando me ad erubescentiam et confusionem ob tam multa peccata mea, et adducendo exempla, veluti si nobilis quis esset coram rege suo et coram eius curia tota, cum rubore et verecundia quod regem offendisset, multis gratiis benemeritum. Similiter in altero exercitio, quod est de vita mea, considerabo, tanquam reum catenis vinctum, me venire ad iudicem iustum et aequissimum, solum timendum et tremendum prae cunctis huius saeculi iudicibus. Talia, inter induendum me, cogitabo, ne divager ad extranea, etiam alioqui bona. Nec enim tempori luctus congruit aliquid laetitiae, sed omnia, etiam si laetissima (si acciderint), applicanda sunt ad tristitiam. Illae potissimum scripturae congruunt exercitia subeunti, quae dolorem et poenitentiam suscitant, ut: ' Domine ne in furore tuo arguas me ' etc. Quod si in lectione horarum inciderit aliqua scriptura, gaudium et laetitiam spiritualem designans, veluti est psalmus: Dominus regnavit, decorem indutus est, et aliae multae scripturae gaudium resurrectionis et gloriae coelestis significantes, vertam mihi eas in amaritudinem. Ut si dixero: ' Dominus decorem indutus est ', sed heu ego confusionem indutus sum; ' Laetamini iusti in Domino ', sed ego, infelix, peccata mea defleam » (ff. 13*v*-14*r*).

Ut patet, inde a verbis « Nec enim tempori luctus ... » referuntur consilia quae sextae additionis propria sunt. Nota etiam glossas textui *P* superadditas, ut sunt, inter alia, verba e psalmis deprompta.

Exemplum simplificationis est « additio » quarta [76]. Vide comparatos textus *P* et *C*:

P2

Quarta est, initium contemplationis debeo facere nunc prostratus, nunc supinus, nunc sedens, nunc stans, modo semper quaeratur devotio in his mutationibus. Ubi duo extrema advertenda sunt: primo quod si devotionem invenio genibus flexis, non alio modo quaeram; idem si prostratus etc.: secundo, quod in eo puncto contemplationis, in quo devotionem invenero, quie-

C

Quarta, initium contemplationis eo situ faciendum est, in quo plus devotionis invenietur (praesertim si non in publico fiat), sive genibus flexis, sive prostrato corpore toto, sive stando, sive supinando, sive sedendo id fiat » (f. 14*v*).

[8] Alias omissiones indicatas vide apud CALVERAS, *Estudios sobre la redacción*, p. 30.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

scam sine anxietate et cura ultra procedendi, quousque animae meae satisfiat » (f. 23rv).

C omittit secundam observationem sive consilium, scil. sistendi in eo puncto in quo quis devotionem experitur. *Exercitia* n. 76.

Additio 10ª [86] adest in *C* forma breviore, agendo tamen de somno additur glossa: « ne die toto somnolenti simus ». Exemplum simplificationis est etiam additio 5ª [77]. In reliquis additionibus labor breviandi minor est, prout videre quis potest in additionibus 1ª et 10ª [73, 82-90], ubi *C* omittit rationes ob quas paenitentiae faciendae sunt.

Praeter « additiones » nota haec alia: materia de Examine generali modo liberiore tractatur. A textu archetypo discedit *C* ubi agitur de peccatis opere commissis [42]; ubi animadverte omissionem locutionis finalis de peccatis commissis non oboediendo piis exhortationibus et commendationibus nostrorum maiorum. Alia exempla elaborationis seu redactionis a textu archetypo dissimilis habentur in regulis ad sese ordinandum in victu [210-217] et in tertio orandi modo [258].

Locus quidam adest ubi *C* adhibet formam textu archetypo breviorem et, ut videtur, hoc antiquiorem. Agitur de tribus argumentis ad probandum difficilius esse recte iurare per creaturam quam per Creatorem [39]. Hoc loco textus *C* accedit ad *H* (Helyarem), omnium antiquissimum:

H

Et licet sit maius peccatum iurare male et inordinate per Creatorem quam per creaturam, tamen difficilius est iurare debite per creaturam quam per Creatorem, quia nomen ipsius Dei nos magis ducit ad reverentiam quam nomen creaturae. Unde magis conceditur perfectis iurare per creaturam quam imperfectis, etiam ut non veniant ad aliquam idololatriam ipsi imperfecti. Nam perfecti per assuefactionem contemplantur Creatorem esse in creaturis secundum essentiam, praesentiam, et potentiam. (f. 24v).

C

Quamquam vero sit de se gravius iurare male per Deum quam per creaturam, est tamen difficilius in iurando per creaturam servare tres dictos comites, quam in iurando per Deum, quia ex ipsa nominatione Dei redditur homo magis attentus ad veritatem et ad reverentiam Domini. Deinde quia iurando per creaturam maius periculum est idololatriae ipsis rudibus, qui nesciunt Deum in creaturis relucentem apprehendere. Ideoque magis prohibetur idiotis iurare per creaturam, ne illi assuescentes in idololatriam incidant » (f. 5v).

Videtur locum hunc posteriore tempore ab Ignatio amplificatum esse in textibus archetypis.

Notandum est documenta quae in *C* inveniuntur ad calcem libri, id est annotationes et varias series regularum, sat fideliter exprimere textum archetypum, omisso labore accommodationis, qui cessat inde

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

a 6.ª regula discretionis spirituum [334] [9]. Aliquae quidem locutiones omittuntur, sed id tribui potest amanuensis incuriae. Aliae diversitates tribuendae sunt textui qui fuit basis textui *C*, quique antiquior textu Versionis primae (*P*) dicit potest [10]. Exemplo sit modus quo desinit regula 14.ª ad discernendos spiritus in prima serie [327]:

P2	*C*
Non aliter hostis humanae naturae Satanas, circuiens consyderat omnem nostram virtutum et theologalium et cardinalium et moralium supellectilem et fortitudinem ; et per illam partem, in qua videt nos debiliores et minus fortes ad vitae aeternae salutem assequendam, per illam aggreditur nos, ut expugnet (f. 83*v*-84*r*).	Ita prosus humanae naturae hostis aggrediens nos, considerat omnem nostram virtutem, et theologalem et moralem, et ubi videt nos debiliores ac minus fortes ad vitae aeternae salutem adquirendam, illinc nos aggreditur, ut expugnet » (f. 54*v*).

Brevitas textus *C* provenit ex eo quod omittit imaginem ***suppellectilis et fortitudinis***, quae est in *P* sed abest etiam a textu Autographo. Adhibet etiam simpliciter adverbia ; « ubi », « illinc » loco circumlocutionis « per illam partem in qua [...] per illam ». Scriba omisit in *C* virtutes ***cardinales***.

V. — STATUS REDACTIONIS TEXTUS EXERCITIORUM. Ex his quae exposuimus concludere licet textum Coloniensem, pari modo ac textum Helyaris, nobis referre textum aliquem praecedentem, quem accommodat determinato coetui vel coetibus exercitantium. Aliis verbis, *C* non tradit nobis textum archetypum ***Exercitiorum***, neque ex originali hispano, neque ex huius versione litterali latina *P*, cum qua tamen similitudinem in multis prae se fert [11].

Ad historiam compositionis ***Exercitiorum***, textus Coloniensis haec nobis tradit. Est textus magis evolutus quam textus Helyaris. In « Principio et fundamento » ab *H* discedit et formulationem similem definitivae habet. Differentiae inter *C* et *P*, quoad hoc punctum, minimae sunt. Comparando *C* cum *H* apparet etiam *C* habere formulas elegantiores. E cumulo indiciorum patet *C* tempore subsequi textum *H* [12]. Quandonam autem elaboratus fuerit definire non audemus, certe tamen debuit componi inter annum 1535, qui, ut vidimus est annus redactionis textus *H*, et 1543-1544, quibus beatus Favre hunc textum, vel exemplar eius, cartusianis coloniensibus reliquit. Probabilius textus *C* elaboratus est Romae, cum anno 1538 post Pascha, socii omni spe relicta peregrinationis Hierosolymitanae et obtenta

[9] CALVERAS, *Estudios*, pp. 36-38, 92.
[10] Ibid. 36.
[11] Hanc similitudinem notavit iam PINARD DE LA BOULLAYE, pp. 25, 26, 36.
[12] PINARD opinatur textum Helyaris a Coloniensi pendere : p. 21.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

a cardinali legato Carafa facultate praedicandi et confessiones audiendi ubique[13], ministeria spiritualia exercere coeperunt et *Exercitia* viribus principibus tradiderunt. Primos Societatis Iesu Patres adhibuisse varios Exercitiorum textus, dum spiritualia ministeria exercebant, scimus ex Petri Fabri epistola data Brixia, 7 aprilis 1540 ad PP. Codacium et Xaverium: « El vicario general desta çiudad es muy buena persona, y quiere mucho a micer Francesco Estrada. Es el Doctor Hanníbal, al cual fueron presentados los Ejerçiçios *por varias manos y varios modos* »[14].

Versio latina, cuius textus *C* nobis exemplar praebet, continebat: Principium et fundamentum in eius ultima et definitiva redactione, examen generale et particulare, omnes meditationes et contemplationes quattuor hebdomadarum, additiones, documenta de electione et reformatione vitae, regulas ad se ordinandum in victu, tres modos orandi et nonnullas e primis regulis ad discernendos spiritus. Ex his, nonnulla elementa prope accedebant ad primitivam redactionem textus Helyaris.

Supponendum est textum e quo *C* transcriptus est, continuisse Mysteria Vitae Christi, quae tamen scriba textus *C* referre omisit. Aderant etiam Annotationes, quas tamen scriba non loco ipsis proprio, scil. initio libri, sed ad finem fere operis, ante regulas ad discernendos spiritus, collocavit. Annotationes tamen non 20 sed 18 sunt in *C*, addita nota de opportunitate secessus deque commodis quae ex eo oriuntur iis qui ab aliis negotiis se expedire valent, et quantum possunt in via Domini progredi curant. In Annotatione 18.ª deerat accommodatio de *Exercitiis* « levibus », usque ad confessionem generalem, aptis iis qui « son de poco subiecto o de poca capacydad natural » [18]; retinebatur tamen usus dicandi horam cum dimidio exercitiis, ab iis qui rebus externis distinerentur [19]. Haec norma ab Ignatio postea in duas regulas divisa est, undevigesimam et vigesimam, quarum prior agit de iis qui negotiis externis occupantur nec tempus pro arbitrio liberum habent, altera dicatur iis qui omnino a rebus exterioribus liberari valent.

Successivo tempore, textus *C* auctus est novis elementis, ab omni nova elaboratione expertibus. Talia sunt: Regulae primae seriei ad discernendos spiritus, inde a sexta regula; regulae secundae seriei de eodem argumento; regulae ad distribuendas eleemosynas; regulae de scrupulis; regulae ad sentiendum cum Ecclesia usque ad decimam tertiam inclusive, quia quinque postremae, ut diximus, e Vulgata, et proinde, posteriore tempore, desumptae sunt. Probabiliter haec posteriora documenta serius in linguam latinam translata sunt ab eo qui huius

[13] Facultas haec sociis concessa est die 3 maii a. 1538. Vide textum in MI, Scripta, I, 548-549. Vide FN, I, 36*, 124-126; CALVERAS, *Estudios*, p. 96-97.

[14] MHSI, *Fabri Monumenta*, 26.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

linguae peritior erat. Si quinque posteriores regulae ad sentiendum cum Ecclesia e Vulgata, unde post a. 1547, transcriptae sunt, concludere licet, saltem cum probabilitate, has regulas, quae directe protestantes respiciunt, a sancto Ignatio posteriore tempore compositas esse.

VI. — RATIO EDITIONIS. Edimus textum supra descriptum, eius folia indicantes secundum recentiorem numerationem. Ubi adest manifestus error scribae, verba substituimus, ea desumentes e textu Versionis primae (*P*); substitutionem indicamus in apparatu, ubi etiam apponimus alias variantes textus *P*, quandoque etiam textuum *A* et *V*, ubi id opportunum visum est ad melius textum Coloniensem intelligendum.

Paragraphos numeramus, additis intra [ ] numeris textus archetypi.

Textus

[f. 2*r*] SEQUUNTUR ALIQUA EXERCITIA SPIRITUALIA AD HOC QUOD ALIQUIS SE IPSUM VINCAT ET ORDINET VITAM SUAM ABSQUE ALIQUA AFFECTIONE INORDINATA 1 [21]

Ad hoc quod tam qui tradit exercitia spiritualia quam is qui accipit mutuo sese iuvent, notandum est quod quivis bonus christianus debet esse promptior ad salvandam propositionem a proximo prolatam, quam ad eam damnandam. Quod si eam salvare non possit, inquirat a proximo quo modo eam intelligat. Quo eam male intelligente, ipsum charitative corrigat. Ad quod si solus non suffecerit, quaerat tunc omnia media convenientia ad hoc quod proximus sane propositionem illam intelligens salvetur. 2 [22]

PRINCIPIUM ET FUNDAMENTUM

Homo est creatus ad laudandum Deum [2*v*] et ei exhibendum obsequium et reverentiam, et ad salvandam his mediis suam animam. Reliqua autem omnia super terram existentia, creata sunt ad hoc quod hominem iuvent ad prosecutionem finis ad quem conditus est. Ex quo consequens est, quod homo illis eatenus uti debet, quatenus ad eum finem ipsum iuvant; eatenusque ab eis abstinere, quatenus impediunt. Quocirca opus est ut simus indifferentes ad omnia creata, in quantum est concessum libertati nostrae et non prohibitum. Ita quod ex parte nostra nolimus plus sanitatem quam aegritudinem, nec divitias quam paupertatem, nec honorem quam opprobria, nec longam vitam quam brevem et ita de aliis. Solum optemus et eligamus ea, quae magis nos iuvant, ad finem ad quem creati sumus, consequendum. 3 [23]

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

EXAMEN PARTICULARE ET QUOTIDIANUM, CONTINENS IN SE TRIA TEMPORA, BIS QUOTIDIE FACIENDUM

4 Primum tempus est matutinum, quo cum primum quis surre-
[24] xerit, debet proponere se diligenter cauturum peccatum particulare seu defectum quem corrigere et emendare cupit. Secundum tempus
[25] est pomeridianum, in quo petet primum gratiam a Domino recordandi quoties illum particularem defectum incurrerit, et ad id deinceps corrigendum. Et consequenter faciat primum examen, exigens ab animo suo de re proposita et particulari rationem, et discurrens de hora in horam, incipiens ab hora qua surrexit usque ad praesentem, et pungat in figura subsequentis lineae tot puncta, quot vicibus in illud peccatum particulare inciderit. Et inde proponat se denuo cor-
[26] recturum usque [3*v*] ad tempus secundi examinis, quod ad formam praedicti fiet post coenam, et pungat in secunda linea quoties in idipsum incurrerit peccatum particulare.

5 Sequuntur quatuor additiones ad citius tollendum particularem
[27] defectum.

Prima additio est, quoties inciderit homo in illum defectum, admoveat pectori manum et doleat quod ceciderit. Et id fieri potest coram multis, absque hoc quod sentiant quid fecerit.

[28] 2ª. Cum prima linea primum examen significet, et 2ª 2ᵐ, consideret si plura puncta sint in primo examine quam in secundo.

[29] 3ª. Conferat primum diem cum secundo, examina praecedentis diei cum examinibus hodierni.

[30] 4ª. Conferat praecedentem hebdomadam cum praesenti, utra perfectius transacta fuerit et emendatius. [4*r*]



[31] Notandum est quod figura prima maiuscula significet diem dominicum : secunda, lunae ; tertia, martis, etc. [4*v*]

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

EXAMEN PURGANDAE CONSCIENTIAE GENERALE, ET AD RECTIUS CONFITENDUM 6 [32]

Supponendum est tres esse cogitationes: quasdam internas, quae scilicet ex nostra voluntate prodeunt, alias vel a bono angelo vel a malo.

Circa cogitationem ab angelo malo venientem quater nos habere possumus. Primum, si statim ut praesentiscimus advenientem, resistamus, nec intromittamus eam, bene meremur. [33]

Secundo, si cogitationem huiusmodi, cum in animam nostram irrepserit, sive ex levi negligentia nostra, sive ex violentia, invitis nobis, expellere nitimur, nec desistimus illi resistere donec abierit; et tunc quoque meremur. [34]

Tertio autem venialiter peccamus, quando scilicet advenienti tali cogitationi peccandi mortaliter, non statim resistimus, sed aures [5r] praebemus, vel aliquantulum immoramur vel percipimus aliquam delectationem sensualem. [35]

Quarto, mortaliter peccamus, quando consentimus ad opere patrandum malum illud, quod cogitationi suggeritur; vel etiam quando in ipso affectu immorantes, consentimus in ipsum; puta quod odio afficiamur et rancore, vel libidine mala in cogitatione fornicationis, etiamsi nec fratrem opere occidere, nec actu fornicari vellemus. [36]

Haec de cogitationibus.

Sequitur de verbis

Primum, iuramentum bene considerandum, nec tantum est cavendum ne falsum iuremus, sed ne omnino iuremus, neque per Deum neque per creaturam, nisi adsint tres comites: veritas, necessitas [5v] (ut pro salute animae vel pro conservatione corporis aut bonorum temporalium), et reverentia. Quamquam vero sit de se gravius iurare male per Deum quam per creaturam, est tamen difficilius in iurando per creaturam servare tres dictos comites, quam in iurando per Deum, quia ex ipsa nominatione Dei redditur homo magis attentus ad veritatem et ad reverentiam Domini. Deinde quia iurando per creaturam maius periculum est idolatriae ipsis rudibus, qui nesciunt Deum in creaturis relucentem apprehendere. Ideoque magis prohibetur idiotis quam doctis iurare per creaturam, ne illi assuescentes in idololatriam incidant. 7 [38] [39]

Non est dicendum verbum ociosum. Ociosum est quicquid dicimus non intento aliquo fine, sive ad salutem animae, sive ad salutem corporis, sive ad utilitatem non respicientes, etiamsi quod dicimus sit 8 [40]

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

de se salutiferum aut utile, veluti cum [6*r*] loquimur de bellis aut de mercimoniis, non intendentes debitum finem.

9 [41] Tertium, in verbis cavendum est ne detrahamus proximo, obloquendo in diffamationem eius, quia si sic peccatum mortale alias occultum revelavero [pecco] mortaliter ; si veniale, venialiter. Potest autem duobus modis quis cum intentione bona peccatum alterius loqui. Primo, quando peccatum est publicum, sicut est publicae meretricis, etiamsi in loco ubi hoc refero nesciatur. 2º. Quando peccatum alicuius occultum revelatur ei qui corrigat et retrahat a peccato, modo probabiles sint coniecturae, quod sic futura sit emendatio.

De opere tria sunt examinanda

10 [42] Primum, praecepta decalogi. Secundum, praecepta Ecclesiae : si festos dies coluerimus, si dominicis et festis missam audierimus, si ieiunia Ecclesiae servaverimus, si [6*v*] in festo paschae confessi fuerimus, si eodem tempore quotannis communicaverimus. Tertium est de his quae quisque tenetur facere ratione sui status et officii.

11 [43] MODUS FACIENDI EXAMEN GENERALE, CONTINENS IN SE QUINQUE PUNCTA.

Primum est agere gratias Deo pro omnibus suis beneficiis.

2m. Petere ab eo gratiam cognoscendi proprios defectus.

3m. Exigere ab anima rationem ab hora surgendi usque ad horam nonam. Et sic de aliis temporum spaciis : primum de cogitatione, 2º de locutione, 3º de opere, secundum praescriptum ordinem in examine particulari.

Quartum est a Deo [petere] veniam de defectibus.

Quintum est proponere cum gratia Dei emendationem. [7*r*]

12 [44] DE CONFESSIONE GENERALI CUM COMMUNIONE

In confessione generali inter alia multa invenientur tria commoda : Primum, licet qui singulis annis confitetur non teneatur generalem confessionem facere ; si fecerit tamen, maiorem gratiam et meritum inveniet ob maiorem dolorem omnium iniquitatum totius vitae suae. Secundo, quia in istis exercitiis spiritualibus maiorem cognitionem et maiorem detestationem iam adquirit peccatorum suorum, quam prius habuerit iunior et inexpertior et inadvertentior. 3º. Quia melius confessus, aptior et dignior erit ad sacramentum Eucharistiae suscipiendum ; cuius receptio non solum facit ne recidamus in pec-

2 pecco *deest in ms. suppletur ex P* || 23 petere *deest in ms. suppletur ex P*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

cata, sed etiam ut augeatur et crescat gratia. Et haec confessio generalis melius fiet post exercitia primae hebdomadae. [7*v*]

PRIMUM EXERCITIUM EST MEDITATIO TRIUM ANIMAE VIRIUM CIRCA PRIMUM, 2.^{m} ET 3.^{m} PECCATUM. ET CONTINET, ULTRA ORATIONEM PRAEPARATORIAM, DUO PRAELUDIA, TRIA PRAECIPUA PUNCTA CUM UNO COLLOQUIO. **13** [45]

Oratione praeparatoria petendum est a Domino, ut omnes intentiones nostrae et actiones dirigantur pure ad eius laudem et obsequium. [46] [47]

Praeludium primum est compositio videndo locum. Ubi annotandum est, quod in contemplatione visibili, ut est contemplatio Christi Domini nostri, compositio erit videre oculo imaginationis locum corporeum in quo res est contemplanda, sicut templum vel mons in quo Christus manebat. In invisibili autem, sicut est contemplatio peccatorum, compositio erit videre oculo imaginationis animam corpori corruptibili tanquam carceri inclusam, et totum compositum ex anima et corpore inter bruta animalia hic exulare coactum. [8*r*]

Secundum praeludium est petere a Domino Deo nostro quod subiectae materiae congruat. Si est contemplatio de resurrectione Christi, petendum est gaudium, quo gaudeamus cum illo gaudio pleno. Si est de passione eius, petamus poenas et lachrymas et afflictiones cum Christo afflicto. Hic autem petenda est et verecundia et confusio sui ipsius, qua consideremus quam multi sint ob unicum peccatum mortale damnati, et quoties nos meruimus damnari, quorum tot et tanta peccata. [48]

Notandum quod ante omnes meditationes fieri debeat supradicta oratio praeparatoria, absque mutatione aliqua, et duo dicta praeludia, aliquando mutando ea iuxta subiectam materiam. **14** [49]

Primum punctum erit exercere memoriam supra primum peccatum, scilicet angelorum, et circa idem intellectum, et consequenter volun-[f. 8*v*]tatem, volendo talia memorari et intelligere ad maiorem meam confusionem, comparando uni peccato angelorum mea tam multa et tam magna scelera, considerando quoties ob illa infernum merui, si angeli ob unicum peccatum infernum meruerunt. Circa memoriam autem peccati angelorum recordari debemus quod, cum ipsi creati essent in gratia, et nollent libertate sua gratiam iuvare ad exhibendam Deo reverentiam et obedientiam, elevati sunt in superbiam, et ceciderunt a gratia in malitiam, et depulsi sunt e celo in infernum. Et ita discurrendum est consequenter particularius cum intellectu, et movendi sunt magis affectus voluntatis. **15** [50]

Secundum est idem quod supra facere, hoc est, exercere tres potentias circa peccatum Adae et Evae, reducendo ad memoriam qua- **16** [51]

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

liter ob tale peccatum per tantum tempus [9*r*] poenituerunt, et quanta corruptio est secuta genus humanum, tot gentibus descendentibus in infernum. Item circa peccatum secundum eorundem, qualiter postquam Adam creatus fuit in campo damasceno, et positus in paradiso terrestri, et Eva de eius costa formata, post prohibitionem ne comederent de arbore scientiae boni et mali, ipsis comedentibus et ideo peccantibus, tandem datae sunt eis pelliceae vestes, et expulsi de paradiso vixerunt sine iustitia originali per totam vitam suam in multis laboribus, in multa poenitentia. Et consequenter discurrendum intellectu particularius, utendo etiam voluntate, sicut dictum est.

17 [52] Tertium punctum est, idem facere circa 3.^{m} peccatum cuiusvis, qui ob unicum mortale damnatus est, et aliorum sine numero damnatorum ob pauciora peccata quam sint mea. Dico autem idem facere circa 3.^{m} peccatum cuiusvis, reducendo ad memoriam gravitatem [9*v*] et malitiam peccati contra Creatorem et Dominum, discurrendo intellectu qualiter peccando et agendo contra bonitatem infinitam iuste damnatus sit in aeternum. Et tandem fi[ni]at cum voluntatis actibus.

18 [53] Colloquium demum fiet imaginando Christum Dominum coram me crucifixum. Fiat colloquium considerando qualiter Creator exinanivit se, ut homo fieret, et vita aeterna voluit temporaliter mori pro peccatis meis. Considerabo etiam quid pro ipso fecerim, quid facere debeam. Et ita pendentem in cruce videns, discurram per ea quae sese obtulerint.

[54] Colloquium autem proprie fit quando amicus amicum alloquitur, vel servus dominum suum, nunc aliquam gratiam petendo, nunc demum sua Domino communicando, et circa ea consilium quaerendo. Pater noster. [10*r*]

19 [55] SECUNDUM EXERCITIUM EST DE MEDITATIONE PECCATORUM. ET CONTINET POST PRAEPARATIVAM ORATIONEM ET DUO PRAEAMBULA, QUINQUE PUNCTA ET UNUM COLLOQUIUM.

Oratio praeparatoria sit eadem quae supra.

Primum praeambulum erit eadem quae supra compositio.

2.^{m} est petere gratiam quam desidero, magnum videlicet et intensum dolorem de peccatis.

20 [56] Primum punctum est circa processum peccatorum, reducendo ad memoriam omnia peccata vitae, discurrendo mente de anno in annum, vel quovis alio tempore in aliud. Ad quod tria potissimum iuvant: primum respicere domum vel locum in quo habitavimus;

---

77 corruptio *ex P et V*, corrupta *ms.* || 92 finiat *ex P*, fiat *ms.* || 1 ea *ex P*, eum *ms.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

2º conversationem nostram cum aliis ; 3º nostrum statum vel conditionem.

Secundum est ponderare peccata ; et singula quantam deformitatem contineant quaeque mortalia, [10*v*] etiamsi lege divina specialiter non fuerint prohibita. 21 [57]

Tertium est considerare me ipsum, quis ego sim, adductis exemplis diminutionem inquirendo : primo, quam parum ego sim in comparatione omnium hominum ; secundo, quam parum sim in comparatione totius mundi ; 3º quam parum sit omnis creatura respectu Dei. Et quid ergo ego ? 4.to cogitare omnem corruptionem corporalem ; 5.to me ipsum respicere tanquam sordidissimum apostema, unde tot et tanta pullularunt peccata, tam turpes iniquitatum foeditates et abominationes et venena. 22 [58]

Quartum est considerare quis sit Deus contra quem peccavi, considerando eius attributa, et oppositis in me illa comparando : sapientiam eius ignorantiae meae ; omnipotentiam eius meae impotentiae ; bonitatem eius meae malitiae ; iustitiam meae iniquitati. 23 [59]

Quintum est exclamatio quaedam admirativa ex magno affectu procedens, discurrendo per [11*r*] omnes creaturas, admirans quomodo dereliquerunt me vivere et in vita conservaverint me. Quomodo angeli, qui sunt gladius divinae iustitiae, me sustinuerint et conservaverint ; quomodo etiam sancti fuerint pro me intercessores apud Deum ; coeli, sol, luna, stellae, pisces et aquae et animalia et terra quomodo hactenus me sustinuerint ; quomodo me aperta non absorbuit terra ; quomodo non sunt creati novi inferni, ut me in aeternum punirent. 24 [60]

Conclude tandem uno colloquio, colloquendo et gratias agendo Domino, quod concesserit tibi hactenus vitam, ut possis deinceps corrigere eam mediante sua gratia ; et ita proponens dic Pater noster. [61]

TERTIUM EXERCITIUM EST REPETITIO PRIMI ET SECUNDI, FACIENDO TRIA COLLOQUIA 25 [62]

Post orationem praeparatoriam et duo praeambula faciam repetitionem primi et secundi exercitii, notando et moram faciendo in punctis illis, in quibus [11*v*] maiores consolationes vel desolationes, vel maiorem gustum spiritualem habuero. Post quae faciam tria colloquia.

Primum colloquium fiet ad Dominam nostram, ut obtineat mihi gratiam a Filio suo ad tria : primo, ut habeam internum sensum peccatorum meorum et integrum eorum odium ; secundo, ut sentiam deordinationem mearum operationum, quatenus me ipsum odio habens 26 [63]

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

corrigar et me ordinem; 3o, petam cognitionem mundi, [ut] illum adhuc horrens, vana et mundana repellam. Et dicam Ave Maria.

Secundum colloquium eodem modo fiat ad Filium, ut eadem obtineat mihi a Patre. Et postea Anima Christi, sanctifica me, etc.

Tertium eodem modo fiat ad Patrem, ad hoc quod ipsemet Dominus aeternus illa eadem concedat. Et post Pater noster. [12*r*]

Quartum exercitium est repetitio istius tertii

27 [64] Fiat ergo repetitio tertii, ad hoc quod intellectus discurrat assidue absque divagatione, reminiscendo contemplata in aliis exercitiis praeteritis, faciendo eadem tria colloquia.

28 Quintum exercitium est meditatio inferni. Et continet in se, [65] post praeparatoriam orationem, quinque puncta et unum colloquium

Oratio praeparatoria sit eadem quae supra.

Primum praeambulum erit compositio, quae hic erit imaginari longitudinem, latitudinem et profunditatem inferni.

2.m praeambulum erit petere quod ad praesens volo, nempe internam cognitionem paenae infernalis, quatenus si ob scelera mea oblitus fuero amoris aeterni Domini, saltem timor poenarum me adiuvet ne in peccatum incidam. [12*v*]

[66] Primum punctum est oculo imaginationis videre ingentes focos et animas, quae ibi patiuntur, quasi corporibus igneis alligatae.

[67] Secundum punctum est auribus imaginationis audire eiulationes et blasphemias contra Christum et sanctos eius.

[68] Tertium est olfacere fumum ardentis picis et sulphuris, et sentinam foetidorum et putidorum.

[69] Quartum est gustare amaritudinem lachrymarum et dolorum et vermis aeterni.

[70] Quintum est tactu imaginationis percipere qualiter ignis tangit et comburit animas.

[71] Colloquium finale fiat ad Christum Dominum, reducendo ad memoriam animas quae in inferno sunt; quarum aliquae non crediderunt adventum Domini nostri; aliquae vero, quae, credendo, non operatae sunt iustitiam. Et omnium harum triplex est status: primus, earum quae fuerunt ante adventum Christi; secundus existentium tempore vitae mortalis eius; 3.us earum quae post ascensionem eius. Tandem agam ei gratias, quod non [13*r*] permiserit me vitam finire in statu

54 [ut] illum adhuc] ad hoc quod illum *P1* ut illum *P2*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

huiusmodi, et quod erga me hactenus tam pius et misericors extiterit ; et finiam cum Pater noster.

Primum exercitium fiet nocte ; secundum statim cum surrexeris a lecto ; tertium ante prandium, sive sit ante missam sive post ; 4.tum in vesperis vel in earum hora ; quintum una hora ante tempus coenae. Et haec temporis divisio intelligatur etiam in sequentibus hebdomadis ; quod potest augeri vel minui vel mutari, secundum quod aetas et dispositio et temperatura eius qui exercetur exigit vel iuvat. [13*v*] 29 [72]

SEQUUNTUR ADDITIONES QUIBUS COMMODIUS FIANT EXERCITIA, ET MELIUS OBTINEATUR QUOD QUIS DESIDERAT 30 [73]

Prima est, post cubitum, antequam dormire incipiam, per spacium unius Ave Maria cogitare qua hora surgam et ad quid, revocando ad memoriam exercitium quod sum facturus, et in illo desiderio bene hoc implendi, dormiam.

Secunda est, cum expergefactus fuero, non dare locum extraneis cogitationibus, sed statim advertere ad id quod contemplaturus sum, provocando me ad erubescentiam et confusionem ob tam multa peccata mea, et adducendo exempla, veluti si nobilis quis esset coram rege suo et coram eius curia tota, cum rubore et verecundia quod regem offendisset, multis gratiis benemeritum. Similiter in altero exercitio, quod est de vita mea, considerabo, tanquam reum cathenis vinctum, me venire ad iudicem summum et aequissimum, solum timendum [14*r*] et tremendum prae cunctis huius seculi iudicibus. Talia, inter induendum me, cogitabo, ne divager ad extranea, etiam alioqui bona. Nec enim tempori luctus congruit aliquid letitiae, sed omnia, etiam laetissima (si acciderint), applicanda sunt ad tristitiam. Illae potissimum scripturae congruunt exercitia subeunti, quae dolorem et poenitentiam suscitant, ut « Domine, ne in furore tuo arguas me »[1], etc. Quod si in lectione horarum inciderit aliqua scriptura, gaudium et laetitiam spiritualem designans, veluti est psalmus : « Dominus regnavit, decorem indutus est »[2], et aliae multae scripturae gaudium resurrectionis et gloriae coelestis significantes, vertam mihi eas in amaritudinem. Ut si dixero « Dominus decorem indutus est »[3], sed heu ego confusionem indutus sum ; « Laetamini iusti in Domino »[4], sed ego infelix peccata mea defleam. [78]

[1] Ps. 6, 2.
[2] Ps. 92, 1.
[3] Ib.
[4] Ps. 96, 12.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

[75] Tertia est, uno vel duobus passibus ante [14*v*] locum ubi contemplaturus sum, stabo ad spacium Pater noster et Ave Maria, ac elevata sursum mente, considerabo Dominum intuentem me, et illi reverentiam exhibebo.

[76] Quarta, initium contemplationis eo situ faciendum est, in quo plus devotionis invenietur (presertim si non in publico fiat), sive genibus flexis, sive prostrato corpore toto, sive stando, sive supinando, sive sedendo id fiat.

[77] Quinta, post exercitium factum, ad quartam horae recolligam quomodo me habuerim ; et si male, causa cognita, deinceps cavebo, et veniam postulabo ; si bene, Deo gratias agam, et sic perseverare proponam.

[79] Sexta est fugere claritatem, fenestras et ostia claudere, excepto tempore legendi horas aut comedendi.

[80] Septima est cohibere risum et non proferre quae risum provocent. [15*r*]

[81] Octava, cohibere visum, ne respiciat faciem alicuius, nisi cum primum salutat aut ultimum vale dicit.

[82] Nona est poenitentiae adhibitio. Quae duplex est, externa et interna. Interna est dolor de peccatis, cum firma deliberatione non iterum eadem vel alia committendi. Externa (quae fructus est internae et valet etiam ad acquirendam internam, quando nondum habetur) est punitio peccatorum ; quae praecipue in tribus attenditur :

31 [83] Primo, in cibo et potu, in qua re, si tantum superflua subtrahimus, non est poenitentia, sed temperantia in omni tempore servanda. Sin autem de convenienti et necessario aliquid subtrahimus, poenitentia est, et eo maior, quo fit huiusmodi subtractio maior, dummodo non corrumpatur subiectum, vel notabilem infirmitatem incurrat.

32 [84] 2º. in sommo subtrahendo, non in superfluitatis [15*v*] solius, nec etiam temporis convenientis et naturaliter necessarii (ne die toto somnolenti simus), sed in modi convenientis subtractione, ne tam molliter et delicate iaceamus. Et quanto fuerit haec subtractio maior, tanto poenitentia potior, si per hoc non corrumpatur subiectum aut notabilem incurrat infirmitatem.

33 [85] 3º. in flagellatione vel castigatione corporis sensibili, ut per cilicia, per flagella, per funes, per vectes ferreos vel similibus aliis asperitatibus.

[86] Inter haec commodius et securius videtur sic carnem affligere, ut ossa non penetrentur, et dolorem quidem, non infirmitatem, incutere. Cui rei convenientissimum videtur funiculos adhibere. Adhibent enim huiusmodi flagella dolorem et non notabilem interius infirmitatem. [16*r*]

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

SECUNDA HEBDOMADA

VOCATIO REGIS TEMPORALIS IUVAT AD CONTEMPLANDAM VITAM REGIS AETERNI, TAMQUAM IN PARABOLA 34 [91]

Oratio praeparatoria erit eadem quae solet esse.

Primum praeambulum est compositio loci, quae hic erit oculo imaginationis considerare templa, villas, castella in quibus Dominus noster praedicabat.

Secundum est petere gratiam, quam desidero et volo; quod ad praesens erit petere gratiam a Domino ne obsurdescam suae vocationi, sed evadam diligens ad implendam suam divinam voluntatem.

Primum punctum est considerare ante me ipsum regem quendam [92] humanum electum a Domino Deo nostro, cui subdantur omnes principes christiani.

2.m punctum est considerare hunc regem sic alloquentem omnes [93] suos subditos: Voluntas mea est ex-[16*v*]pugnare omnes terras infidelium. Propterea si quis vult me comitari, debet eodem cibo et potu et vestimento, quo ego utar, contentari. Item debet laborare interdiu, et noctu vigilare sicut ego, ut particeps victoriae mecum fiat, sicut et laborum fuit.

3.m est considerare responsum quod a bonis subditis regi tam [94] liberali et tam humano reddi debeat. Et ex consequenti, si quis non acceptaret talis regis petitionem quanto vituperio dignus esset, et quam degener a vero et fideli subdito apud totum universum.

Secunda pars exercitii huius consistit in applicatione praedicti 35 exempli de rege temporali ad Christum Dominum nostrum, regem [95] aeternum, in illis tribus punctis.

Quantum ad primum quidem, si consideramus edictum illius regis temporalis ad subditos suos, quanto magis consideratione dignum est contemplari Christum, regem aeternum, ante quem est totus hic mundus; quem totum et ipsius [17*r*] unumquemque vocat sigillatim et dicit: Voluntas mea est expugnare totum universum et omnes hostes, et ita intrare in gloriam Patris mei. Propterea, si quis vult comitari me, debet et mecum laborare, ut qui sequitur me in labore, sequatur me et in gloria, etc.

Secundum est considerare quod omnes subditi rationis capaces [96] ac iudicii, offerunt se totos huic labori, etc.

Tertium, quod qui magis desiderabunt insigniri et illustrari in [97] omni servitio sui regis aeterni et domini universalis, non solum offerunt [sic] se labori, sed etiam certando contra propriam sensualitatem,

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

si quam habuerint, et contra omnem amorem carnis et mundi, facientque [sic] oblationes preciosiores et pluris momenti dicentes :

[98] Aeterne Domine omnium rerum mearum oblationem facio, cum vestro favore et auxilio, in conspectu vestrae infinitae bonitatis, et in conspectu vestrae Matris gloriosae, et omnium sanctorum sanctarumque curiae coelestis ; [17*v*] quia opto, volo ac firma determinatione delibero (modo sit in hoc maior tui laus et servitium) imitari te in tolerantia iniuriarum et vituperiorum et totius paupertatis, tam actualis quam spiritualis, si tua sanctissima maiestas velit me eligere ac recipere in talem vitam et in talem statum.

[99] Hoc exercitium fiet bis in die : in aurora et per horam ante coenam vel ante prandium.

36 DIE LUNAE PRIMA CONTEMPLATIO FIET DE INCARNATIONE

[101] Oratio praeparatoria erit quae in aliis.

[102] Primum praeambulum est adducere historiam eorum quae debeo contemplari. Quod ad praesens erit considerare quomodo tres Personae divinae contemplantur totum orbem plenum hominibus, ac considerantes quod omnes homines ad infernum descendant, deliberant inter se, quod secunda Persona assumat naturam hominis ad salutem humani generis ; quapropter mittitur Gabriel [18*r*] archangelus ad Mariam Virginem.

[103] Secundum erit compositio loci. Quae hic erit attendere magnam capacitatem ac planiciem mundi inhabitatam a tot et tam diversis gentibus. Similiter locum attendere et cubile Virginis Mariae in civitate Nazareth provinciae Galilaeae.

[104] Tertium est petere quod volo. Id in praesenti erit, interior huius rei cognitio, quod pro me Dominus hominem assumpserit, ut ego illum ardentius diligam ac sequar.

[105] Expedit hic adnotare quod haec eadem erit [oratio praeparatoria] ; sed tria praeambula servabuntur, cum mutatione iuxta subiectam materiam.

37

[106] Primum punctum est videre omnes personas, tam has quam illas. Et primo inhabitantes faciem terrae, in tanta varietate morum et gestuum, considerando hos albos, illos nigros ; hos in pace, illos in bello ; hos ridentes, illos flentes ; hos sanos, illos aegros ; [18*v*] hos nascentes, illos morientes. Deinde considera tres Personas in divinis, et inde circumspectantes orbem universum ac sedentes omnes homines in superficie terrae, in tanta caecitate morientes, et ad inferos descendentes. 3°. Considerare Mariam Dominam et angelum salu-

36 oratio praeparatoria *ex P*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tantem eam. Et reflectere haec in me, ut possim aliquem fructum capere.

2.m est auditu percipere quaenam loquantur homines inhabitantes 38
faciem terrae, quomodo iurent, maledicant, blasphement. Item quid [107]
loquantur tres Personae, puta: operemur salutem ac redemptionem humani generis. Item quomodo loquantur inter se Virgo et angelus. Haec ad me reflectam ad capiendum fructum.

3.m est considerare facta hominum terrenorum: pugnas, caedes, 39
descensum ad infernum. Item quid faciant Personae in divinis, scili- [108]
cet incarnationem sanctissimam. Item quid ange-[19*r*]lus, nempe officium legati exhibens. Quid Maria, scilicet se humilians et agens gratias divinae maiestati.

Colloquium fiet, cogitando cui loquamur, divinis Personis, aut [109]
Verbo incarnato, aut Virgini Matri, petendo quod iuvare norint ad imitandum Christum incarnatum. Pater noster.

2.a Contemplatio est de nativitate 40 [110]

Oratio praeparatoria quae solet.

Primum praeambulum est adducere historiam in medium. Quae [111]
hic erit considerare exitum Beatae Virginis a Nazareth, quasi per novem menses quibus gravida erat, insidentis asinae; et Ioseph et ancillae cum bovae [!] ut pergerent Bethlehem propter edictum Augusti Caesaris.

2.m erit considerare iter illud a Nazareth [19*v*] usque Bethlehem, [112]
videndo longitudinem, latitudinem itinerum, si planum, si asperum et montosum sit iter. Item attendendo hospitium, si altum an humile, et quomodo paratum.

Primum punctum est considerare personas, scilicet Dominam [114]
nostram, Ioseph, ancillam et parvulum Iesum iam natum; aestimando me pauperculum et servulum indignum, attendentem illos, contemplantem illos, inservientem eorum necessitatibus, ac si praesens adessem, cum omni honore et reverentia mihi possibili. Postea haec ad me reflectam, et hauriam aliquem fructum.

2.m est videre quid loquantur, et inde mihi fructum haurire. [115]

3.m est considerare eorum facta, ut viam quam faciunt, cum [116]
labore tanto, ut Dominus nascatur in summa paupertate, ut post finem tantorum laborum, et famis ac sitis, caloris et fri-[20*r*]goris, iniuriarum et improperiorum, moriatur in cruce. Et haec pro fructu meo super me reflectam.

Finiam cum uno colloquio sicut in praecedenti. [117]

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

TERTIA CONTEMPLATIO ERIT REPETITIO PRIMI [ET SECUNDI] EXERCITII

41 Post orationem praeparatoriam et praeambula eadem quae in prae-
[118] cedenti, fiet repetitio primi et secundi exercitii, adnotando semper aliquas partes principaliores, ubi [invenerit aliquis] plus desolationis vel consolationis vel cognitionis, addendo colloquium in fine et Pater noster.

[119] Servabitur idem ordo procedendi in ista repetitione, qui in superiore hebdomada, mutata tantum materia, et forma servata.

42 QUARTA CONTEMPLATIO ERIT REPETITIO [PRIMAE ET] SECUNDAE

[120]

43 QUINTA ERIT TRAHERE V SENSUS SUPER PRIMAM ET SECUNDAM. [20*v*]

[121]

[122] Primum punctum erit oculo imaginationis videre personas cum particularibus circumstantiis, et eruendo inde fructum pro oculis.

[123] 2.^{m} auribus percipere quae loquantur vel loqui possint, et similiter reflectere ad fructum.

[124] 3.^{m} naribus odorare ac lingua gustare infinitam suavitatem Christi secundum divinitatem suam, secundum animam et vires eius et virtutes et gratias, et omnia quae fructuose pro persona contemplante poterunt applicari.

[125] 4.^{m} est amplexu et osculo tangere loca, quae tales personae contemplatae contingunt, referendo semper ad fructum hauriendum.

[126] Finietur hoc uno colloquio cum Pater noster, sicut 3.^{m}

44 Prima nota pro tota hac hebdomada et sequentibus, quod solum
[127] debeam legere mysterium illius contemplationis, quam immediate debeo facere, ita quod pro tunc non legam aliud mysterium quam illud quod illa die vel illa [21*r*] hora debeo facere, ne consideratio unius impediat considerationem alterius.

2.^{a} Primum exercitium Incarnationis fiet media nocte ; secundum
[128] in aurora ; 3.^{m} tempore missae ; 4.^{m} tempore vesperarum ; 5.^{tum} una hora ante coenam. Et oportet singulis horum quinque exercitiorum immorari per horam.

[129] 3.^{a} Advertendum est quod si is qui exercitatur est senex vel debilis, vel fortis quidem, sed ex prima hebdomada debilitatus, consultius erit in hac secunda hebdomada, saltem aliquando, quod non surgat media nocte, sed mane vel in aurora faciat unam contemplationem ; 2.^{am} sub missa ; 3.^{am} una hora ante prandium.

---

86 et secundi *ex P* || 89 invenerit aliquis *ex P* || 94 primae et *add. ex P* | 95 *ms. sic se habet* : Quinta est trahere super V sensus primam et secundam

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

4.ta In hac 2.a hebdomada, ex decem additionibus primae hebdo- [130]
madae mutari debent secunda, sexta, septima et ex parte etiam decima. In secunda, statim excitatus, ponam ante oculos contemplationem quam debeo [21*v*] facere, ardentius desiderando cognitionem Verbi incarnati, ut plus illi inserviam et illud sequar.

In sexta frequenter in memoriam reducam vitam ac mysteria Iesu Christi Domini nostri, ab Incarnatione usque ad locum vel mysterium incumbentis mihi contemplationis.

In 7.ma tantumdem amabo laetum tempus ac triste, claritatem atque obscuritatem, quantum aeque sensero expedire contemplationibus eo tempore faciendis.

In decima, is qui exercitatur ita se habeat sicut sunt mysteria, quae contemplatur ; quia aliqua petent poenitentiam, aliqua non ; ita quod diligenter et ac[c]u[ra]te fiant decem additiones.

5ta. In omnibus exercitiis, praeter illud quod fiet media nocte [131]
et id quod in aurora, sumatur aequivalens 2.ae additioni, modo hoc sequenti. Statim ut cognovero horam esse faciendi exercitium, antequam accedam, considerabo prius mecum quo tendo, et coram quo, resumendo ex parte exercitium [22*r*] quod volo facere. Postea, cum fecero tertiam additionem, accedam ad exercitium.

In 2.o die accipiam pro prima et 2.a contemplatione praesenta- [132]
tionem in templo et fugam in Aegyptum. Et super his fient duae repetitiones et exercitium trahendi super quinque sensus.

Interdum utile est ac expediens, quamvis qui exercetur sit fortis, [133]
facere mutationem ab hoc 2.o die inclusive usque ad quartum, ad melius inveniendum quod quis desiderat, accipiendo solum unam contemplationem in aurora, alteram sub missa, tertiam sub vesperis, duas illas repetendo. Et postremo exercitium supra quinque sensus hora quinta.

Die 3.o contemplabitur qui exercitatur quomodo puer Iesus erat [134]
parentibus obediens in Nazareth. Deinde quomodo fuit inventus in templo. 3.o faciet [22*v*] horum repetitionem. 4.o trahet ad 5 sensus.

Praeambulum ad considerationem statuum

Postquam consideravimus exemplum quod Christus Dominus **45**
noster nobis tradidit pro primo statu custodiae mandatorum Dei, cum [135]
ipse obediret parentibus ; item similiter pro 2.o statu perfectionis evangelicae, cum relicto patre et matre, ut purius Dei servitio vacaret, [remansit in templo] ; incipiemus (simul contemplando eius vitam) investigare ac petere a Domino, in quemnam vitae huius statum pla-

34 acute *ms* accurate *P* || 58 remansit in templo *ex P*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ceret suae divinae maiestati nos vocare. Et ita, pro aliqua istius rei introductione, in exercitio sequenti videbimus intentionem Christi, et ex opposito illam quae est inimici naturae humanae, et quomodo nos disponere debemus, ut perveniamus ad perfectionem in ea vita et in eo statu ad quem Deus noster nos elegerit. [23*r*]

[136] Quarto igitur die fiet meditatio duorum vexillorum, alterius Christi, summi ducis nostri, alterius Luciferi, capitalis inimici humanae naturae, etc.

Oratio praeparatoria erit quae solet.

[137] Primum praeambulum continet historiam, quae hic erit considerare Christum volentem ac vocantem omnes sub vexillo contra Luciferum.

[138] 2.^{m} erit compositio loci, quae hic erit considerare magnum campum totius regionis Hierusalem, ubi summus dux bonorum est Christus Dominus ; alium in regione Babylonis, ubi dux omnium pravorum est Lucifer.

[139] 3.^{m} petere cognitionem verae vitae, quam summus ac verus dux docet, et gratiam imitandi illum.

[140] Primum punctum est imaginari caput et ducem illum hostium, sedentem in illo magno campo Babylonis, non aliter quam in cathedra ignis et fumi, in figura horrenda [23*v*] ac terribili.

[141] 2.^{m} est considerare illum vocantem innumerabiles daemones et spargentem eos, hos in hanc civitatem, illos in aliam, et ita per totum universum, nulla provincia, nullo loco, statu, persona (etiam in particulari) relicta intacta.

[142] 3.^{m} est considerare sermonem, quo illos exhortatur, ut retibus et cathenis vinciant homines. Et quod primo tentent cupiditate divitiarum, quo facilius impingant in vanum mundi honorem. Deinde ad arrogantem superbiam ; ita quod primus gradus sit divitiarum, 2.^{us} honoris, 3.^{us} superbiae. Et his tribus progreditur ad omnia alia vitia.

46 Secunda pars exercitii huius, ex opposito Christum ducem respi-
[143] ciat et consideret.

[144] Primum punctum est considerare Christum sedentem in magno campo Hierusalem, [24*r*] in loco humili, specioso et amoeno.

[145] 2.^{m} considerare Dominum universi eligentem tot personas in apostolos et discipulos, et mittentem illos per universum orbem, ut seminent sacram doctrinam eius omni statui, omni conditioni hominum.

[146] 3.^{m} est considerare sermonem, quem Christus Dominus noster habet ad servos suos et amicos, quos in talem delegationem mittit, committens illis curam omnium, atque ut eos trahant ad summam spiritus paupertatem, vel, si etiam divinae maiestati ad aliud magis placuerit eligere, trahant eos ad paupertatem actualem. Secundo

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

exhortentur ad desiderium opprobriorum et vituperiorum, ex quo nascitur humilitas ; ita quod sint tres gradus : primus paupertatis contra divitias ; 2.us opprobriorum contra honorem mundi ; 3.us humilitatis contra superbiam ; et ab his tribus gradibus inducant ad omnem aliam virtutem. [24*v*]

Colloquium fiet ad Dominam nostram, ut impetret nobis gratiam [147] a Filio suo ac Domino, quod ego recipiar sub vexillo eius ; et primo in summa paupertate spirituali ; et, si divinae maiestati magis ad aliud placuerit eligere, etiam in paupertate actuali ; 2.o in tolerandis opprobriis et iniuriis in quibus maior est illius imitatio, modo possim illa tolerare (absque tamen peccato alterius) et cum beneplacito divinae maiestatis. Addam Ave Maria.

Idem petam a Filio, ut id ipsum a Patre mihi poscat. Addam Anima Christi.

Petam et a Patre, ut mihi id concedat. Addam Pater noster.

Hoc exercitium fiet media nocte. Et iterum post in aurora. Et [148] fient duae repetitiones eius in hora missae et in hora vesperarum. Et finientur haec cum tribus praenotatis colloquiis. [25*r*]

EODEM QUARTO DIE HORA ANTE COENAM FIET MEDITATIO TRIUM BINARIORUM, UT MELIOREM QUIS ELIGAT 47 [149]

Oratio praeparatoria quae solet.

Primum praeambulum est adducere historiam, quae continet tres [150] binarios hominum, quorum unusquisque acquisivit sua industria decem milia scuta, non puro ac debito amore Dei. Et vult quilibet salvari et invenire Dominum Iesum in pace, in expellendo a se gravitatem et obstaculum affectionis circa rem acquisitam.

2.m compositio loci, quae hic erit considerare me ipsum stantem [151] coram Domino Deo nostro et omnibus sanctis eius, ut desiderem cognoscere quod erit gratius suae divinae bonitati.

3.m est petere gratiam eligendi id quod magis erit ad gloriam [152] divinae maiestatis et salutem animae meae.

Primus binarius vellet expellere affectum [25*v*] quem ad rem [153] acquisitam habet, ut inveniret Dominum Deum et salvaretur, sed non applicat media usque ad horam mortis.

Secundus binarius vult quidem affectum expellere, sed ita dum- [154] taxat ut retineat rem acquisitam, ita quod eo veniat Deus ubi vult ipse ; nec deliberat relinquere illam ut ad Deum tendat, etiamsi esset pro illo status melior.

---

23 praeparatoria *ex P1* propria *ms.* || 27 et *ex P,* in *ms.* || 33 salutem *ex P,* salutis *ms.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

[155] Tertius vult expellere affectum, sed ita ut etiam non habeat affectionem retinendi rem acquisitam vel non retinendi ; solum intendit aut velle illam aut nolle, secundum quod Deus magis illi inspiraverit, aut illi magis visum fuerit in gloriam et obsequium divinae maiestatis convenire. Interim cogitat secum quod omnia relinquat affectu, huic maxime rei innitendo, non desiderandi illam vel quamcunque etiam aliam, nisi moverit illum Domini Dei nostri servitium ad retinendum vel non retinendum, accipiendum vel non accipiendum. [26*r*]

[156] Fient tria colloquia sicut in meditatione vexillorum.

[157] Annotandum est quod quando sentimus affectum vel repugnatiam contra actualem paupertatem vel ad divitias, multum confert ad extinguendum talem affectum inordinatum, petere in colloquio (quamvis sit contra carnem) a Domino, quod eligat nos ad paupertatem actualem, dummodo sit servitium et laus divinae bonitatis.

48 Quinto die fiet contemplatio super profectione Domini nostri a [158] Nazareth ad Iordanem, et super baptismo eius.

[159] Haec contemplatio fiet semel in medio noctis et in aurora, et hora missae et vesperarum fiet repetitio eiusdem. Deinde ante coenam trahendi sunt 5 sensus, in singulis quinque exercitiorum horum praeponendo solitam orationem praeparatoriam et tria praeambula, sicut in contemplatione Incarnationis. Et finientur cum tribus colloquiis trium binariorum, vel secundum notam illis subiectam.

[160] Examen particulare post prandium et post [26*v*] coenam fiet super defectibus et negligentiis circa exercitia illius diei. Sic fiet etiam in sequentibus.

49 Sexto die fiet contemplatio super profectione Christi a [161] Iordane usque ad desertum inclusive, secundum formam quinti.

Septimo die fiet contemplatio super sequela Andreae et aliorum qui eum secuti sunt.

Octavo, fiet contemplatio super sermone Domini in monte, continens 8 beatitudines.

Nono, super ambulatione Domini super undas maris.

Decimo, de praedicatione Domini in templo.

Undecimo, de suscitatione Lazari.

Duodecimo, de historia dominicae palmarum. [27*r*]

50 Prima nota est quod in contemplationibus istius 2.ae hebdomadae [162] potest quis diutius vel brevius immorari, prout is qui exercitatur voluerit, vel expedire putaverit. Et si quidem diutius immorari libuerit,

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

poterit sumere mysteria visitationis Beatae Virginis, historiam pastorum, historiam circumcisionis, historiam trium regum. Si brevius, relinquet aliqua ex praedictis, quia hoc est tantum proponere quandam introductionem ac methodum, quo melius ac diligentius possit quis contemplari.

2.ª Materia electionum debet inchoari a contemplatione proficiscentis ad Iordanem a Nazareth, includendo eandem diem, quae est quinta, sicut infra declarabitur. [163]

3.ª Antequam quis aggrediatur electiones, ut possit Christi Domini verae doctrinae affici, summe expedit considerare et advertere [164] [27*v*] in sequentibus tres species humilitatis, quas considerabit interdum per totum diem, et ita similiter faciet colloquia sicut infra dicetur. **51**

Prima species humilitatis est necessaria ad consequendam aeternam salutem, scilicet, ita humiliari ac deprimi, quantum fieri potest, ut in omnibus obediam legi Domini Dei nostri; ita quod quamvis dominus omnium creaturarum evaderem, vel periculum perdendae vitae temporalis instaret, nullo modo debeam transgredi mandatum ullum, sive humanum sive divinum, obligans ad peccatum mortale. [165]

2.ª species perfectior est praecedenti, scilicet ita se humiliare, ut nolit homo nec affectet divitias magis quam paupertatem, honores quam opprobria, vitam longam quam brevem, si modo aequale sit servitium Domini Dei nostri. Item quod pro nulla re creata, nec etiam pro vitanda morte, deliberabo committere unum peccatum veniale. [28*r*] [166]

3.ª perfectissima est, quando videlicet (modo aequaliter servitium Domini et salus animae resultet) ad conformandum me perfectius Christo Domino, volo et eligo magis paupertatem cum Christo paupere quam divitias; et opprobria cum Christo saturato opprobriis, quam honores, et desidero magis dici et reputari insipiens et stultus pro Christo, qui est et ipse talis reputatus, quam sapiens et prudens in hoc mundo. [167]

Adverte quod pro eo qui desiderat consequi hanc tertiam humilitatem ad perfectius illum imitandum, multum expediat facere praedicta tria colloquia binariorum, petendo ut Dominus velit eum ad hanc tertiam speciem eligere, ad perfectius illum imitandum, modo sit aequale servitium vel maius, aequalis gloria vel maior divinae maiestatis. [168]

---

89 sequentibus *ms.*, *etiam in P*; en las siguientes tres maneras *A*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Praeambulum ad electionem faciendam

52 [169] In omni bona electione, quantum est ex nobis, [28*v*] oculus noster debet esse simplex, solum attendendo finem propter quem creatus sum, scilicet ad laudem et gloriam Domini Dei nostri et ad salutem animae meae. Et ita, quicquid id sit quod elegero, debet iuvare me pro obtinendo fine ad quem creatus sum ; non finem ad media, sed media ad finem ordinando.

b In qua re peccant quamplurimi, veluti qui primo eligunt ducere uxorem, deinde eligunt secundario servire Deo, quod tamen finis et non medium est matrimonii. Item qui primo eligunt beneficia habere, deinde servire in illis Deo, volentes videlicet non accedere ad Deum, sed quod Deus perveniat recte ad ipsorum inordinatos affectus et perversos, e medio nimirum finem et e fine medium facientes. Primum enim obiectum, quod respicere et nobis proponere debemus, est servire Deo, quod est finis ; deinde secundario accipere beneficium et uxorem, si magis mihi expe-[29*r*]dient ; quod est medium ad finem.

Tandem nihil debet me movere ad accipiendum talia media vel ad illa reiiciendum, nisi solum servitium et laus Domini Dei nostri et salus animae meae.

53 [170] Ad accipiendam aliqualem cognitionem quarumnam rerum fieri debeat electio, sunt quatuor puncta et una nota

Primum punctum : necessarium est omnia quorum facere volumus electionem, indifferentia esse vel bona in se, et quae versantur intra sanctam Ecclesiam catholicam.

[171] 2.^{m} Sunt quaedam quae cadunt sub electione immutabili, ut sacerdotium, matrimonium etc. Alia sub mutabili, ut assumere beneficia vel relinquere, accipere bona temporalia vel non accipere.

[172] 3.^{m} In electione immutabili iam semel facta, non est amplius quod eligamus, quia [29*v*] non potest solvi ; solum adverti debet, quod si electio non est debite facta ac ordinate sine curvis affectibus, cum primum quis poenituerit, laboret vitam componere in sua electione. Quam electionem non possumus nominare vocationem, quia fuit inordinata et obliqua. Omnis vocatio autem divina est pura et munda, sine carnis admixtione, vel cuiuscumque sinistri affectus. Unde fit ut plurimum errent multi, suam obliquam electionem asserentes esse suam vocationem.

[173] 4.^{m} Si quis fecit electionem debitam et ordinatam earum rerum quae sunt electionis mutabilis, absque aliqua admixtione mundi vel

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

carnis, non est cur de novo fiat electio, sed in illa curemus perfici quantum possumus.

Nota. Advertendum est quod, si talis electio mutabilis scilicet [174] non est facta syncere ac ordinate satis, tunc expedit facere [30*r*] electionem debitam, ei qui expetit producere fructus notabiles et gratos Domino Deo nostro.

Tria tempora ad faciendum electione debitam

Primum tempus est quando Dominus Deus noster ita trahit ac **54** movet voluntatem, quod sine dubitatione et sine potentia dubitandi, [175] talis anima devota sequitur id quod sibi praemonstratum est, sicut divus P[aulus] et Matth[aeus] fecerunt, sequendo Christum.

2.^{m} tempus est quando sumitur et percipitur multum claritatis [176] et cognitionis, partim per experientiam consolationum et desolationum, partim per experientiam discretionis spirituum.

3.^{m} tempus est tranquillum, quando quis considerat finem propter [177] quem creatus est, scilicet ad laudandum Deum et salvandam animam suam; et hoc desiderando, eligit pro medio hanc vitam vel statum, contentum infra limites [30*v*] Ecclesiae, quo possit iuvari in servitio Dei et salute animae. Vocatur hoc tempus tranquillum, quia anima non agitatur adversis spiritibus, sed libera utitur suis potentiis naturalibus tranquille.

Si in primo vel 2.^{o} tempore non fit electio, sequuntur circa hoc [178] tres[1] modi faciendi illam.

Primus modus faciendi optimam huiusmodi electionem continet in se sex puncta

Primum est proponere ante mentis oculos rem super qua volo **55** facere electionem, ut (exempli causa) officium seu beneficium, quod acceptare volumus aut reiicere, vel aliquid aliud cadens sub electione mutabili.

2.^{m} Oportet intueri pro obiecto finem propter quem creatus sum, [179] quod est ad laudandum Deum et ad salvandam animam meam; [quin etiam] oportet me esse indifferentem, sine aliquo affectu inordinato, ita quod non sim inclinatus magis vel affectus ad acceptandum rem propositam, quam ad refutandum, sed sim in [31*r*] aequilibrio ad prosequendum illud quod sensero magis esse ad laudem Dei et ad salutem animae meae.

86-87 quin etiam *ex P*, quia *ms*.

[1] Sic in *ms*. Re vera, modi *duo* sunt.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

[180] 3.m Petam a Domino Deo nostro, quod dignetur movere voluntatem meam et suggerere animae meae id quod facere debeo, quodque magis sit in gloriam eius, circa rem propositam, recte discurrendo ac fideliter intelligendo, et eligendo conformiter ad sanctissimum beneplaciti eius propositum.

[181] 4.m Considerabo per rationis ductum quotnam fructus et commoda oriantur ex acceptione rei propositae, ad solam laudem Dei et salutem animae. Et e contrario considerabo incommoda et pericula, quae oriuntur ex acceptatione vel retentione. Similiter considerabo fructus et commoda, iacturam et incommoda, quae ex refutatione vel reiectione eiusdem orirentur.

[182] 5.m Postquam ita investigavi et ratiocinatus sum ad utrasque partes, considerabo quonam [31*v*] magis flectatur ratio, et ita prout maior fuerit motus rationalis et sensualis nullus, poterit et debet fieri deliberatio super re proposita.

[183] 6.m Facta tali electione seu deliberatione, debet is qui eam fecit diligenter ad orationem recurrere ante conspectum Domini Dei, et illam electionem offerre ei, ut divina maiestas dignetur ipsam recipere et confirmare, modo redundet in sui maius servitium et laudem.

56 Secundus modus faciendi sanam et optimam electionem quatuor
[184] habet regulas et unam notam.

Prima regula est, quod ille amor movens et incitans me ad eligendum alterum, desursum sit ex amore Dei, ita quod prius sentiam in me quod ille amor intensior vel remissior ad rem propositam eligendam, sit propter Dominum suum et Creatorem.

[185] 2.a est considerare hominem, quem numquam vidi nec cognovi, cuius ego plenam perfectionem desidero, et attendere quidnam suaderem illi [32*r*] ad maiorem Dei laudem et animae suae salutem. Dehinc considerabo me, observando pro me regulam, quam pro alio servabam.

[186] 3.a Considerare me ac si essem in articulo mortis ; et formam atque regulam, quam tunc vellem tenuisse in materia praesentis electionis, illam praeferam regulando me ad eam. Ita faciam in omni mea determinatione.

[187] 4.a Attendere et considerare me in [die] iudicii, et quod tunc vellem elegisse, eligam modo, ut tunc possim plene gaudens esse et laetabundus.

[188] Nota est : assumptis quatuor illis regulis praedictis, pro salute mea et quiete aeterna faciam electionem meam. Et oblationem mei faciam Domino Deo nostro, sicut in sexto puncto primi modi peractum est. [32*v*]

---

5 nulla *ms. pro* nullus *vel pro* sensualitas nulla

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

AD REFORMANDAM PROPRIAM VITAM ET STATUM 57

Advertendum est, quod circa constitutos in praelatione vel in [189]
matrimonio (sive abundent bonis temporalibus sive non), qui non habent locum vel promptam voluntatem faciendi electionem eorum quae cadunt sub electione mutabili, expedit plurimum quod loco electionis detur forma aliqua emendandi propriam vitam et statum. Quod fiet proponendo illorum creationem, vitam et statum debere esse ad gloriam et laudem Domini Dei et ad salutem propriam.

Et ut perveniant ad hunc finem, debet quis multum ruminare in exercitiis et modis eligendi, quantam domum aut familiam habere debeat, quomodo regenda ac gubernanda, quomodo erudienda verbo et exemplo. Similiter ex facultatibus suis, quantum debeat insumere alendae familiae, quantum eleemosynis faciendis et aliis operibus piis, nil aliud inquirendo et investigando, in omnibus et ubique, quam Dei gloriam: ut quisque secum reputet quod tantum progressum faciet in spiritualibus omnibus, quantum expoliaverit se proprio amore, affectu et commoditate. [33*r*]

TERTIA HEBDOMADA

PRIMA CONTEMPLATIO, QUAE FIT IN MEDIO NOCTIS, ERIT SUPER EGRESSU CHRISTI E BETHANIA IN HIERUSALEM, ULTIMAM COENAM INCLUDENDO 58 [190]

Post orationem praeparatoriam,

primum praeambulum est considerare historiam egredientis Be- [191]
thaniam [!] et mittentis duos discipulos Hierusalem ad praeparandam coenam. Et deinde coenantis cum XII, quibus, peracta coena paschalis agni, lavit ipse pedes, ac dehinc corpus suum et sanguinem preciosum iisdem tradidit; post quae Iudas exiit ad tradendum eum.

2.^{m} praeambulum est compositio loci, quae hic erit considerare [192]
viam a Bethania usque Hierusalem, an plana sit an aspera, ampla an angusta. Similiter quale et cuius figurae fuerit coenaculum.

3.^{m} Petam dolorem sensuum et confusionem meiipsius, quia [193]
propter peccata mea Christus pergit ad passionem. [33*v*]

Primum punctum est considerare oculo imaginationis coenantes, [194]
et eniti aliquem fructum ex tali visione capere.

2.^{m} Audire quid illi loquuntur, et ita similiter reflectam ad fructum.

---

35 temporalibus *ex P*, spiritualibus *ms.* || 41 perveniant *sic in ms., pro* perveniat || 55 Bethaniam *ms. pro* Bethania

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

3.m Considerare eorum facta et gesta, et inde fructum colligere.
[195] 4.m Considerare quae Christi humanitas patitur vel pati desiderat, prout fuerit locus quem quis contemplatur. Et hic incipiam cum magna violentia ad condolendum, contristandum et plangendum, et ita laborando per puncta circa quae sequuntur.
[196] 5.m Considerare latentem divinitatem, hostes destruere potentem et nolentem, sed permittentem ac tolerantem sacerrimam suam humanitatem crudelissime affligi.
[197] 6.m Considerare quod haec omnia patitur propter mea peccata. Et quid ego debeam facere ac pati propter ipsum. [34r]
[198] Colloquium fiet ad Christum. Addam Pater noster.
[199] Nota. Est advertendum, sicut supra iam ex parte declaratum est, quod in colloquiis debemus ratiocinari ac petere secundum subiectam materiam, prout fuero vel tentatus vel consolatus, et prout desidero acquirere hanc virtutem vel aliam, et prout opto et volo me disponere ad hoc vel ad illud, ad dolendum vel laetandum, circa rem quam contemplor. Tandem petam id quod magis efficaciusque circa aliqua particularia desidero. Et ita servando hanc formam potes dirigere unum colloquium ad Christum. Vel si materia et devotio eius te excitat, potes tria facere: primum ad Matrem Mariam; 2.m ad Filium; 3.m ad Patrem, servando formam praescriptam in 2.a hebdo-
[147, 156] mada, in meditatione duorum binariorum, cum notula binariis sub-
[157] iecta.

59 SECUNDA CONTEMPLATIO IN AURORA FIET DE EGRESSU A COENACULO
[200] IN HORTUM INCLUSIVE. [34v]

Oratio praeparatoria sicut solet.
[201] Primum praeambulum est considerare historiam, videlicet Christum comitatum undecim discipulis descendentem de monte Sion, ubi prius coenarat, per vallem Iosaphat. In cuius vallis particula relictis octo discipulis, et in parte horti tribus reliquis, ad orationem se accinxit, ubi et sanguinem sudavit, ac post trinam orationem discipulos excitavit, sua voce hostes prostravit, post quae Iudas eum osculo tradidit. Petrus abscidit auriculam, quam restituit Christus, comprehendentibus eum inimicis saevis quasi malefactorem, ac ducentibus per descensum vallis Iosaphat ad ascensum domus Annae.
[202] 2.m erit compositio loci a monte Sion ad vallem Iosaphat, et ipsius horti, iuxta latitudinem et arctitudinem et figuram.
[203] 3.m est petere dolorem cum Christo doloribus sauciato, confrac-

89 duorum *ms. et P*; dos binarios *A*; de tribus classibus *V*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tionem cordis cum Christo lacerato, lachrymas et internam tristitiam [35*r*] super poena, quam Christus pro me patitur.

Prima nota. Post orationem praeparatoriam et praeambula, in [204] hac 3.ª hebdomada servabitur idem ordo procedendi per puncta et colloquia, qui prima contemplatione de coena Domini. Hora missae et vesperarum fient repetitiones primae et 2.ªe Hora ante coenam fiet exercitium trahendi super praedictis quinque sensus.

2.ª nota. Expedit iuxta aetatem et complexionem exercitantis, [205] singulis diebus facere exercitia quinque vel pauciora.

3.ª nota. In hac 3.ª hebdomada mutabuntur ex parte secunda [206] et sexta additio. Statim ut excitatus fuero, volvam ob oculos meos quonam pergam et quorsum, resumens parum contemplationem quam volo facere, prout fuerit mysterium, elaborando quamdiu surgo et induor, in concitanda in animo meo tristitia et dolore super tristitia et dolore et passione Domini nostri Iesu Christi. [35*v*]

Sexta mutabitur, scilicet non admittentur ullae cogitationes laetitiae et gaudii, licet sancti et optimi, ut sunt resurrectionis et gloriae; sed potius inducam meipsum ad dolorem et poenam, adducendo frequenter in memoriam labores et dolores, quos Christus tulit ab hora suae nativitatis usque ad mysterium suae passionis.

4.ª nota. Examen particulare super exercitiis et additionibus [207] praesentibus fiet sicut dictum est praecedenti hebdomada.

SECUNDO DIE fiet prima contemplatio super egressu ad domum **60** Annae inclusive. Secunda ab egressu de domo ad Caipham inclusive. [208] Tertia et caetera erunt repetitiones more consueto.

TERTIO DIE prima contemplatio erit super egressu ad Pilatum inclusive. Secunda a Pilato ad Herodem inclusive. Deinde fient repetitiones. [36*r*]

QUARTO DIE, prima contemplatio erit super regressu ab Herode ad Pilatum, includendo partem gestorum in domo Pilati. Secunda erit de reliquo mysterio in domo Pilati facto. Post haec fient repetitiones.

QUINTO super gestis Pilati usque ad crucifixionem inclusive, erit prima contemplatio. Super gestis in cruce usque ad expirationem erit 2.ª Deinde repetitiones.

SEXTO DIE, prima super gestis a depositione de cruce usque ad monumentum exclusive. Secunda erit super sepultura eius usque ad domum, quo Virgo Mater divertit sepulto Filio.

SEPTIMO DIE, loco exercitiorum fiet toto die frequentissima consideratio sanctissimi corporis dissoluti et separati ab anima, ubi et quomodo sepultum sit. Item soli-[36*v*]tudinis Dominae Nostrae, tanto dolore et desolatione oppressae. Similiter discipulorum quid agant meminero.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

61 [209] NOTA. Est advertendum, quod is qui vult plus immorari in passione, debet pauciora mysteria singulis contemplationibus considerare, verbi gratia : in prima solum coenam ; in 2.ª lotionem pedum ; in 3.ª collationem Sacramenti ; in 4.ª sermonem, quem habuit ad discipulos. Item postquam contemplatus fuerit totam passionem, accipiet de integro contemplandam medietatem ; et 2.º die reliquam partem ; tertio die totam simul.

Per oppositum, qui volet brevius absolvere, accipiat primo coenam, 2.º hortum, tertia hora domum Annae, 4.ª domum Caiphae, 5.ª domum Pilati ; auferendo videlicet repetitiones et quinque sensuum attractionem, et singulis diebus quinque distincta mysteria contemplando. Postea, sic absoluta passione, poterit uno die totam repetere. [37*r*]

REGULAE AD REFORMANDUM DEINCEPS HOMINEM IN CIBO ET POTU

62 [210] Prima regula est, quod circa panem minus decet abstinentiam facere, quia non est cibus super quo appetitus soleat adeo deordinari et tentari, sicut fere in aliis cibis.

[211] 2.ª In potu videtur commodior abstinentia quam in pane. Ideo debet quisque multum advertere, ut quod est fructuosum admittat, et quod nocivum expellat.

[212] 3.ª In aliis cibis debet diligentius et integrius servari abstinentia, quia in illis solet magis deordinari appetitus et tentatio promptius insistere. Et ita potest in illis dupliciter abstinentia servari : primo cibis grossioribus assuescendo ; 2.º delicatis (si illis vescimur) parcius utendo.

[213] 4.ª Quanto magis homo subtraxerit sibi de cibo convenienti, modo infirmitatem non incidat, tanto citius consequetur medium quod in comedendo servandum est. Primo, quia [37*v*] qui se sic disponit ac praeparat, sentit saepius internas illustrationes, consolationes et divinas inspirationes ad agnoscendum illud medium. Secundo, quia si sic abstinens non sit tanta cum dispositione et fortitudine corporis quae sufficiat exercitiis spiritualibus, facile intelligit quid sustentationi corporis conducat magis.

[214] 5.ª Tempore prandii poterit considerare Christum cum discipulis suis comedentem et bibentem, et alios respicientem et alloquentem, ac illum nitetur imitari, ita quod praecipua pars intellectus sit detenta et occupata consideratione Domini nostri Iesu Christi, et minor pars sustentando corpori, ut ita quilibet capiat fructum et ordinem gubernandi se.

86 fructum *ms.* ; formam *P* ; concierto *A*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

6.ta Tempore prandii rursus potest considerari vita sanctorum, [215]
vel aliqua pia contemplatio fieri super negotio spirituali expediendo,
ut sic spiritui intenti, minus sentiamus delectationem cibi corporalis.
[38*r*]

7a. Super omnia caveas ne nimis intentus sis cibo, nec festinan- [216]
ter sumas cum impulsu appetitus, sed in omnibus elabores tui ipsius
dominium plenum possidere, tam in modo comedendi quam in men-
sura.

8.va Ad expellendum inordinationem multum confert quod post [217]
prandium, vel alias quando non sentis appetitum comedendi, consi-
deres tecum et deliberes de refectione proxime futura. Ita singulis
diebus quantitatem praescribes, quam nullo modo excedas quocumque
appetitu seu tentatione instigante. Imo, ut magis vincas omnem appe-
titum inordinatum et tentationem inimici, si tentaris ad plus capien-
dum, cape minus. [39*v*]

QUARTA HEBDOMADA

PRIMA CONTEMPLATIO QUARTAE HEBDOMADAE SIT SUPER PRIMA 63
CHRISTI APPARITIONE, QUA VIDELICET MATRI SUAE VIRGINI APPARUIT [218]

Primum praeambulum, post orationem praeparatoriam, est consi- [219]
derare Christum, a tempore quo expiravit in cruce et separatum est
corpus ab anima, non tamen a divinitate, secundum animam divinitati
unitam, descendentem ad inferos ; unde primum sanctorum animas
educens, et ad sepulchrum rediens suscitansque seipsum, apparuit
primo benedictae Matri suae in corpore et anima.

2.m Est compositio loci, puta sepulchri, domus Virginis, et cubi- [220]
culi eius, singulas illorum partes in particulari considerando.

3.m Petere gratiam collaetandi intensae gloriae et triumpho Do- [221]
mini nostri Iesu Christi. [39*r*]

Primum punctum, secundum et tertium sint iuxta modum trium [222]
primorum de coena Domini.

Quartum est considerare divinitatem, quae latuerat in passione, [223]
apparentem et demonstrantem se miraculose in sanctissima resurrec-
tione et effectibus eius verissimis.

5.m est considerare officium consolandi quod Dominus exercet, [224]
sicuti moris est amicis se invicem consolari.

Finietur uno vel tribus colloquiis, iuxta subiectam materiam, sicut [225]
in 3.a hebdomada.

---

1 *Titulum hunc supplemus, qui in ms. deest* || 12 intensae] intense *P*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

64 1.ª nota. In contemplationibus sequentibus procedendum est per
[226] omnia mysteria resurrectionis, sicut inferius statim declarabitur, usque ad ascensionem inclusive, servando in reliquis eandem formam et methodum quam in 3.ª hebdomada servavimus ; ita quod per hanc primam contemplationem resurrectionis regulentur reliquae iuxta subiectam [39*v*] materiam. Quantum ad quinque puncta, sint eadem. Additiones quoque subsequentes sint eaedem. Et ita in reliquis servabitur idem modus qui in 3.ª hebdomada, tam in repetitionibus [et] in exercitiis quinque sensuum, quam in prolongando vel [abbreviando] mysteria.

[227] 2.ª nota. Universaliter, in hac 4.ta hebdomada convenientius et expeditius quam in aliis est facere tantum 4.or exercitia in die : primum in aurora, 2.m sub missa, 3.m sub vesperis, 4.m ante coenam, adducendo 5 sensus super tria illius diei exercitia, adnotando et pausam faciendo circa principaliores partes in quibus sensero maiores motiones et gustus spirituales.

[228] 3.ª nota. Quamvis in singulis exercitiis puncta tradantur in certo numero, potest nihilominus exercitans plura vel pauciora puncta ponere, prout melius ac utilius sibi viderit hoc esse. Quapropter multum [40*r*] conducet illi, priusquam ad contemplationem accedat, coniicere et signare puncta quae volet assumere in certo numero.

[229] 4.ª nota. Ex additionibus debent mutari hic 2.ª, 6.ta, 7.ma, 10.ma. Secunda, ut excitatus fuero, ponam ante mentis oculos contemplationem faciendam, contendens et affectans collaetari tanto gaudio et gloriae Christi Domini.

6.ta In memoriam adducam et cogitabo res motivas gaudii et laetitiae spiritualis, ut sunt gloria coelestis, etc.

7.ma Utar claritate et commoditate temporis, tempore veris rebus amoenis ; hyeme vero, sole et calore, quantum quisque coniicit posse iuvari ad congaudendum suo Creatori et glorioso Redemptori.

10.ª Loco poenitentiae attendatur temperantiae et sobrietati, nisi tempore quo praecipit Ecclesia ieiunare, quia tunc ieiunandum est semper, si non obstat iustum impedimentum. [40*v*]

CONTEMPLATIO AD OBTINENDUM AMOREM

65 Primo oportet advertere in duobus : primum est quod amor
[230] monstrari debeat et lucere magis in operibus quam in verbis ; 2.m quod in communicatione duorum consistat amor, scilicet in hoc, quod
[231] amans communicet amato id quod habet, et ex his quae potest ; et

---

26 regulentur *ex P*, rehabentur *ms*. || 29 et *ex P*, *deest in ms*. || 30 abbreviando *ex P*, protrahendo *ms*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ita etiam vicissim amatus amanti ; ita quod habens scientiam, impertiatur non habenti. Ita etiam si honores, si divitias possideat. Et ita unus alterum mutuo foveat.

Primum praeambulum, post praeparatoriam orationem, est compositio loci. Quae erit, considerando se praesentem coram Deo et angelis ac sanctis pro misero intercedentibus. [232]

2.m est petere cognitionem internam tantorum bonorum receptorum, ut ego, integre cognoscens illa, possim in omnibus amare illum et inservire divinae maiestati eius. [41*r*] [233]

Primum punctum est in mentem adducere beneficia recepta, creationis, redemptionis et donorum particularium, ponderando cum magno affectu, quantum fecerit Dominus Deus pro me, et quantum mihi communicaverit ex bonis suis, et quantum insuper desideret se mihi communicare, in quantum potest, prout divina ordinatione est sancitum. Et reflectam ad me ipsum, rationabiliter et iuste considerans quid ego ex parte mea debeam illi offerre, et quid communicare suae divinae maiestati, scilicet omnia mea et me ipsum, sicut qui offert alteri cum magno affectu dicens : Sume et recipe, Domine, totam meam libertatem, totam memoriam, totum intellectum, totam voluntatem meam ; quicquid habeo et possideo de manu tua recepi, et eadem tibi reddo ; dispone de illis iuxta beneplacitum voluntatis tuae ; infunde mihi amorem et gratiam, quae sola mihi sufficit. [234]

2.m est considerare modum quo Deus inhabitat [41*v*] creaturas, elementis communicando esse, plantis vegetari, animantibus sentire, hominibus intelligere ; et ita mihi communicando esse, animam, sensum, intellectum, faciendo me templum suum, creatum ad imaginem et similitudinem divinae maiestatis. Tantundem reflectam ad meipsum modo praedicto in primo puncto, vel alio modo meliori quem invenero. Similiter fiet super quolibet puncto sequenti. [235]

3.m est considerare Iesum laborantem pro me in omnibus rebus creatis super faciem terrae, id est habentem se ad modum laborantis, caussando in illis esse, et conservando, vegetando, sensum infundendo, etc. [236]

4.m est considerare quod omnia bona descendunt desursum, ut meam terminatam potentiam ab illa summa et infinita quae sursum est. Et ita iustitiam, bonitatem, pietatem, misericordiam, etc., sicut a sole radii, aquae ex fonte oriuntur. Postea finiam sicut est dictum reflectendo, etc. [237]

Et unum vel tria subiiciam colloquia. [42*r*]

---

65 misero] pro me *P*; por my *A*; *sed hi textus orationem ponunt in prima persona*: considerando me || 89 Iesum] Deum *A P*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

SEQUUNTUR TRES MODI ORANDI

PRIMUS SUPER PRAECEPTIS

66 Primus igitur modus versatur circa praecepta, circa septem pec-
[238] cata mortalia, circa tres potentias animae et circa quinque sensus. Qui modus est potius forma ac methodus exercendi et praeparandi animam ut in illis fructum faciat, et ut oratio fiat acceptior, quam aliqua forma et modus orandi.

[239] Primum fiet aequivalens 2.ae additioni secundae hebdomadae, scilicet antequam accedat ad orationem, quiescat parum spiritus, sedendo seu deambulando, prout melius iudicaverit, considerando quo tendo. Eadem additio fiet circa modos orandi.

[240] Oratio praeparatoria fiet petendo a Domino gratiam cognoscendi defectus meos circa praecepta, etc. Et ita similiter petetur gratia et auxilium me deinceps emendandi, et perfecta intelligentia praeceptorum, quo melius ea servem ad laudem et gloriam Dei. [42*v*]

[241] Pro primo hoc orandi modo considerandum est, quomodo primum praeceptum servaverim et in quo defecerim, assignando regulam manendi in hac consideratione per spacium trium Pater noster et Ave Maria. Et hic quoque modus servetur in quolibet decem praeceptorum.

[242] Est advertendum quod, quando quis consideraverit super uno praecepto, in quo non invenit se habere aliquem habitum peccandi, non est necesse tamdiu immorari ; sed prout invenit quivis se magis vel minus deficere, magis vel minus immoretur illius scrutinio. Similiter fiet circa peccata mortalia.

[243] Finito discursu super 10 mandata, accusabo me et petam gratiam emendandi me. Finietur uno colloquio, iuxta subiectam materiam, ad Dominum nostrum.

[244] Circa 7 peccata capitalia seu mortalia idem fiet exercitium quod circa praecepta, nisi quod oratio iuxta materiam in hoc mutanda sit, ut pro vitandis mortalibus [oremus], qui supra pro praeceptis implendis orabamus. [43*r*]

[245] Ad melius cognoscendos defectus circa peccata mortalia, considerentur eorum contraria ; et ita quo diligentius caveantur, proponat ac laboret quilibet studiosus exercitiorum sanctorum acquirere virtutes illis contrarias.

[246] 2.o Super tribus potentiis servabitur is ordo qui super praeceptis, faciendo additionem, praeparationem et colloquium.

---

9 modos] modos omnes *A P* || 29 oremus *omnino supplendum videtur;* qui *idem valet ac* prout

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

3.º Circa 5 sensus servabitur idem ordo, mutata tantum materia. [247]

Qui desiderat imitari Christum Dominum in usu sensuum suorum, commendet se in oratione praeparatoria divinae maiestati; postea, singulos eorum considerando dicat Ave Maria, vel Pater noster. Et qui in usu sensuum desiderat imitari nostram Dominam, in oratione praeparatoria commendet se ei, ut impetret illam gratiam a Filio suo. Et post cuiuslibet sensus considerationem dicat Ave Maria. [43*v*] [248]

SECUNDUS MODUS ORANDI EST CONTEMPLARI SIGNIFICATIONEM CUIUSLIBET VERBI IN ORATIONE CONTENTI 67 [249]

Eadem additio quae fuit in primo modo orandi servata, servabitur et in hoc secundo. [250]

Eadem erit et oratio praeparatoria. [251]

Secundus igitur modus orandi est quod quis seu genuflexus seu sedens (prout magis ad hoc vel ad illud erit dispositus, vel prout maiorem devotionem invenerit), clausis oculis, vel [fixis] in unum locum sine aliqua mutatione, dicat Pater noster, etc. immorans singulis verbis tanto tempore quanto invenerit significationes, comparationes, gustus, consolationes in considerationibus ad ipsa pertinentibus. Similiter fiet in aliis orationibus huiusmodi. [252]

Prima regula est quod in oratione Pater noster immorabitur per horam praedicto modo verbis singulis immorando. Quo facto, dicet Ave Maria, Credo, Anima Christi, Salve Regina, vocaliter aut mentaliter. [44*r*] [253]

2.ª regula. Quod si contemplans orationem dominicam inveniet in uno aliquo verbo vel duobus fertilem materiam cogitandi et consolationem gustandi, non curabit ad caetera transire. Quod si in illis insumpserit horam, tunc quod superest, leget iuxta communem modum. [254]

3.ª In sequenti exercitio modo communi transcurret illud vel illa verba quibus immoratus fuit, et reliquis verbis immorabitur modo praescripto. [255]

Prima nota. Advertendum est, quod finita oratione dominica, uno vel pluribus diebus, idem faciendum est in Ave Maria et aliis orationibus, ut per aliquod tempus semper exercitetur in aliqua earum. [256]

2.ª Finita oratione, convertat se orans ad eum ad quem fit oratio, et ab eo petat virtutes et dona quibus magis eget. [44*v*] [257]

---

42 illam] illi *P* || 52 fixis ex *V*, deest in *ms.* || 59 *post* Salve Regina *repetitur* Anima Christi *in ms.* || 64 leget] dirá *A*, dicet *V*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

TERTIUS MODUS ORANDI

68 Additio et oratio praeparatoria erunt eadem quae in secundo
[258] modo orandi.

Tertius modus igitur est, quod qui orat, in singulo anhelitu seu respiratione oret mentaliter, tantum dicendo unicum verbum orationis, ita quod inter unam respirationem et alteram proferatur solum verbum, et quamdiu duraverit tempus unius respirationis, praecipue attendatur persona ad quam funditur oratio, vel inferioritas orantis, vel differentia tantae celsitudinis et tantae inferioritatis propriae. Et similiter procedendum ad reliqua orationis verba.

Pater noster, Ave Maria.

[259] Prima regula est, quod in alio die et alia hora in qua elegerit orare, dicit Ave Maria secundum modum praedictum ; sic et caeteras orationes.

[260] 2.ª Quod qui exoptat immorari plus temporis in hoc modo orandi, potest dicere omnes supradictas orationes vel partem earum, servando eundem ordinem respirationis. [45*r*]

ANNOTATIONES ALIQUOT AD HABENDAM ALIQUALEM INTELLIGENTIAM EXERCITIORUM SPIRITUALIUM ; TAM EUM QUI TRADIT EXERCITIA, QUAM ILLUM QUI RECIPIT, ADIUVANTES

69 Prima annotatio est quod nomine exercitiorum spiritualium intel-
[1] ligitur quivis modus examinandi conscientiam, vel meditandi vel contemplandi vel orandi, vocaliter seu mentaliter, vel alterius spiritualis operationis, sicut postea dicetur. Sicut enim deambulare, iter agere et currere sunt exercitia quaedam corporalia ; ita etiam omnis modus praeparandi et disponendi animam ad expellendos omnes inordinatos affectus, et, eis expulsis, ad quaerendam et inveniendam divinam voluntatem circa dispositionem proprii status ad salutem animae, dicitur spirituale exercitium.

70 Secunda est, quod is qui alteri tradit modum et ordinem medi-
[2] tandi vel contemplandi, narret fideliter [historiam] talis meditationis aut contemplationis, discurrendo dumtaxat [per] principalia puncta, [45*v*] brevi quadam et compendiosa declaratione adiecta. Quia eo qui contemplatur accipiente verum fundamentum historiae, et propria industria discurrente ac ratiocinante, si quid inveniatur quod aperiat historiam, vel eam gustari [faciat] (sive id inveniatur ex proprio, sive ex illustratione divinae gratiae), maiorem habet gustum et fructum

---

3 historiam *ex P, deest in ms.* || 4 per *ex P ; deest in ms.* || 8 faciat *ex P, deest in ms.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

spiritualem, quam si is qui tradit exercitia multum declarasset et dictasset sensum historiae. Non enim multa intelligere animum [satiat], sed sentire et gustare interne ipsas res.

Tertia est, quod cum in omnibus exercitiis spiritualibus utamur actibus intellectus dum discurrimus, et voluntatis dum afficimur; debemus advertere quod in actibus voluntatis, dum Deum alloquimur vel sanctos eius, sive id mentaliter sive etiam vocaliter fiat, requiritur ex parte nostra maior reverentia quam ex intellectus parte. 71 [3]

Quarta sit quod ad sequentia exercitia assignentur quatuor hebdomadae, ut respondeant quatuor partibus, in quas dividuntur exercitia, quae sunt: prima quidem contemplatio peccatorum; [46*r*] 2.ª est contemplatio vitae Christi usque ad dominicam in ramis palmarum; 3.ª est contemplatio passionis Domini nostri Iesu Christi; 4.ª est contemplatio resurrectionis, cui adduntur tres modi orandi. Licet autem haec ita habeant, non tamen ita accipiuntur quasi quaevis hebdomada necessario habeat praecise dies octo; quia cum interdum eveniat quod in prima hebdomada quidam sint tardiores ad inveniendum id quod quaerunt, nempe contritionem, lachrymas et dolorem de peccatis suis; et cum aliqui e contra sint diligentiores, et magis exercitati et probati a diversis spiritibus; expedit aliquando abbreviare tempus, quandoque protendere. Et ita faciendum est de quatuor hebdomadis sequentibus prolongandis et decurtandis, iuxta rerum et subiectae materiae exigentiam. Nihilominus tamen poterimus finire exercitia in 30 diebus, paucis adiectis vel subtractis. 72 [4]

Quinta est, quod ei qui accipit exercitia, [46*v*] admodum prodest illa aggredi animo quodam lato et liberali erga Creatorem et Dominum suum, committendo illi omne velle proprium, omnem libertatem, ut divina maiestas tam de se quam de suis disponat iuxta sanctissimum suum beneplacitum. 73 [5]

Sexta. Qui tradit exercitia, cum advertit quod is qui exercetur non movetur spiritualibus motionibus, veluti sunt consolationes vel desolationes, nec agitatur a variis spiritibus; debet eum diligenter interrogare de exercitiis, si ea facit congruis temporibus, et quomodo ea facit. Item etiam de additionibus, si eas debite praestet, exigatque particulariter omnium horum rationem, scilicet consolationum et desolationum et additionum. 74 [6]

Septima. Quod qui tradit exercitia, cum videt eum qui exercetur desolatum et tentatum, tum non agat cum eo dure neque moleste sed dulciter et suaviter, confortetque eum et exhortetur ad ea quae restant, aperiatque astutias inimici naturae humanae, et hortetur ut se praeparet ad futuram consolationem. [47*r*] 75 [7]

---

11 satiat *ex P, deest in ms.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

76 Octava. Qui tradit exercitia iuxta necessitatem illius qui recipit,
[8] circa desolationes et astutias inimici, item et circa consolationes, poterit tradere regulas primae et 2.ae hebdomadae ad discernendos spiritus.

77 Nona. Advertendum est quod is qui exercetur, cum versatur
[9] circa exercitia primae hebdomadae, si non est versatus in rebus spiritualibus, sed tentatur crasse et aperte, veluti cum ei daemon repraesentat impedimenta ad ulterius progrediendum in via Domini, scilicet labores, verecundiam et timorem, ob mundanum timorem, ob mundanum honorem ; tunc qui tradit exercitia non declaret regulas discretionis spiritus secundae hebdomadae ; quia quantum ei proderunt regulae primae, tantum ei oberunt 2.ae, quod materia subtilior sit et altior quam queat facile intelligere.

78 Decima est quod quando qui tradit exercitia advertit recipientem
[10] tentari sub speciebus boni, tunc declaret ei regulas 2.ae hebdomadae, [47*v*] quia communiter inimicus humanae naturae tentat sub specie boni eum qui versatur in via illuminativa, quae correspondet exercitiis secundae hebdomadae, et non ita eum qui versatur in via purgativa, quae correspondet exercitiis primae hebdomadae.

79 Undecima. Utile est ei qui versatur in prima hebdomada, ut
[11] nihil eorum sciat quae facturus est in 2.a ; sed ita laboret in prima ad obtinendum id quod quaerit, ac si in 2.a nihil boni speret se inventurum esse.

80 Duodecima. Quod qui tradit exercitia debet admonere illum qui
[12] recipit, ad hoc quod, cum in quovis quinque exercitiorum quotidianorum debeat permanere unius horae spacium ; ita id faciat, ut eius animus contentus remaneat, dum putat quod per horam integram, vel eo amplius, et non minus, perstiterit in exercitio. Quia inimicus non parum curare solet, ut tempus contemplationis minuatur.

81 Tertiadecima. Advertendum quod, sicut tempore consolationis
[13] facile est manere horam integram [48*r*] in contemplatione, ita tempore desolationis difficillimum est. Ideo is qui exercetur, ut desolationi repugnet et tentationes vincat, debet permanere plusquam per horam ; ut imbibat consuetudinem non solum resistendi, sed etiam prosternendi adversarium.

82 Quartadecima est, quod qui tradit exercitia, si videt recipientem
[14] consolatum et valde fervidum, debet eum praemonere, ne promissionem aliquam vel votum inconsideratum emittat ; et quo magis eum cognoverit esse facile mobilem vel levem, eo magis eum praemoneat. Quia quamvis alium possit quis iuste ad religionem exhortari, in qua

---

51 necessitatem *P*, mentem *ms*. || 59 ob mundanum timorem. *Haec verba redundare videntur ; certe non adsunt neque in P neque in A*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

votum paupertatis, castitatis et obedientiae intelligitur, et quamvis bonum ex voto factum melius sit magisque meritorium quam sine voto ; valde tamen consideranda sunt conditio et subiectum voventis, et commoda vel impedimenta ad praestandam rem quam vult promittere.

Quintadecima. Tradens exercitia non debet recipientem plus **83** invitare ad paupertatem vel ad [48*v*] eius promissionem, quam ad [15] contrarium statum ; nec magis ad hunc vivendi modum quam ad illum. Quia licet extra exercitia licite et meritorie possimus exhortari omnes, qui ad id idonei probabiliter videntur, ad eligendum continentiam vel religionem et omne aliud commodum ad obtinendam perfectionem evangelicam ; in exercitiis tamen est convenientius et melius multo, quod quaerendo divinam voluntatem, ipsemet Dominus et Creator seipsum communicet sibi devotae animae, eam acceptando ad suum amorem ac laudem, et disponendo eam via et modo convenientiori ad hoc quod in futurum possit ei melius servire. Itaque tradens exercitia non inclinet plus ad unam partem quam ad aliam, sed in aequilibrio consistens sinat Dominum in tali deliberatione immediate operari cum sua creatura, et creaturam cum suo Creatore.

Sextadecima. Ad hoc quod Creator operetur in sua creatura, si **84** forte inordinate afficitur animus ad aliquam rem, convenientissimum [16] est niti totis viribus ut perveniat ad contrarium rei [49*r*] cui afficitur ; veluti si affectus est ad quaerendum officium aliquod vel beneficium, non ob amorem vel gloriam Domini aut salutem animarum, sed ob propria commoda temporalia, debet instare et urgere, ut in contrarium afficiatur, orationibus et aliis spiritualibus exercitiis petendo a Domino contrarium, proponendoque se nolle tale officium vel beneficium vel quidvis aliud, nisi divina maiestas ordinaverit prius suos affectus, et mutaverit primum affectum et finem moventem ad optandum rem talem ; ita quod causa desiderandi vel habendi rem aliquam sit solum obsequium et honor divinae maiestatis.

Septimadecima. Multum conducit quod tradens exercitia, nolens **85** scire peccata nec petere, informetur fideliter de cogitationibus et agi- [17] tationibus immissis ab utroque spiritu. Quia sic, iuxta quod magis expedire videbit, poterit ei tradere aliqua exercitia convenientia necessitatibus animae.

Octavadecima. Secundum dispositionem eorum [49*v*] qui exer- **86** centur, id est secundum literas eorum, secundum aetatem vel inge- [18] nium, debent eis aptari exercitia, ne crasso ingenio et delicatae complexionis tradantur res, quas suaviter ferre non possit, id est quibus

---

8 sinat *ex P*, ponat *ms*. || 15 amorem] honorem *P*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

non possit proficere. Secundum etiam quod quis voluerit se disponere, tradantur ei plura vel pauciora, prout magis expedierit.

b Ideo illi qui vult se tantum disponere ad hoc quod instruatur usque ad certum gradum satisfaciendi animo suo, potest tradi examen particulare et examen generale, et item modus orandi circa praecepta et peccata mortalia. Quod fiet mane per dimidium horae ; poteritque exhortari ad confessionem peccatorum, octavo quoque die faciendam ; et si potest, ad communicandum quintodecimo quoque, vel, si magis afficiatur, octavo quoque. Iste est modus conveniens rudibus et illiteratis, quibus declarabuntur praecepta Dei et Ecclesiae et peccata 7 mortalia, et quinque sensus, et opera misericordiae.

87 [19] Occupato in rebus publicis seu in aliis ne-[50*r*]gociis necessariis, sive literatus sit sive ingeniosus, accipienti horam cum dimidia ad exercitia faciunda, praemisso prius fine ad quem homo conditus est, potest etiam tradi per dimidiatam examen particulare et post illud generale.

88 [20] Nota, quod ei qui pro viribus expeditus est, et pro viribus optat proficere, tradantur omnia exercitia spiritualia ordine suo ; in quibus via ordinaria eo plus proficiet quis, quo plus segregaverit se ab omnibus amicis et notis et ab omni sollicitudine terrena ; quod fit relinquendo pristinam domum, et aliam vel aliud cubiculum accipiendo, in quo possit secretius habitare, ita quod sit ei liberum quotidie ire ad missam, ad vesperas, sine hoc quod timeat impedimenta.

Ex hac segregatione sequuntur tria potissimum commoda, inter alia.

Primum est quod ita separando se ab amicis et negociis non bene ordinatis, ut melius serviat Deo, non parum mereatur coram divina maiestate. [50*v*]

2.[m] est quod, ita separatus, nec habens intellectum in plura divisum, sed apponens omnem curam circa Dei gloriam et animae suae salutem, melius utitur suis naturalibus potentiis ad liberius et diligentius quaerendum quod optat.

3.[m] est quia animus, quo magis est separatus et solus, eo est aptior ut Deo Creatori suo appropinquet ; et quo magis appropinquat, eo magis disponitur ad recipiendum gratias et dona Spiritus Sancti a divina et summa bonitate.

---

44 horam cum *ex P* ; horarum *ms.* ‖ 51 sollicitudine *P A*, societate *ms.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

SEQUUNTUR ALIQUOT REGULAE AD DISCERNENDOS VARIOS SPIRITUS ANIMAM AGITANTES, AD HOC UT BONI RECIPIANTUR, MALI VERO EXPELLANTUR, QUAE QUIDEM MAGIS PROPRIAE SUNT PRIMAE HEBDOMADAE **89** [313]

Prima regula est, quod his qui occalluerunt et habituati sunt in peccatis, ita ut ex uno peccato mortali in aliud corruant, solet communiter proponere Satanas voluptates et delectationes sensus ante illorum imaginationem, quo magis [51*r*] confirmentur et obstinatiores evadant. Contrario modo solet in iis agere bonus spiritus, pungit enim illos per remorsum conscientiae a synderesi rationis causatum, et continuo stimulat. [314]

Secunda est, quod in his qui diligenter et cum fervore progrediuntur ad plenam suorum peccatorum purificationem, ac in Dei servitio quotidie proficiunt, ascendendo de virtute in virtutem, evenit contrarium eius quod in prima regula dictum est ; quia tunc consuevit maxime impedimentis conscientiae multis omnem profectum obstruere, et tandem falsis et apparentibus rationibus mentis tranquillitatem depellere, ne ad plenum virtutum progressum pertingere valeant. Contrario modo tunc bonus spiritus solet vires suggerere, animos facere, fortitudines subministrare, consolationes, lachrymas, inspirationes et animae quietem suppeditare, omnia impedimenta et obstacula levigando et praecidendo, quo in bene coeptis prospere ac [51*v*] feliciter progrediatur. **90** [315]

3.ª est, quae continet consolationes spirituales. Voco autem consolationem omnem motum animae internum, per quem anima accenditur in Dei et Conditoris sui igneo amore ; quando etiam nihil creatum in se diligere valemus, sed quicquid id sit, in Deo omnium illorum autore, diligimus. Item quando talis motus excitat lachrymas egredientes ob Dei amorem, vel ob suorum peccatorum deplorandam memoriam, vel ob memoriam acerbissimae passionis dominicae, vel ob quamcumque aliam rem in Dei laudem et reverentiam rite ordinatam. Voco tandem consolationem omnem profectum et augmentum in fide, spe et charitate et gaudio interiori, quod impellit et excitat ad celestia et aeterna, et ad propriam salutem, ad pacem et concordiam omnem erga Creatorem suum. **91** [316]

4.ta continet desolationes. Est autem desolatio contrarium omnino consolationis iam declaratae ; puta mentis caecitas, perturbatio animae, motus ad infima et terrena, inquietudo ex diversis impulsibus et agitationibus oborta, modo sollicitans ad diffidentiam, modo ad torporem [52*r*] et tepiditatem, modo ad tristitiam, quasi volens separare animam a Conditore suo. Sicut enim consolatio opposita est et contraria desolationi, ita etiam eodem modo cogitatus, qui oriuntur ex ea, contrarii sunt prorsus iis, qui a desolatione progrediuntur. **92** [317]

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

93 [318] 5.ta Tempore desolationis et siccitatis non oportet aliquo modo mutationem facere, sed decet firmo et infracto animo esse in eo proposito et deliberatione in qua prius erat in praecedenti consolatione, vel in qua prius erat firmatus. Quia sicut bonus spiritus dirigit nos ac docet in consolatione, ita in desolatione spiritus malignus insidiosis et fraudulentis consiliis agit, ut delusi nequeamus viam rectam percipere.

94 [319] 6.ta Quamvis tempore desolationis non debeamus ullo modo prioris propositi mutationem facere, non tamen parum confert sancta et constans mutatio contra desolationem ipsam; sicut vehementius instare orationi et meditationi, diligentius examinare conscientiam, protrahere et congeminare convenienti aliquo modo poenitentiam. [52v]

95 [320] 7.ma Quando quis permanet in desolatione, debet considerare quod Dominus ei ad tempus se absconderit, derelinquens eum sibi ipsi eiusque viribus naturalibus ad probationem, ut addiscat resistere et contradicere agitationibus et tentationibus Sathanae, cum auxilio Dei, quod quidem non est simul subtractum, quamvis clare et aperte non possit illud cognoscere, eo quod Dominus tantum subtraxit donum illud fervoris et vehementis amoris accensi; relinquit tamen gratiam sufficientem, qua quis potest ad salutem aeternam pertingere.

96 [321] 8.va Desolatus laboret totis viribus possidere animam suam in patientia, quae contraria est omnibus vexationibus ingruentibus. Consideret etiam consolationem cito affuturam, si modo contendat diligenter contra desolationes, sicut est dictum in 6.ta regula.

97 [322] 9.a Propter tria maxime incidimus in desolationem: primo, quia tepidi et negligentes sumus in nostris operationibus et exercitiis spiritualibus, propter quod solet Dominus spirituales deserere consolationes [53r] et nobis longe fieri. Secundo, ut probemur et noti fiamus nobisipsis, quantum ex nobis simus, et quantum sine ullo stipendio consolationis et gratiae in Dei servitium et laudem nosipsos extendimus. 3.o ut plene intelligamus et interius experiamur, quod non est nostrum habere vel habitam retinere devotionem hanc et amorem ferventem, lachrymas vel aliquam aliam consolationem spiritus, quia haec omnia donum sunt liberalitatis divinae. Et ut etiam in nulla re aliena quiescamus, exaltando intellectum in superbiam et vanam gloriam, et ascribendo nobisipsis devotionem et consolationem.

98 [323] 10. Consolatus consideret desolationem imminentem sibi, et ex tunc incipiat muniri armis constantiae, fortitudinis et patientiae contra illam.

99 [324] 11. Consolatus laboret in humiliando seipsum ac deprimendo, considerans quam parum potest in tempore desolationis, privatus

26 simul] sibi *P* || 28 fervoris vehementis et amoris *P* || 33 6a, *prout emendavit Ign. in A.* 4a *ms.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

gratia illa consolationis, quia tunc afficitur contrario modo. Desolatus [53*v*] consideret quam multum potest, cum Dei gratia, ad resistendum omnibus hostibus, quando in suo Conditore roboratur.

12. Satanas tentator non aliter est debilis per vim, et fortis sponte, **100** ac mulier. Sicut enim naturale est et proprium sexui muliebri, quan- [325] do contendit et rixatur cum viro, debilitari ac fugere, si vir in faciem ei resistat ; et e contrario, si vir debilitetur et fugiat, solet tunc mulier cum magna ira et vehementi ferocitate in illum insurgere : sic et non aliter, proprium est Satanae debilitari ac fugere, quando is qui exercitatur in rebus spiritualibus insurgit vehementer contra tentationes hostis, opponendo se illi per diametrum. Ideo Paulus ait : « Resistite diabolo et fugiet a vobis [1] ». Contrario modo, si is qui exercitatur incipiat timere ac cadere ab animi constantia et a patientia perferendarum imo et prosternendarum tentationum ; non est bestia super faciem terrae adeo efferata, ac est Satan hostis capitalis humani generis. Tunc enim prosequitur sua malignissima intentione ac damnata [54*r*] malitia omnes pervertere. Idcirco recte dixit Iob de illo : Non est potestas super terram, quae comparetur illi [2].

13. Satanas, iuxta similitudinem amantis puellam aliquam, non **101** vult ullo modo manifestari et venire in publicum. Sicut enim iuvenis [326] vanitatis studiosus verbis lasciviae alliciens puellam aliquam, honorati viri filiam, aut fidelis alicuius uxorem, vult ac desiderat quod sua verba et suasiones lateant et non manifestentur ; et contrarium summe illi displicet, si videlicet filia propalaret patri vel uxor viro vana illius verba et intentionem, quia facile intelligit quod sic non poterit ad optatum finem pervenire ; sic etiam non aliter diabolus ingerens invisae sibi humanae naturae verba astutiae et suasiones fraudulentas, vult ac desiderat ita tegi ut lateant. Verum quando manifestantur confessori vel alteri personae in spiritualibus versatae, habenti peritiam astutiarum et fraudum daemonis, multum illi displicet, quia colligit quod non poterit [54*v*] ad optatam metam suae malitiae pertingere, cum semel sint sui laquei et astus declarati.

14. Idem Satan, iuxta similitudinem alicuius principis belli, vo- **102** lentis expugnare aliquod castrum ad vastandum et diripiendum, se [327] habet. Sicut enim dux alicuius exercitus expugnaturus castrum, considerat repugnantiam, vires ac dispositiones castri, ut per minus munitam partem et minus fortem aggrediatur; ita prorsus humanae naturae hostis aggrediens nos, considerat omnem nostram virtutem, et theologalem et moralem ; et ubi videt nos debiliores ac minus fortes ad vitae aeternae salutem acquirendam, illinc nos aggreditur ut expugnet. [55*r*]

71 verbis *P*, venenis *ms*. || 71-72 uxorem fidelis alicuius consortis *P*

[1] Iae. 4, 7, ut notavit Polancus in *V*. Cf. Eph. 4, 27.
[2] Iob, 41, 24.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

103 [328] **QUAEDAM REGULAE AD DISCERNENDUM SPIRITUS, QUAE SERVIUNT MAGIS 2.ae HEBDOMADAE**

104 [329] Prima. Proprium est pientissimi Dei et sanctorum angelorum in suis motionibus conferre veram laetitiam et gaudium spiritus, subtrahere omnem tristitiam et perturbationem, quas solet Satan ingerere. Daemonis autem proprium est agere contra talem laetitiam et consolationem Spiritus Sancti, repraesentando rationes apparentes et subtiles ac difficiles.

105 [330] 2.a Solius Dei est conferre consolationem animo absque aliqua causa praecedenti. Quia proprium est Conditoris ingredi et egredi et movere animum illumque fovere amore suae sanctae maiestatis. Dico absque aliqua causa, id est sine aliquo praevio sensu vel cogitatione alicuius obiecti, propter quam cognitionem veniat ad nos divina consolatio mediis actibus intellectus et voluntatis.

106 [331] 3.a Ex causa praecedente potest tam bonus quam malus angelus consolationem conferre, diversos tamen ob fines. Bonus quidem angelus ad profectum animae, ut progrediatur cotidie in melius, [55*v*] ascendendo de virtute in virtutem. Malignus autem angelus opposito modo, ut adducat animam ad suam sinistram intentionem.

107 [332] 4.ta Proprium est maligni angeli transformare se in angelum lucis, illabi in animam devotam, finire tamen in seipso, id est adducere cogitatus bonos ac sanctos, quos anima devota desiderat. Postea tamen paulatim conatur egredi, perducendo cautissime animam ad suas fallacias palliatas ac sinistras intentiones.

108 [333] 5.ta Debemus diligenter advertere discursum cogitationum nostrarum. Et quidem, si et principium et medium cum fine sanctum sit et ad sanctitatem tendens, signum est boni spiritus ; verum, si discursus cogitationum, quae ingeruntur nobis, terminatur in aliqua re mala vel distractiva vel minus bona, quam esset illa quam anima proposuerat facere, vel debilitat, vel inquietat et perturbat, subtrahendo pacem, tranquillitatem et quietem de medio, quam antea habebat, signum est procedere [56*r*] a maligno spiritu, invidente nostro profectui et saluti.

109 [334] 6.ta Quando hostis humanae naturae fuerit nobis deprehensus et cognitus e cauda sua serpentina et sinistro fine quem inducebat, confert non modicum ei qui fuit ab eo tentatus, considerare discursum cogitationum quas inducebat, et illarum principium, et qualiter paulatim laboravit deprimere illum et frustrari suavitate et gaudio Spiritus Sancti, quo ante reficiebatur, ut perduceret illum ad pravam

99 difficiles *sic. ms.* pro : fallaces, quod habet *P* || 20 **anima** *ex P*; **animae** *ms.* 30 reficiebatur] affectus erat *P*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

intentionem; quatenus experientia considerata et cognita inserviat nobis in posterum ad vitandum suos solitos astus.

7.ma Eorum qui progrediuntur de bono in melius animos solet **110** angelus bonus tangere dulciter et suaviter, non aliter quam aqua de- [335] scendens super spongiam. Sinister autem tangit cum strepitu et inquietudine et acriter, ut aqua cadens in lapidem. Eorum autem animos qui progrediuntur de malo in peius, tangunt praedicti spiritus contrario modo. Cuius rei ratio est non alia quam [56*v*] [quod] vel animae dispositio contraria vel similis invenitur praedictis spiritibus. Quia quando contraria tanguntur, sonitu et strepitu percipiuntur. Quando vero similima, tacite et cum silentio fit influxus, sicut si quis apertis ianuis in domum propriam ingrediatur.

8.va Quando consolatio non habeat aliquam causam, licet in illa **111** non possit esse aliqua illusio, cum sit a solo Deo, veritate summa, [336] sicut praetactum est; verum persona spiritualis, cui Deus confert talem consolationem, debet vigilanter et attente considerare ac discernere proprium tempus actualis consolationis consequens, in quo animus permanet fervidus, devotus et ex praecedentis consolationis favore et reliquiis dilatatus; quia saepe in hoc secundo tempore solet vel proprio marte et discursu habituum et consequentiarum, [quas hausit ex conceptibus et iudiciis praehabitis, vel a bono spiritu instructus] vel a malo agitatus, formare diversas sententias et intentiones, quae non sunt immediate illatae a Deo. Quapropter egent maturo et frequenti examine antequam credantur, aut executioni mandentur. [57*r*]

Regulae observandae in distributione eleemosynarum **112** [337]

Prima est: si dispensatio fiat in parentes, notos ac amicos, vel [338] in quosvis alios quibus ego sum affectus, attendendum est circa quatuor iam praedicta in materia electionum. Primum est quod amor ille impellens me ad erogandum eleemosynam illam, descendat desursum ex amore Dei, ita quod prius sentiam amorem illum et affectum illum, quem gero ad illos, esse maxime propter Deum Deique gloriam manifestandam.

2.a Considerabo hominem ignotum omnino antea mihi, cuius ego **113** plenum in spiritu profectum desiderarem, in eo statu vitae quem ha- [339] beret. Considerabo etiam quod sicut ego desiderarem quod ille distribueret ac dispensaret suas facultates ad maiorem Dei omnipotentis gloriam et ad sui ipsius perfectionem, ita ego laborabo facere, servando pro me ipso, quod pro aliis iudico expedientius esse.

31 experientia] talis experientia *P* || 38 quod *ex P* || 40-42 *Retinemus hoc loco manuscripti interpunctionem* || 43 Quando *P*; Licet *ms.*; Quoties *V* || 50-51 quas hausit — spiritu instructus, *desumpta ex P., omissa in ms. ob distractionem librarii, ut videtur*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

114 [340] 3.ª Considerabo meipsum morti proximum, et quam [57*v*] tunc vellem servasse regulam et formam dispensandi et administrandi facultates, eandem nunc enitar servare.

115 [341] 4.ta Considerabo meipsum iudicio finali praesentem, et cogitabo prudenter quomodo tunc voluissem dispensasse et ministerium hoc implevisse ; ac iuxta id quod tunc perfectius et expedientius iudicarem, id modo facere contendam.

116 [342] 5.ta Quando quis sentit se affectu aliquo duci in alios in quos erogare vult aliquid, immoretur et secum prius diligenter ruminet quatuor regulas praemissas, probando affectum suum ad illas ; neque prius eleemosynam largiatur, quam senserit in hac parte affectum totum illum inordinatum expulsum esse.

117 [343] 6.ta Quanquam non sit ullum peccatum bona Domini Dei ad ministrandum aliis accipere, quando quis a Deo nostro est ad hoc vocatus ; verum in quantitate eorum quae assumi debent, et in quantitate quam sibi applicare debet, ex iis quae accipit ad dispensandum aliorum nomine, potest oriri dubium [58*r*] culpae et excessus. Quare potest reformari in suo vitae statu, proponendo sibi ante oculos quatuor regulas praedictas, et ad illas se examinando.

118 [344] 7.ma Ob rationes praedictas et multo plures alias, melius est ac securius, in his quae tam ad seipsum quam ad familiam suam attinent, quantum potest sibi subtrahere et diminuere, et quantum potest proximum fieri nostro summo pontifici Christo Iesu, exemplari et speculo totius vitae nostrae. Iuxta quam doctrinam Concilium Carthaginense tertium, cui interfuit Pater Augustinus, definit ac praecipit, supellectilem episcopi vilem esse ac pauperem[1].

Idem debet considerari in aliis vivendi sortibus, cum ratione tamen et iudicio, iuxta quod fuerit status eorum qui hoc debent facere. Sicut hi qui matrimonio iuncti sunt, habent exemplar et exemplum sancti Ioachim et sanctae Annae, qui partiebantur omnem substantiam suam in tres partes : et primam erogabant in pauperes, secundam dispensabant pro servitio et ministerio templi ; tertiam retinebant ad suiipsorum et familiae suae sustentationem. [58*v*]

119 [345] AD DISCERNENDUM SCRUPULOS ET SATANAE SUGGESTIONES, [CONFERUNT] QUAE SEQUUNTUR ANNOTATIONES

[346] Prima nota est, quod communiter vulgus vocat scrupulum, illud scilicet dubium, quod oritur ex proprio nostro iudicio et libere ; ut quando ego libere reputo peccatum quod non est. Sicut si alicui

82 ministrandum] dispensandum *P* | ad hoc] ad hoc ministerium *P*

[1] Vide supra, p. 59.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

eveniret conculcare crucem aliquam ex straminibus in via, ac ideo reputare ex proprio iudicio se peccasse. Et est proprie iudicium erroneum, non autem proprie scrupulus.

2.ª Postquam conculcavi illam crucem, vel postquam cogitavi vel **120** dixi vel egi aliquam rem huiusmodi, supervenit deforis cogitatio quod [347] peccaverim [et aliunde videtur mihi quod non peccaverim]; sentio tamen perturbationem, quia ex parte dubito et ex parte non dubito. Hic demum est proprie scrupulus et suggestio quam ingerit Satanas.

3.ª Primus ille scrupulus improprie dictus, est valde detestandus, **121** quia est plenus erroris. Secundus autem, de quo in secunda nota [348] egimus, per aliquod temporis spacium non parum confert homini, qui omnino dedicavit se spiritualibus exercitiis, [59*r*] quia miro modo purgat ac mundat animum, abstrahendo illum ab omni apparentia peccati, iuxta illud Gregorii : Bonarum mentium est ibi culpam agnoscere ubi culpa non est [1].

4.ta Satanas diligenter explorat qualitates animae, quam tentare **122** cupit, si videlicet sit delicatae an grossae conscientiae. Et si quidem [349] invenit animum delicatae conscientiae, nititur multo magis illum deliciatiorem reddere, perducendo ad extremum, quo magis perturbet illum et inquietet, verbi gratia, si videt hominem nullo modo dantem consensum peccato mortali, neque veniali, neque ulli alteri rei quae habet speciem peccati, tunc Satanas laborat, ut, quando non potest illum inducere in rem peccati faciem gerentem, quod saltem formet falsum iudicium quod ibi peccatum sit, ubi peccatum non est, sicut in aliquo verbo vel cogitatione animae minima. Si autem animus sit grossioris conscientiae, Satanas laborat illum grossiorem reddere; verbi gratia, si non curabat peccata venialia, inducit, ut nec mortalia multum curet; et si aliquo modo [59*v*] antea illa ponderabat, ut iam nullo modo vel minus ponderet.

5.ta Anima desiderans facere fructum in vita spirituali, semper **123** debet contrario modo progredi ac Satanas. Verbi gratia, si Satanas [350] laborat in reddendo conscientiam grossiorem, debet homo laborare, ut delicatiorem eam reddat in dies. Similiter si Satanas tentat extenuare et indecenti extremoque modo delicatam reddere, animus laboret consolidari in medio, ut omnino quiescat.

6.ta Quando devoto animo volenti loqui vel operari aliquid intra **124** Ecclesiam et intra intelligentiam maiorum nostrorum, quod sit ad [351] gloriam Dei, supervenit cogitatio vel suggestio deforis, impendies ne loquatur vel ne operetur rem praecogitatam, ingerens apparentes ratio-

12 et aliunde — peccaverim *ex P, deest in ms., sine dubio ob librarii incuriam* || 29 gerentem *ex P*; gerentis *ms.* || 30 ibi *ex P*; sibi *ms.* || 31 animae *verbum superfluum*; *deest in P*

[1] PL, 77, 1195.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

nes vanae gloriae vel alterius cuiuscumque rei ; debet tunc, elevato intellectu in Creatorem et Dominum, considerare quod si sit eius debitum servitium, vel ad minus si non sit contra, debet, inquam contradicere illi cogitationi, et per diametrum iuxta Bernardum eidem respondere : Nec propter te incepi, nec propter te finiam[1]. [60r]

AD VERE SENTIENDUM IN ECCLESIA MILITANTI, SICUT OPORTET, SERVENTUR REGULAE SEQUENTES

125 [352]

[353] Prima est: deposito proprio iudicio nostro, debemus esse prompto paratoque animo ad obediendum in omnibus Iesu Christi Domini nostri sponsae, sanctae matri nostrae Ecclesiae catholicae.

126 [354] 2.ª Debemus laudare confessionem, eam quae fit in aurem sacerdotis. Et receptionem sanctissimi sacramenti eucharistiae semel in anno. Et si fit frequentior, ut semel quolibet mense, est laudabilior. Si fiat singulis quibusque octo diebus, servatis semper debitis et requisitis conditionibus, multo adhuc laudabilior est.

127 [355] 3.ª Debemus laudare quod quis intersit sacrificiis missarum frequenter, et audiat cantus, psalmos, longas orationes, quae sunt intra et extra ecclesiam. Laudare etiam tenemur horas constitutas et praescripta tempora ad divinum officium et horas canonicas rite peragendum.

128 [356] 4.ª Laudare debemus religiones, virginitatem, continentiam. Et matrimonium non usque adeo laudandum est, ut aliquod praecedentium. [60v]

129 [357] 5.ta Laudare debemus [vota] quae emittuntur in religionibus, obedientiae, paupertatis, castitatis, et aliarum rerum supererogationes quae conducunt ad perfectionem. Est autem hic advertendum, quod cum votum sit circa ea quae pertinent ad perfectionem evangelicam, in his quae longe sunt ab illa, non debet fieri votum, sicut de hoc quod ero mercator vel uxoratus.

130 [358] 6.ta Laudare debemus reliquias sanctorum, venerationem illarum et invocationes eorum, et visitationes templorum ob gratiam obtinendae indulgentiae, peregrinationes, indulgentias, iubileos, candelas in ecclesiis accensas.

131 7.ma Laudare debemus constitutiones circa ieiunia et abstinentias, ut ieiunium quadragesimale et quatuor temporum et vigiliarum. Et abstinentiam a carnibus in die veneris et sabbati. Item poenitentias, non tantum internas, sed et externas.

69 vota *ex P, deest in ms.*

[1] Vide sup. p. 405.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

8.[a] Laudare debemus ornamenta et aedificia ecclesiarum. Item **132**
imaginum usum, quas etiam debemus venerari, iuxta sanctum quem [360]
repraesentant. [61*r*]

9.[a] Laudare tandem tenemur omnia praecepta ecclesiastica, cum **133**
animo prompto et parato ad inquirendum et investigandum rationem [361]
in eius et suorum praeceptorum defensionem, et nullo modo in eius
contemptum vel impugnationem.

10.[a] Debemus esse paratiores ad defendendum et laudandum tam **134**
praecepta et statuta maiorum, quam eorum mores. Quia licet ex parte [362]
in quibusdam nec sint talia praecepta nec tales mores, loqui tamen
contra illos, vel publice praedicando vel particulariter conveniendo et
colloquendo ad populum ignorantem, generaret magis murmurationes
et scandala quam fructum ; et ita provocaretur et irritaretur populus
contra maiores, sive temporales sive spirituales. Itaque, sicut nocet
male loqui de maioribus ad populum in eorum absentia, ita potest
fructum facere loqui de malis illorum moribus iisdem ipsis, qui pos-
sunt morbo illi succurrere, si velint.

11.[a] Laudanda est doctrina scholastica et positiva. [61*v*] Quia **135**
sicut est magis proprium doctorum positivorum, ut Augustini, Hiero- [363]
nymi, Gregorii et similium, affectus exercere, ut super omnia Deum
diligant et illi serviant ; ita doctorum scholasticorum, ut divi Thomae,
Bonaventurae, Magistri Sententiarum, etc., magis proprium est defi-
nire res necessarias ad salutem aeternam, et impugnare et propalare
omnem falsitatem et enormem doctrinam cum suis fallaciis quibus
tegitur. Quia doctores scholastici, cum sint magis moderni, non
solum muniuntur ex vera intelligentia Sacrae Scripturae et positivorum
doctorum doctrina, verum etiam ipsimet illuminati et illustrati virtute
divina utuntur conciliis, constitutionibus et canonibus sanctae matris
Ecclesiae.

12.[a] Debemus attendere ne faciamus comparationes neve confe- **136**
ramus eos, qui inter vivos nunc hic agunt, cum beatis vita defunctis. [364]
Quia non parvus error committitur dicendo : Hic est doctior Augusti-
no ; iste est alter Franciscus, vel plus quam Franciscus ; est alter
D. Paulus in sanctitate et bonitate. [62*r*]

13.[a] Debemus super omnia hoc servare, ut recte sapiamus, quod **137**
id quod ego album video, credam esse nigrum, si Ecclesia ita definierit [365]
hierarchica. Cum credamus quod in Christo Domino et sancta Eccle-
sia resideat idem Spiritus, qui nos docet et dirigit in salutem anima-
rum nostrarum. Quia per eundem Spiritum ac Dominum, qui dedit
decem praecepta, regitur et gubernatur sancta Ecclesia.

---

2 exercere] excitare *P* || 6 enormem] erroneam *P* || 7-8 non solum muniuntur. *Ex hoc loco incipit manus alterius librarii* || 18-19 Ecclesia — hierarchica, *corr. ex* Ecclesiastica hierarchia || 22 Ecclesia] Mater Ecclesia *P*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

138 [366] 14.[a] Advertendum quoque est, etiam si plane compertum definitumque esset nemini contingere salutem nisi praedestinato, circumspecte tamen super hoc loquendum esse, ne forte gratiam seu praedestinationem Dei nimis extendentes, liberi arbitrii vires et operum bonorum merita excludere velle videamur; vel e converso, ne plus aequo hisce tribuentes, illis interim derogemus.

139 [367] 15.[a] Similem ob causam frequens sermo de praedestinatione habendus non est; sique incidat nonnunquam, ita temperari decet, ut nulla plebei [*sic*] audienti detur occasio erroris ac dicendi: Si de salute mea vel damnatione iam definitum est, sive malum sive bonum agam, aliter evenire non potest.

140 [368] 16.[a] Accidit etiam non raro, ut ex immodica fidei praedicatione et laude, adiecta distinctione aut explicatione nulla, ansam [62*v*] arripiat populus torpescendi circa bona quaelibet opera, quae fidem praeeunt aut sequuntur, charitatis nexu efformatam.

141 [369] 17.[a] Neque itidem praedicandae et inculcandae gratiae Dei usque adeo insistendum fuerit, ut serpere inde possit auditorum animis lethalis error, negata liberi arbitrii nostri facultate. De gratia ergo ipsa diffuse quidem loqui fas est, Deo aspirante; sed quatenus in gloriam eius uberiorem redundat; idque iuxta modum convenientem, nostris praesertim temporibus tam periculosis, ne et liberi arbitrii usus et operum bonorum efficatia tollatur.

142 [370] 18.[a] Quamvis summe laudabile sit atque utile ex dilectione pura inservire Deo; nihilominus tamen valde commendandus est maiestatis divinae timor. Neque porro is timor solum, quem filialem appellamus, qui pius est ac sanctus maxime; verum etiam alter servilis dictus, quippe qui homini utilis est admodum et saepenumero necessarius, ut a mortali peccato, [63*r*] quando incidere contingit, resurgere prompte studeamus; a quo dum erimus immunes atque alieni, facilis patebit ascensus ad timorem illum filialem Deo penitus acceptum, qui nobis cum ipso Deo unionem amoris praestat et conservat.

---

29 sermo *sup. lin.* ‖ 31 ut nulla plebei] ne populus indoctus ex plebecula *P1*; ex plebecula *delentum in P2* plaebi *V* ‖ 33 *V addit:* unde solent multi opera bona negligere et alia subsidia salutis.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

EXERCITIA MAGISTRI IOANNIS (CODURE ?) = *I*
1539-1541

Introductio

MONUMENTUM ineditum.

BIBLIOGRAPHIA : MI, *Exercitia*, 202-204 (codicis *Exercitia 2*, prius *Ex Po.* descriptio) ; CALVERAS, *Un ensayo primitivo de declaración de los Ejercicios obra de Polanco*, in *Manresa*, 33 (1961) 215-238 ; ID., *La elaboración de los Ejercicios de Polanco*, in *Manresa*, 33 (1961) 341-362 ; DALMASES, *Juan Codure autor probable de la explanación de los Ejercicios atribuida a Polanco*, in AHSI, 37 (1968) 145-152 ; ID., *Los trabajos del P. Calveras sobre el texto de los Ejercicios*, in *Manresa*, 37 (1965) pp. 402-403 ; IPARRAGUIRRE, *Historia de los Ejercicios*, I, 184-185, 255-258 (fragmenta huius textus).

I. — TEXTUS : 1. ARSI, cod. *Exercitia 2*, prius *Exercitia P. Polanci* (= *I*). Hic codex nullum aliud documentum continet. Est volumen crassiore charta compositum, mensurae 231 × 157 mm. Titulus in dorso : *Exercit. / P. Polanci.* Folia recens numerata sunt stilo lapideo a f. 1 ad f. 108. In primo folio non signato P. Iosephus Boero, olim praefectus Archivi Romani S. I., hunc titulum scripsit : *Exercitia spiritualia P. Ioannis Polanco a S. P. N. Ignatio revisa.* In f. 1*r*, scripta manu recentiore, adest haec notatio : « Questo Manoscritto è di molta utilità, ma non è opera compita. Ci sono le 20 annotazioni e la 1. e 2. settimana colle meditazioni distese e il principio solo del fondamento. Sono opera del P. Polanco e in parte riviste dal Santo Padre [sequitur manu Patris Boero :] Ignazio che scrisse di sua mano l'iscrizione o il titolo posto in fronte ad ogni quinterno »[1]. Hos titulos sive notationes autographas S. Ignatii infra exscribemus.

[1] Brevis haec descriptio quae, tribuens hunc *Exercitiorum* textum Patri Polanco, scriptores decepit, scripta est anno c. 1835, debeturque Archivi Societatis praefecto qui Patrem Boero praecessit. Id clare eruitur ex eo quod eadem manu scripta est ac illa quae nostri textus descriptionem uberiorem fecit in eius transumpto recentiore, servato Romae, in Archivo di Stato, Ms. 84 (Vide textum 2). Opportunum duximus hanc descriptionem transcribere : p. 3. « Ad maiorem Dei gloriam. Anno Domini 1835. Questa è copia di un manoscritto che si conserva nell'Archivio della Casa professa di Roma. Il suddetto manoscritto non è compito, come si vede. Contiene n° 4 quinterni. Il primo quinterno contiene ciò che in questa copia si legge dalla p. 1 sino alla p. 19 inclusive. Questo quinterno non ha, come gli altri, alcuna coperta con soprascrizione. [Non vidit scriptor illum quem nos vocamus primi fasciculi priorem quaternionem : I, ff. 2-19, a priore librario transcriptum, qui certe habet, f. 2, « suprascriptionem » manu S. Ignatii positam].

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

hebdomadas (ff. 23*r*, 76*r*, 89*v*). In f. 28*r* loquitur de primo orandi modo [238], ad cuius explanationem non pervenit. Probabilis causa interruptionis fuit mors auctoris, qui videtur fuisse P. Ioannes Codure (29.VIII.1541), ut statim ostendemus.

II. — De huius textus auctore.

Quae hoc loco exponemus aliquanto fusius explanata vide in nostro articulo : ***Juan Codure autor probable del texto de los Ejercicios atribuido a Polanco***, in AHSI, 37 (1968) 145-152. Hucusque textus hic sine haesitatione Patri Polanco tributus est a paucis scriptoribus qui de eo egerunt, nominatim a P. Codina in editione Exercitiorum, MI, *Exercitia*, 202[1], ubi dicitur de eo : « Adolescentis Polanci, humaniores litteras colentis progymnasma diceres. Itaque opus expectationi non respondet, quam de se Polanci, viri gravissimi, nomen excitat ». Ideo P. Codina hunc textum non edendum censuit. P. Calveras non dubitavit hunc textum Polanco adscribere in duobus articulis quibus illum in examen revocavit. Ratio huius attributionis reponenda est in notis initio codicis a duobus archivi Societatis Iesu praefectis, P. Boero et alio ignoto, appositis, et supra a nobis transcriptis. At nomen Polanci in ipso textu non adest. Archivistae illi legentes notationes autographas S. Ignatii in « Exercitia *Magistri Ioannis* », non dubitarunt agi de Ioanne de Polanco, S. Ignatii inde ab a. 1547 a secretis. Primum indicium ad dubitandum in eo habetur quod nullibi in toto textu manus Polanci reperitur, quod noscenti Polanci consuetudinem scripta propria et aliena transcribendi et castigandi, admirationem excitat. Attente examinata scriptura, apparet textum exaratum esse manu duorum librariorum. Prior exaravit tantum priores paginas, ab f. 3*r* ad 16*v*. Nescimus quisnam fuerit, neque id pro nostro scopo multum refert. Alius librarius reliquam partem operis transcripsit. Ex identificatione huius scribae tempus nostri documenti multum pendet.

Attente examinata ratione scribendi in nostro textu adhibita, eaque collata cum scriptis certo Antonio Estrada pertinentibus, pro comperto habendum est nostri documenti scribam fuisse Antonium Estrada, fratrem Francisci Estrada, in historia Societatis bene noti. Antonius Estrada Romae sociis adhaesit anno 1539, statimque operam suam contulit transcribendis documentis nascentis Ordinis religiosi[2]. Anno 1540 comitatus est Balneoregium (Bagnoregio) Patrem Claudium Iaium. Inde epistolam autographam Romam misit die sabbato post

[1] MI, *Exercitia*, 202, annot. 1.

[2] G. Schurhammer, *Die Anfänge des Römischen Archivs der Gesellschaft Jesu*, in AHSI, 12 (1943) 89-118 ; iterum impressum in *Gesammelte Studien*, III, 467-488. De Antonio Estrada agitur in pp. 469-470.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Pascha, anno 1540 [3]. Anno 1539 sua manu exscripserat textum Deliberationum priorum Patrum [4]. Iam comparatio scripturae nostri textus cum his duobus documentis indubitatis, probat identitatem amanuensis. Sufficit hoc loco transcribere sententiam expertis viri Wenceslai Gutiérrez Sancho, Praesidis « Asociación Nacional de Peritos Calígrafos de España » :

« Al cotejar los documentos de números 1, 2 y 3 [5], se observan concordancias caligráficas en los signos literales homólogos, con las variaciones normales derivadas del distinto momento y del distinto medio escriturario empleado. Se identifican los caracteres generales y accesorios, las tomas de tinta, puntos de ataque, rasgos terminales, ornamentación, inclinación, tamaño, torsión y versión, siendo notorias las configuraciones de las « d », « f », « c », « h », « l » y « s », principalmente, existiendo cierta versatilidad caligráfica en su autor. En el aspecto grafométrico se correlacionan los índices angulares, curvimétricos, de oblicuidad, diametrales, de paralelismo grammático, de letras salientes y de valores proporcionales. La presión actuada sobre el papel mantiene similitudes en los tres documentos referidos, aun cuando han sido manuscritos con diferentes plumas ».

« Conclusión : Que la parte manuscrita de los documentos señalados de números 1, 2 y 3, es de la misma mano ».

Iam, si operis scriba fuit Antonius Estrada, eius labor reponendus est inter annum 1539 et mensem februarium 1541, quo tempore Estrada Roma relicta Lutetiam se contulit ad studia prosequenda. Vota Societatis non emisit, immo Romam rediens Societatem reliquit « insalutato hospite » [6].

Si res ita se habent, operis nostri auctor non potuit esse P. Polanco. Hic Societatem ingressus est a. 1541, in aestate [7], cum textus iam scriptus erat ; nec admitti potest Polancum illum composuisse ante Societatis ingressum. Praeterea, etiamsi probabiliter Polancus gradum magisterii in artibus Lutetiae obtinuit ante Societatis ingressum, a sociis « Magister Ioannes » minime vocabatur.

Si Polancus excluditur, socii Romae commorantes dicto tempore, qui nomine Ioannis donati fuerint, ad duos tantum reducuntur, scil.

---

[3] Epistola autographa servatur in ARSI, *Epp. NN. 60*, f. 90*r-v*. Edita in MHSI, *Epp. Broeti* etc. 265-267. Imaginem photographicam vide apud DALMASES, *Juan Codure autor probable* ... fig. 1.

[4] Documentum hoc editum est in MI, *Constitititiones*, I, 1-7. Prioris folii imaginem vide apud DALMASES, art. cit. fig. 2.

[5] Agitur de documentis photographice expressis apud DALMASES, art. cit., fig. 1, 2, 3, id est : epistola data Balneoregio (v. annot. 3) ; *Deliberationes primorum Patrum* (v. annot. 4) et fol. 44*r* codicis *Exercitia 2* (Exerc. Mag. Ioannis).

[6] MI, *Epp.* II, 250.

[7] DALMASES, art. cit., p. 149 ; *Chronicon* I, 91, n. 27 ; SCADUTO, *Catalogo dei gesuiti d'Italia*, 119.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Ioannem Codure, unum e primis Ignatii sociis, et Ioannem Baptistam Viola. Iuvenis hic parmensis Societatem ingressus est a. 1540 et anno 1541 transcripsit Versionem primam Exercitiorum (textum *P1*). Nostrum tamen textum scribere non potuit vix in Societatem ingressus, cum studia philosophica nondum inchoasset. Unde vocari nequibat « Magister Ioannes ». Praeterea vocari ille solebat « Ioannes Baptista », non simpliciter « Ioannes ». Restat ergo unus Ioannes Codure, qui certe erat Magister, et a sociis nomine « Magistri Ioannis » donabatur. Cum fuerit unus e primis Ignatii sociis, eam *Exercitiorum* cognitionem et experientiam habere potuit, quam textus noster requirit. Adde quod annis 1540-1541 cum Ignatio laborare coepit in compositione Constitutionum Societatis, arcte igitur cum Societatis conditore coniunctus erat. Quod *Exercitia* haec « non correpta » immo incompleta remanserint explicatur eo quod tum Estrada Roma discessit, prout vidimus, tum praecipue quia Ioannes Codure mortem obiit die 29 augusti a. 1541.

Concluditur ergo magna probabilitate « Magistrum Ioannem » fuisse Patrem Codure. Inde eruitur non solum tempus nostri documenti, scil. ante initium a. 1541, sed etiam eius momentum, cum compositum fuerit ab uno ex Ignatii primis sociis, immo ab ipso auctore *Exercitiorum* revisum, etsi nondum approbatum, utpote nondum correctum. Praeterea, cum ipse Ignatius notaverit duos textus fasciculos fuisse penes Patrem Salmeronem, cumque notationes marginales scriptae fuerint, ut videbimus, manu Patris Paschasii Broët, habemus in textu nostro vestigia tum ipsius Ignatii, tum trium sociorum eius.

III. — Notae peculiares huius textus.

Exercitia « Magistri Ioannis » ab aliis textibus accommodatis praecipue differunt eo quod elementa operis ignatiani non vertunt tantum, sed satis late explanant. Huiusmodi explanationes ad haec fere puncta reducuntur: a) Ratio redditur rerum praescriptarum. Sic, f. 64*r*, ratio redditur cur fiat oratio praeparatoria [46]; in secundo praeambulo [48], cur petitio facienda sit iuxta subiectam materiam (f. 65*v*); in secunda hebdomada argumenta afferuntur ad facienda tantum quattuor exercitia singulis diebus, a die secundo ad quartum inclusive [133] f. 99*v*. Explicantur additiones, ff. 76*r*, 77*r*, 78*v*. In f. 77*v* dicitur cur, iuxta additionem quartam [76], animus ibi debeat quiescere ubi invenit quod vult. Rationem faciendi colloquium [63] amplificat, f. 69*r*. Saepe enumerat proventus qui eruuntur e determinata praxi. Sic enumerat fructus confessionis generalis, f. 16. Vide etiam ff. 10, 16*r-v*, 81, 89.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

b) Puncta doctrinalia discutiuntur. Exempla: traditur discrimen inter meditationem et contemplationem, ratioque datur cur meditatio aptior sit exercitiis primae hebdomadae, contemplatio exercitiis secundae, tertiae et quartae (ff. 22*r*-23*r*). Tres modos distinguit peccandi venialiter cogitatione (ff. 12*v*-13*r*). Triplex mendacium distinguitur: oficiosum, iocosum, damnosum (f. 15*r*). In meditatione trium binariorum explicatur quid sit affectus erga rem acquisitam (f. 104*r*-*v*).

c) Late exponuntur exercitia sive meditationes. Haec nota prae aliis hunc textum distinguit. Videantur, exempli gratia, sensuum applicationes de Incarnatione et Nativitate Domini (ff. 96*v*-98*v*).

Non desunt omissiones vel decurtationes. Sic annotatio 19 [19], quae hic est 21.ª (f. 28), modo compendioso traditur. Sexta annotatio secundae hebdomadae [130b] cum septima unitur (f. 99*r*). Alia exempla vide sis apud Calveras, *Un ensayo* ..., p. 228.

Nonnulla mutantur. Annotationes sunt numero 22, quia explicatio distinctionis inter meditationem et contemplationem constituit annotationem secundam (ff. 22*r*-23*r*); annotatio autem 18.ª [18] in duas dividitur, quae hic sunt 19.ª et 20.ª. Additio 6.ª [78] hic est 8.ª et 9.ª; 7.ª [79] est hic 9.ª (f. 79*r*); (f. 78*v*-79*r*): 8.ª [80] est hic 7.ª; 9.ª [81] est hic 6.ª (f. 78*r*). Mutationes habentur in annotatione 18.ª [18] de frequentia confessionis, de usu examinis particularis deque frequentia sacramentorum, de tempore meditationi assignando (f. 28*r*).

Ex iis quae indicavimus apparet auctoris intentio textum *Exercitiorum* intelligibilem planumque reddendi, qui est scopus cuiuslibet explanationis.

V. — Cuinam haec explanatio dirigitur.

Forma directa sermonis ab auctore adhibita satis indicat hanc explanationem scopum practicum intendere et ad exercitantem destinari. Dum enim textus typicus hispanus utitur modis infinito et gerundio verborum, in nostro textu adhibetur saepe altera persona verborum, vel etiam prima persona pluralis. Vide haec pauca exempla:

Autographus	*Magister Ioannes*
« para vencer a sí mismo y ordenar su vida » [21]	« ut teipsum vincas et vitam tuam recte componas » (f. 29*v*).
« ver con la vista de la imaginación la longura ... » [65]	« vi imaginationis videaris videre longitudinem ... inferni » (f. 73*v*).
« Cuando la persona que se ejercita no halla lo que desea » [89]	« quoties non assequeris id quod expetis » (f. 80*v*).
« solamente tengo de leer el misterio de la contemplación que inmediate tengo de hacer » [127]	« antequam hora instet in qua mysterium aliquod tibi contemplandum est [...] perlegas et memoriae mandes » (f. 98*r*).

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

« buscar y hallar alguna gracia o don que la persona quiere y desea » [87]
« yo hago mi oblación ... que yo quiero y deseo » [98]

« ad adquirendum aliquod donum spirituale quod expetimus » (f. 80*v*).
« nostra omnia et nos ipsos tuae maiestati offerimus ... ardentius cupimus » (f. 88*v*).

Hic modus procedendi non est uniformis. Quandoque utitur auctor tertia persona, dum textus hispanus modum infinitum adhibet vel alias verbi personas :

« mucho aprovecha entrar en ellos con grande animo y liberalidad » [5]
« por solución de alguna dubitación en que la persona se halla [87] »
« si descubro pecado mortal » [41]

« qui instituitur generoso et magno animo aggredi exercitia debet » (f.24*r*)
« ad impetrandam solutionem ... in quo quisquam ita haesitat » (f. 80*v*).
« si quis ... mortale peccatum ... detegit » (f. 14*v*).

Aliquoties secundam personam adhibet, ubi non ad exercitantem sed ad eius directorem sermonem facit : « quum eum qui exercetur desolari et tentari videris » (f. 24*v*).

Haec indicia satis ostendunt Magistrum Ioannem non tantum ad directorem exercitiorum verba facere, quae est ratio agendi textus archetypi, sed tum ad directorem, tum etiam ad exercitantes opus suum dirigere, qui soli exercitiis vacare intenderint.

VI. — De labore correctoris.

Post redactum textum, corrector quidam, qui bene potuit esse ipse auctor, scil. « Magister Ioannes », illum revidit vel potius auxit, nihil delens. Correctoris intentio fuit roborare argumentis et testimoniis, desumptis praecipue e Scriptura Sacra, e Sanctis Patribus atque Ecclesiae doctoribus, doctrinam in *Exercitiis* expositam. Exemplum huius laboris nobis offert meditatio de inferno (ff. 73*v*-75*v*). Saepe argumenta afferuntur in favorem alicuius praxis in *Exercitiis* commendatae. Exempla : timor Dei, quem petimus in meditatione inferni commendatur nobis a Iesu Christo, poenas aeternas minitante in eos qui peccaverint, vel non egerint paenitentiam de peccatis commissis (f. 74*v*). Utilitas communicandi cum directore animi motiones, hoc argumento suadetur : non omnibus sed quibusdam tantum datum est donum discretionis spirituum (f. 25*v*). Nonnumquam in exaggerationem incurrit, ut cum confirmare vult tempora pro oratione in *Exercitiis* destinata [72] horis quae ad orandum a Sacra Scriptura commendantur (f. 76*r*).

Non semel exempla afferuntur ad doctrinam expositam corroborandam. Sic paenitentiae utilitas ad impetrandum a Deo optatas gratias [87] demonstratur exemplo Danielis et Sancti Thomae Aqui-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

natis (f. 80*v*). Usus, de quibus supra, textum Magistri Ioannis reliquis prolixiorem, ut patet, reddunt.

VII. — De textu archetypico in quo Exercitia Magistri Ioannis fundantur.

Comparanti nostrum textum cum hispano autographo (*A*), apparet sat clara diversitas. E contra *Exercitia Magistri Ioannis* similitudinem praebent cum textu latino « Versionis primae » (*P*), vel cum textu latino primitivo qui « Versioni primae » fundamento fuit. P. Calveras 26 locos invenit ubi talis similitudo manifesta est [1]. En tibi nonnulla exempla :

Versio prima (*P1*)	*Exercitia Magistri Ioannis* (*I*)
[2] « *si quid* invenitur quod aperiat historiam vel eam gustari faciat »	« *si quid* ... invenit et excogitat, quod historiam illustret vel aliquem alium gustum illius praebeat » (f. 23*r*)
[12] « ita faciat, ut *eius animus contentus remaneat*, dum *putat* quod *per integram horam* vel eo amplius et non minus *perstiterit* in exercitio »	« ita se per id tempus gerat, ut *postquam se putavit horam* aut paulo amplius in meditatione *perstitisse*, *cum animo tranquillo ac plane contento desistat* » (f. 26*r*)
[13] « est *facile* manere in contemplatione per horam integram »	« *facile* est meditationi unam horam immorari » (f. 26*r*)
[14] « *debet eum praemonere*, ne promissionem quampiam vel votum... emittat »	« *praemonere eum debet*, ne promissionem quampiam aut votum temere et inconsiderate nuncupet » (f. 26*r*)
[22] « ad quod *si solus* non suffecerit, quaerat tunc omnia media convenientia »	« ac *si solus* perficere non potest, ut resipiscat, [...] omnia tibi tentanda sunt » (f. 29*v*)
[27] « ad citius tollendum illud peccatum seu defectum illum *quem abolere volumus* »	« quoties in peccatum seu erratum incideris, *quod abolitum cupis* (f. 11v)
[71] « reducendo ad memoriam animas quae in inferno sunt ... ; et *omnium harum triplex est status* : primus earum quae fuerunt ante adventum Christi »	« memoria repetens miseras animas quae in inferno teneantur ... *Harum triplex status est* ; primus earum quae Christi adventum antecesserunt » (f. 75*v*)
[78] « respiciam qualiter me *habuerim* in contemplatione ... : si bene agam Deo gratias »	« observabis *qualiter* in proxima contemplatione *te gesseris* ... ; si te deprehenderis bene et *fideliter peregisse* exercitium age gratias » (f. 78*r*)

Si pressius quaeras cuinam Versionis primae recensioni textus *I* similis sit, invenies eam esse priorem, a P. Viola transcriptam, seu textum *P1*. Nec mirum cum, ut vidimus, Magister Ioannes fere eodem tempore, a. circiter 1541, scriberet ac P. Viola textum *P1* exarabat.

[1] *La elaboración de los Ejercicios de Polanco*, 341-344.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Non desunt differentiae cum textu *P1*. Sic, in formula oblationis finalis meditationis de Rego Christi (f. 88*v*), Mag. Ioannes adhibet modum loquendi qui magis convenit cum Martinensi et cum Vulgata, quam cum *P1*, Autographo et hispanis Burdigalensi et Mexicano: « Omnipotens aeterne gloriae rex, universorum conditor et moderator, nostra omnia *et nosmetipsos* tuae maiestati offerimus ». Textus *P1*: « Eterne Domine omnium rerum mearum facio oblationem cum vestro favore et auxilio ». Alios textus comparatos vide supra, p. 97.

Textus *I* non habet correctiones et additamenta quae manu sua Ignatius in *A* posuit et quorum priora P. Broët in textum *P1* transtulit, ut vidimus in p. 93. Sic, in nº 112 utitur verbo « diversorio » quod in mutavit Ignatius: « lugar o spelunca del nacimiento », et Broët in: « speluncam seu locum ». P. Calveras qui, ut vidimus, nostrum textum Patri Polanco tribuit, recte iudicavit opus scriptum esse antequam Ignatius textum *A* emendaret.

Duo sunt casus in quibus difficultas oriri potest:

1º Emendatio « sinagogas » pro « templos ». En tibi textus collatos, ubi asteriscum praemittimus ante verba emendata.

A: [91] « ver con la vista imaginativa *templos*, villas y castillos.
* sinagogas.
P1: « considerare synagogas *templa* villas castella
* synagogas

I: « ut vi ac facultate imaginandi perlustres *templum*, *synagogas*, civitates, vicos, castella aut alia loca »

Nota textum *I* adducere quidem verbum « synagogas », sed tamen non delere verbum « templum », unde non probatur eum ignatianam correctionem adhibuisse. Dum *A* tres terminos adhibet: « templos, villas y castillos », *I* sex habet: « templum, synagogas, civitates, vicos, castella, aut alia loca », unde amplificatione utitur. P. Calveras recte suspicatus est Mag. Ioannes suo marte verbum « *synagogas* » introduxisse, nam egendo de Palaestina improprium erat loqui de templ*is* plurali numero.

2º. Primo intuitu videri potest Magistrum Ioannem adhibuisse, in nº 93, correctionem « conmigo », loco « como yo », ab Ignatio in *A* factam. Vide textus:

A: « ha de ser contento de comer como yo y así de beber y vestir, etc.; asimismo ha de trabajar *como yo* en el día y vigilar en la nocha.
* conmigo
P1: « debet laborare interdiu et vigilare noctu *sicut ego*

I: « ceterum qui me sequuntur omnia *mecum communia* sibi habere tam adversa quam prospera non gravabuntur, eodem victus ac vestitus genere, quo ego utor, et ipsi utentur, interdiu *una mecum* labores ac pericula subire, noctu vigilias et excubias *mecum agere* non dedignabuntur, me ducem suum, quocumque ire libebit, per aspera, ardua, dura sequentur ».

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Sed hic notandum est: 1º mutationem « conmigo » in textu *A* non esse omnino claram (v. apparatum in hunc locum). 2º Fieri potest ut Mag. Ioannes, prout in casu praecedenti dictum est, sua sponte verba « una mecum » scripserit. Posito enim principio generali: omnia « mecum communia » esse debere, sequitur ut in membris amplificationis quae sequntur repetatur formula ***mecum***, ut dicat: « una mecum labores ac pericula subire [...] vigilias et excubias ***mecum agere*** ».

VII. — De notis marginalibus textus *I*. Hic textus compluribus in locis, in quaternionibus manu Antonii Estrada scriptis, additamenta marginalia habet, quas in apparatu critico notabimus signo: ***maB*** (manu Broëti). Re quidem vera additamenta haec a P. Broët scripta sunt[1].

VIII. — Ratio editionis. Edimus integrum textum, supra descriptum, secundum eiusdem ampliorem recensionem, quae initium habet in secundo fasciculo, f. 20*r*. Verba quae longior superaddit breviori recensioni typis italicis distinguimus, unde his omissis, etiam brevior recensio prae oculis haberi potest. Exercitiorum fragmenta quae in longiore textu desiderantur, e breviore desumimus. Talis est casus in ff. 9*r*-16*v*. Ecce tibi ordinem nostrae editionis: ff. 20*r*-29*v*; 9*r*-16*v*; 64*r*-105*r*. Verba transcribimus secundum librarii scribendi rationem, retenta etiam simplici vocali *e* ubi exstat pro *ae*. Hoc praecipue habendum est prae oculis in casu pronominis relativi « quae », a librario saepe scriptae « que ». Additamenta manu Broëti apposita litteris italycis reddimus, ea in apparatu indicantes ope signi: ***maB***. Paragraphos numeramus, addita intra [ ] numeratione textus archetypi.

[1] Id nobis constat tum ex eorum collatione cum manuscriptis certo Patri Broët tribuendis, tum e dictamine emisso a Wenceslao Gutiérrez Sancho, Directore: « Laboratorio técnico de investigación y experimentación caligráfica ». Vide Calveras, *La elaboración de los Ejercicios de Polanco*, p. 356; Id., *Más preciones acerca del copista del Autógrafo*, pp. 323, 326-327; Dalmases, *Los trabajos del P. Calveras sobre el texto de los Ejercicios*, p. 405.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Textus

EXERCITIA MAGISTRI IOANNIS (= *I*)

[f. 2*r*] 1. *Manu sancti Ignatii* : « duo bolumina magistri Ioannis, scilicet 1ª edomada non ita corepta ».

[f. 21*v*]

ANNOTATIONES ALIQUOT AD INTELLIGENDA SPIRITUALIA EXERCITIA, QUAE PAULO POST SEQUUNTUR, TAM EI QUI TRADIT EADEM EXERCITIA, QUAM ILLI QUI INSTITUITUR, UTILES.

1 [1] Prima annotatio. Nomine spiritualium exercitiorum complectimur quemvis modum examinandi conscientiam, meditationes, contemplationes, orationes sive vocales sive mentaleis, in summa quascumque spirituales operationes, quibus ad vitam perfectam instituimur et erudimur. Sicut enim ambulatio, cursus, equitatio, gestatio, corporalia quedam exercitia sunt ; itidem omneis ratio ac modus quo animus ad pellendos inordinatos et incompositos affectus ita praeparatur et componitur, ut illis expulsis ad explorandam et investigandam Dei voluntatem super statu ac genere vite et instituto, quod sectari maxime expediat, aptior reddatur, non incommode dicetur exercitium spirituale. *Unde David, Ps. 76* : « *Meditatus sum nocte cum corde meo, et exercitabar et scopebam spiritum meum* »[1], *et Ps. 118* : « *Servus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis* »[2] ; *et Paulus dicebat, Timotheo 1ª epla., c. 4* : « *Exerce te ipsum ad pietatem* »[3].

2 Secunda. Meditatio et contemplatio tribus modis accipi possunt : primum, ut idem significent, sicut meditatio [22*r*] et contemplatio promiscue ac citra discrimen ad actus intellectus et voluntatis pertineant ; deinde ut inter se differant, et proprium utraque significatum habeat, iuxta quem modum meditatio sic deffinitur : Meditatio est vehemens et salubris animi applicatio ad aliquid investigandum vel experimentaliter cognoscendum. Hoc autem modo meditatio capitur pro operatione intellectus solum, nec pro quavis operatione mala et

N. B. *In hoc apparatu indicantur tum verba omissa vel aliter lecta in priore recensione (= 1ª rec), tum ea quae notanda sunt in altera recensione. Verba quae altera recensio adiungit priori non afferuntur in apparatu, cum ea in textu typis italicis distincta sint.*

27 nec] neque *1ª rec.*

[1] Ps. 76, 7.
[2] Ps. 118, 23.
[3] 1 Tim. 4, 7.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

curiosa, sed salubri, nec utcumque salubri, sed que cum vehementia fiat, propter difficultatem quam in principio experiuntur ii, qui primo incipiunt meditari. *Ideo David ait, Ps. 118* : « *Quomodo dilexi legem tuam, Domine, tota die meditatio mea est* »[4]. Qua in re potissimum differt a contemplatione, que proprie sumpta fit cum facilitate, et ideo dicitur quod a meditatione pergitur ad contemplationem, quando ex vehementia meditationis tollitur omnis difficultas, et parto iam habitu, via sternitur ad contemplationem, quae tam intellectus quam voluntatis operationes complectitur, *de qua procul dubio David ait, Ps. 38* : « *In meditatione mea exardescet ignis* »[5]. Porro quatenus ad intellectus operationes spectat, definitur esse liber et expeditus mentis intuitus in res perspiciendas, usquequaque diffusus ; quatenus vero ad voluntatis operationes pertinet, sic diffiniri solet : Contemplatio est mors quedam carnalium desideriorum per sublevantem mentis iubilum.

His duobus significandi modis tertius adiungitur, quo actus [22*v*] intellectus a voluntatis actibus melius discerni possint ; nimirum, ut meditationem accipiamus pro actu intellectus sicut in sese constat, sive cum facilitate, sive cum difficultate fiat ; contemplationem autem praecipue pro actu voluntatis, cui actus intellectus subservit, et ad quem ceu scopum dirigitur. Et quamquam sumptis ad hunc modum vocabulis fere fit, ut quoties quispiam meditatur, etiam contemplatio admisceatur, tum quia voluntas ad meditandum excitat, tum quia ex iam meditatis voluntas ad exercendos actus suos movetur ; itidem quoties contemplationi quis vacat, non temere usuvenit, ut meditatio absit, propterea quod actum voluntatis actus atque operatio intellectus necessario precedat ; tamen hec vocabula, sic accepta, sepissime deprehenduntur differre, idque vari[i]s rationibus : Principio, quia sicut magis proprium intellectus munus est meditari, ita voluntatis contemplari ; deinde quia ad meditationem magis proprie pertinet discurrere et circunspicere, animoque et intellectu varia lustrare ; ceterum contemplationis est, ocio, quiete, tranquillitate et suavissimo rerum iam meditatarum gustu ac fructu se oblectare et reficere ; denique ut meditatio, quae ad contemplationem veluti ad finem tendit, desiderati effectus ac scopi principium spectat, ita contemplatio animum cum eiusmodi effectus fine coniungit et coadunat. Effectum voco rem illam, quam meditando et contemplando acquirere cupimus, [23*r*] verbi gratia, magnum ac vehementem de perpetratis sceleribus dolorem, gemitum, lachrimarum affluentiam, ferventissimum eternorum bonorum desiderium et flagrantissimum amorem, in summa, quemvis spi-

28 nec] neque 1^{a} *rec.*

[4] Ps. 118, 97.
[5] Ps. 38, 4.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ritualis dulcedinis gustum aut sensum. Proinde meditationis nomen prime hebdomadis exercitiis, contemplationis vocabulum secunde, tertie et quarte aptius accommodabitur.

3 Tertia annotatio. Qui aliis meditandi seu contemplandi modum
[2] ordinemque tradit, is ante omnia historiam super qua meditatio vel contemplatio facienda est, fideliter exponat oportet, et praecipua dumtaxat eiusdem capita, brevi quadam et compendiosa declaratione explicare. Nam quum tirunculus, accepto historiae scopo, eamdem suo marte percurrit et discutit, si quid vel divinitus, vel proprii ingenii acumine invenit et excogitat, quod historiam illustret, vel aliquem ***alium*** saltem gustum illius praebeat ; non dubium est quin id longe suavius indagantis palato resipiat ac fructum multo maiorem afferat, quam si tota res a magistro latius fusiusque explicata fuisset. Non enim multa intelligere, sed internum rerum gustum seu sensum penitus haurire, id demum animum recreat ac satiat. ***Hinc est quod in scripturis sacris Spiritus Sanctus non omnes alicuius historiae locos enarret, sed rem sepissime in summa colligit, ut inquirentium et legentium et intellectus et affectus excitentur in meditanda ad plenum historia.*** [23*v*]

4 Quarta. Quum in omnibus spiritualibus exercitiis utamur tum
[3] operationibus intellectus, dum rem propositam consideramus ac multa ad eamdem illustrandam amplificandamque disquirimus, tum actibus voluntatis, dum affectus in nobis concitantur ; tamen quoties Dominum vel sanctos eius voce aut mente alloquimur, voluntas reverentius se erga tam augustam maiestatem gerere debet, quam intellectus. ***Hinc est quod Abraham loquens ad Dominum ex summo animi affectu dixit, Gen. 18*** : « ***Quid loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis et cinis*** ? »[6] ; ***et Beata Virgo ad angelum*** : « ***Ecce ancilla Domini, fiat mihi, etc.*** »[7]. Licet enim utriusque potentiae actiones tunc concurrant, voluntatis tamen facultas eo perfectior atque absolutior est, quod ab illa Deus copiosius recipitur et principalia dona exactius degustantur.

5 Quinta. Etsi ad sequentia exercitia peragenda quattuor hebdo-
[4] mades assignari solent, ut quattuor partibus, in quibus exercitia dividuntur, respondeant ; quarum prima est consideratio et meditatio peccatorum, altera est contemplatio vitae Christi usque ad dominicam in ramis palmarum, et que in eo die gesta leguntur, tertia est contemplatio dominicae passionis, quarta est resurrectionis et ascensionis contemplatio, cui tres orandi modi adduntur ; etsi, inquam, hec ita se habeant, tamen non est curiose semper anxieque observandus vel [24*r*] dierum vel hebdomadarum numerus, quasi illi nihil vel adiun-

77 alium *om.* I^2 *rec.*

[6] Gen. 18, 27.
[7] Lc. 1, 38.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

gere vel detrahere liceat. Imo cum in prime hebdomade exercitiis alii citius, alii tardius inveniant quod querunt, nempe, contritionem, lachrimas, dolorem de commissis peccatis, *unde in evangelio illi conqueruntur adversus patrem familias, Matt. 20* [12*r*] ; « *Hi novissimi una hora fecerunt, et pares nobis illos fecisti, qui portavimus pondus diei et aestus* » [8] ; quumque alii plus, alii minus, a diversis spiritibus agitentur et explorentur ; quandoque expedit tempus vel decurtare vel protendere, pro ingenio eorum qui in hoc genus stadii ingrediuntur, et pro rei, qua de agitur, conditione ; fere tamen plerumque triginta plus minus diebus exercitamenta finiri consueverunt.

Sexta. Qui instituitur, generoso et magno ac liberali animo aggredi exercitia debet, ita ut se totum, voluntatem libertatemque suam Creatori ac Domino suo semel permittat, nihil sibi reservans, nisi animum obedientem ac sequacem quocumque divina maiestas vocaverit, *dicens cum Davide* : « *Domine, doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu* » [9] ; nec sibi in se ullum ius esse putet, sed a Deo totus pendeat, non gravate se ad illius nutum voluntatemque compositurus, utcumque illa aeterna et infinita sapientia de ipso deque iis omnibus, que ad ipsum pertinent, statuerit. *Unde Paulus eorum, qui generose viam Dei aggrediuntur, personam sustinens, dixit* : « *Domine, quid me vis facere ?* » [10] ; *et Christus* : « *Non mea voluntas, sed tua fiat* » [11]. *Ideo etiam docuit nos orare* : « *Fiat voluntas tua* » [12], *nem-*[24*v*]*pe, illa bona, beneplacens et perfecta.* **6** [5]

Septima. Si is qui tradit exercitia adverterit eum qui se illius arbitrio excercendum commisit nullas spirituales motiones, videlicet, consolationes aut desolationes seu animi perturbationes sentire, nec a variis spiritibus agitari, diligenter ex eo interroget, an *illa* exercitia prescripto aut certe congruo tempore faciat, et quomodo faciat, quem ordinem in meditando servet ; itidem de annotationibus interroget, an illas accurate observet, an aliquid pretermittat observatu dignum ; omnium autem, que in consolationibus, compunctionibus, desolationibus, perturbationibus eveniunt, singillatim exigat rationem, et ex amussim consideret num ex negligentia et torpore discipuli quippiam evenerit. Porro declaratio consolationum, quibus divina bonitas meditantis animum perfundit, aut desolationum *et* perturbationum, quas mali spiritus excitant, aut etiam exhortationum, quas boni spiritus **7** [6]

9 Matt. 25 *ms.* || 32 illa *om.* 1[a] *rec.* || 38 quippiam] quidpiam 1[a] *rec.* || 40 aut perturbationem 1[a] *rec.*

[8] Mt. 20, 12.
[9] Ps. 142, 10.
[10] Act. 9, 6.
[11] Mt. 22, 42.
[12] Mt. 6, 10.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

afferunt, desumi ac peti poterit ex suppositione secunda et tertia capitis de electione, fol. [-].

8 [7] Octava. Quum [eum] qui exercetur desolari et tentari ac perturbari videris, non est dure et aspere cum illo agendum, sed potius suaviter ac leniter tractandus et demulcendus animus aegrotus, *iuxta consilium Pauli*: « *in spiritu lenitatis et mansuetudinis* »[13], ut incitetur et corroboretur ad capessenda cetera quae restant. Interim [25*r*] detegantur illi occulte fraudes et insidiae Satanae, versutissimi hostis nostri, qui nihil non agit, ut nos a piis ceptis deterreat. Sed christiani est in adversis durare et rebus sese servare secundis, et divinam consolationem spectare, ac ad eandem summo studio se preparare, que sine dubio veniet, et quidem tanto uberior, quanto nos maiorem in huiusmodi perturbationibus molestiisque ferendis constantiam et perseverantiam prae nobis tulerimus, *iuxta sententiam Davidis*: « *Secundum multitudinem dolorum in corde meo, consolationes tue laetificaverunt animam meam* »[14].

9 [8] Nona. In desolationibus et perturbationibus, quas callidissimus hostis movet, itidem in consolationibus, profuerit primae et secundae hebdomadis regulas ad discernendos spiritus eatenus tradere, prout conditio eius, qui in hanc meditationum arenam descendit, [exposcet]. Porro eas regulas invenies, fol. [-].

10 [9] Decima. Si is qui exercetur crassior est et spiritualibus studiis per reliquam vitam parum deditus fuit, ac proinde nunc ab hoste crasse et aperte tentatur, proposito labore, sudore, verecundia, timore mundano, honore, voluptate corporea, videlicet, ne in via Domini progrediatur, in qua illum omnia dura, aspera, ignominiosa, nihil suave ac iucundum experturum as[tu]tus hostis affirmat; tunc minime conducet illi declarare regulas secundae hebdomadis de discretione spirituum. Nam quantum illi prime hebdomadis regulae [25*v*] proderunt, tantum illi obfuturae sunt eae quae ad secundam hebdomadem pertinent, propterea quod materia subtilior est et altior, quam ut a crasso animo facile intelligi queat.

11 [10] Undecima. Ceterum, si tirunculus, quem in via Domini exerces, sub specie recti tentatur, tum vero secundae hebdomadae regulas explicare illi poteris, quippe quum humani generis inimicus eos potissimum sub specie boni, *transfiguratus in angelum lucis*[15], decipere

---

43 *post verbum* fol. *non indicatur numerus, quia hic tractatus ad illum locum non pervenit.* || 44 eum *ex* 1^a *rec., deest in* 2^a || 50 ceptis] coeptis || 52 spectare] exspectare || 61 exposcet *ex* 1^a *rec. deest in* 2^a || 62 *Ad has regulas non pervenit textus* || 66 via *ex* 1^a *rec.*, vinea [!] 2^a *rec.* || astutus 1^a *rec.* astus, 2^a *rec.*

[13] Gal. 6, 1.
[14] Ps. 93, 19.
[15] 2 Cor. 11, 14.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

conetur, qui in via illuminativa versantur, cui 2e hebdomadis exercitia respondent; raro autem [aut] nunquam hoc machine genus in eum contorquet, qui e via purgatoria nondum excessit, cui primae hebdomadae exercitamenta accommodantur.

Duodecima. Ei qui in prime hebdomadis exercitamentis versatur non conducit scire quicquam eorum quae in secunda hebdomada facturus est. Quocirca primis meditationum rudimentis strenue incumbat ac in illis perinde enitatur ad inveniendam divinam gratiam, quam ambit, ac si in iis quae deinceps sequuntur parum aut nihil fructus se consecuturum speret. **12** [11]

Decima tertia. Admonendus est is qui spiritualiter exercetur, ut quum in singulis meditationibus prime hebdomadis, que sunt numero quinque quotidie, unam horam permanendum sit, ita se per id tempus gerat operamque suam collocet, ut postquam se putabit horam totam aut [26*r*] paulo amplius in meditatione perstitisse, cum animo tranquillo ac plane contento a meditando desistat. Solet enim Satanas miris artibus facere, ut tedium meditandi afferat, utque eundem a contemplatione ante iustum tempus abstrahat. **13** [12]

Decima quarta. Quoniam consolationis tempore facile est meditationi unam horam totam immorari, contra in desolationis tedio difficillimum, idcirco is qui exercetur, quo fortius desolationi repugnet ac tentationes vincat, plusquam horam persistere in meditando debet, ut paulatim assuescat irruentem adversarium, non modo sustinere, verum etiam prosternere. **14** [13]

Decima quinta. Qui spiritualia tradit exercitia, si tironem suum, quem exercitandum accepit, magnis consolationibus affici, magno pietatis aut perfectionis desiderio inflammari, et ad inserviendum Deo valde promptum ac fervidum esse animadverterit; premonere eundem debet, ne promissionem quampiam aut votum temere et inconsiderate nuncupet; et quo mobilior leviorque fuerit, hoc tempestivius maturiusque sano consilio premuniendus est. Quamquam enim iuste et recte quemvis ad profitendam religionem, quae obedientie, paupertatis ac castitatis votum complectitur, exhortari possumus, *sicut Dominus adolescenti dixit, Mat. 19*: « *Adhuc unum tibi deest. Vade, vende omnia, quae habes* »[16], *et Paulus*: « *De virginibus praeceptum Domini non habeo, consilium autem do* »[17], *et alibi*: « *Vellem omnes esse sicut ego sum* »[18]; quamquam etiam constat [26*v*] bonum opus ex voto factum magis acceptum ac meritorium esse, quam si idem citra votum fiat; conditio **15** [14]

79 aut *ex 1a rec. deest in 2a* || 88 exercetur *1a rec.*, exercet *2a rec.*

[16] Mt. 19, 21.
[17] 1 Cor. 7, 25.
[18] 1 Cor. 7, 1.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tamen voventis atque persona etiam atque etiam ponderanda est; quin et commoda ac incommoda, adiumenta et impedimenta, quae in prestando eo, quod promittitur ac vovetur, occurrere poterunt, accurate consideranda sunt. Nam etsi votum ex sese et suapte natura in genere excellentioris boni censetur et ad supererogationem pertinet, non tamen quibusvis semper voto adstringi expedit, ob rationes supra memoratas, *propterea Christus dixit, proposito voto continentiae* : « *Sunt multi qui se castraverunt* ; *qui potest capere capiat* »[19]. Quocirca nisi cum consulta et matura deliberatione votum nuncupari non debet. *Ideo Spiritus Sanctus per Salomonem dixit, Ecclesiastae* : « *Displicit Deo infidelis et stulta promissio* »[20].

16 [15] Decima sexta. Qui tironem in hoc exercitiorum stadio instituit, non debet committere, ut eundem ad hoc aut ad illud vite institutum alliciat vel impellat. Nam quamvis alias extra exercitia licite, imo etiam meritorie, quosvis, modo idonei probabiliter videantur, ad eligendam ac sectandam continentiam, virginitatem, castitatem, paupertatem, religionem aliaque media obtinende perfectionis evangelice conducibilia hortari atque animari possimus ; tamen in spiritualibus exercitiis multo melius est, ut ipse omnium Dominus ac Conditor devote anime divinam voluntatem exquirenti se ipsum impertiat ac [27*r*] infundat ; *sicut enim nemo potest venire ad ipsum, nisi tractus a Patre, ut ipsemet testatur*[21], *quod nullus potest venire ad illum in hac vita nec in altera, nisi etiam inspiratus et actus a Patre* ; *unde Paulus dixit* : « *Unusquisque proprium donum habet a Deo, unus vero sic, alius vero sic* »[22]. Ita enim fiet, ut Dei amore flagrans, ad optimam ac saluberrimam viam ac vivendi rationem ducatur, in qua Deum sanctissime laudare ac colere in posterum possit. Interea magister, qui tradit exercitia, non faciet ut se in hanc vel in illam partem inclinet, sed velut in aequilibrio perstans, sinat Creatorem pro suo arbitratu cum sua creatura agere, creaturam autem Creatoris ductu agi quocumque omnipotenti illius sapientiae visum fuerit.

17 [16] Decima septima. Ut Dominus in sua creatura efficatius ac certius operetur, si forte tironis animus immoderato erga rem quampiam affectu feratur, summo nisu ac totis viribus in contrarium deflectendus est ; veluti si quis officio aliquo aut beneficio potiri expetit, non tam gloriam Dei aut salutem animarum, quam propria commoda pro scopo sibi proponens, is assiduis precibus et meditationibus ardentissime a

33 animari] animare 1^{a} *rec.*

[19] Mt. 19, 12.
[20] Eccle. 5, 3.
[21] Io. 6, 44.
[22] 1 Cor. 7, 7.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Domino efflagitare debet, ut affectus in contrariam partem inclinetur ; *hoc est enim abnegare semetipsum, et que prius sum[m]e diligebat, omnia reputet stercora, ut Christum lucrifaciat*[23] ; et prorsus ponat animum habendi [27*v*] ullum beneficium vel officium, donec divina gratia affectum ipsius ita composuerit ac temperaverit, ut nulla alia re, nisi honore Dei, ad aliquid desiderandum moveatur.

Decima octava. Etsi is qui exercitia tradit nec inquirat peccata **18** *discipuli* sui, nec ea scire curet ; tamen multum conducit, ut de cogi- [17] tationibus ac motionibus, quas illi uterque spiritus ingerit, certior fiat ; quo melius consulat saluti animae suae, et pro conditione agitationum alias atque alias meditationes prescribat. *Non enim omnium est donum discretionis spirituum, sed perpaucorum et in preliis contra demones exercitatorum et victorum ; ideo Paulus, qui egregie dimicarat contra illos, vincebat, cuius nos novimus cogitatus et astutias.*

Decima nona. Pro ingenio, captu, etate, eruditione, tempera- **19** mento, tradenda unicuique sunt exercitamenta, ne crassis acuta et sub- [18] tilia, quorum capaces non sunt, delicatis autem et imbecillibus difficilia et laboriosa adhibeantur ; imo illa demum exercitia tradi cuique convenit, ex quibus plurimum profecturus videbitur. Postremo, ut quisque se ardentius aut segnius ad meditandum accingit, ita vel plura vel pauciora prescribi possunt, ex quibus copiosissimus fructus colligatur. *Ideo Christus, optimus dispensator, in distributione talentorum, unicuique dedit secundum* [28*r*] *virtutem propriam*[24]. *Sunt enim aliqui parvuli, quibus lacte opus est, atque sunt qui egent solido cibo. Proverbium antiquum est ac receptum : « nec omnia, nec omnibus, nec ubique ».*

Vigesima annotatio. Qui sese eatenus componere cupit, ut perve- **20** niat ad certum gradum, non ulterius progressurus, primum et parti- [18b] culare examen tradi potest, quod habetur, fol. [10] ; deinde generalis examinatio, fol. [12] ; postremo modus orandi ac meditandi super preceptis Dei et capitalibus peccatis, fol. [-] ; id quod fieri poterit mane per dimidium horae ; idem etiam monendus hortandusque est, ut octavo quoque die, aut certe bis aut ter in mense peccata sua sacerdoti confiteatur, et sacrosancte eucharistie receptione infirmitatem suam muniat ac roboret. Hoc exercitii genus rudibus et illiteratis magis convenit, quibus decem Dei precepta, peccata mortalia, quinque sensus, precepta Ecclesiae, opera misericordie clare et aperte declaranda sunt.

---

60 discipuli *om.* 1^a *rec.* || 83 *Ad explanandos orandi modos non pervenit Mag-Ioannes.*

---

[23] Phil. 3, 8.
[24] Mt. 25, 15.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

21 Vigesima prima. Qui paulo amplius progredi cupit, ei tum gene-
[29] ralis tum particularis examinande conscientie ratio [tradatur], item modus orandi et communicandi, praeterea illud meditationis genus quod post describetur, cui horam totam mane impendet, sub noctem vero orationi super preceptis Dei dimidium horae impertiet, alteram horae partem contemplationi dicabit. [28c]

22 Vigesima secunda, que et postrema est. Qui totis viribus in hoc
[20] incumbit ut quam maxime proficiat, omnia spiritualia exercitia suo ordine tradenda sunt; ex quibus tanto quisque uberiorem fructum percipere fere plerumque solet, quo magis se ab omnibus amicis, familiaribus ac notis, denique ab omni cura et sollicitudine mundana se subduxerit. Profuerit etiam in alienam domum se recipere, ubi secreto et solitarie agere ad aliquot dies possit, liberum illi tamen erit quotidie ad missam audiendam, itemque ad vesperas prodire; nec est quod timeat ne sibi *noti* sic in publicum prodeunti, familiares et amici impedimento sint.

[20b] Ex hac solitudine et segregatione tria potissimum commoda sequuntur: Primum est, quod qui ita *se* ab amicis seiungit, omniaque sua negotia relinquit ac posponit, *iuxta praeceptum evangelicum odio habens patrem, matrem, uxorem, filios, fratres, sorores, adhuc et animam suam*[25], *qui sunt maximi hominis inimici, quia domestici*[26], quo melius ac diligentius Deo inserviat, non parum coram divina maiestate meretur, non vulgarem a Domino gratiam init. *Ideo evangelista Marcus recitat non sine misteri*[o], *quod Christus Dominus, volens curare surdum et mutum, primum eduxit eum a turba*[27], *nimirum, quod illa, ut experientia testatur, multum soleat impedire et turbare fructum animarum suarum. Oportet enim separari a tumultibus, si salvari volumus.*

Alterum est, quod qui ita se a familiaribus et negotiis ac [29r] curis omnibus se seiunxit, quum mentem in varias partes distractam non habeat, sed omnes cogitationes suas ad serviendum Deo et purgandam excolendamque animam suam contendat, is proculdubio suis naturalibus potentiis ac facultatibus liberius et efficatius utetur, ac tanto citius faciliusque inveniet quod optat. *Ideo Christus Dominus vult nos orare christianos clauso ostio*[28], *non solum cordis sed etiam naturali, et ipse ut oraret tempore inminentis passionis per iactum lapidis se a charissimis discipulis Petro, Iacobo, Ioanne separatus est*[29].

5 noti om. P^1 rec. 8 se om. P^1 rec. 19 seiunxit] seiungit P^1 rec.

[25] Lc. 14, 26.
[26] Mt. 10, 36.
[27] Mc. 7, 33.
[28] Mt. 6, 6.
[29] Lc. 22, 41.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Tertium commodum est, quod animus, quo magis a mundanis curis seiunctus ac remotus et in se totus collectus fuerit, hoc propius ad Deum Creatorem suum accedit. Porro quo quis Deo propinquior est, hoc aptior ad recipienda Dei dona ac charismata efficitur. *Unde Dominus promittit se ipsum diligenti solitudinem, Oseae 2* : « *Ducam eam in solitudinem et loquar ad cor eius* » [30]. *Ideo in laudem horum qui solitudinem ad tempus egerunt, ait Paulus* : « *In solitudinibus errantes, in montibus et in speluncis terrae* » [31], *et David* : « *Ecce, elongavi fugiens, et mansi in solitudine* » [32]. [29*v*]

SEQUUNTUR PRIMAE HEBDOMADIS EXERCITIA SPIRITUALIA, QUAE AD ILLUD PLURIMUM CONDUCUNT, UT TE IPSUM VINCAS ET VITAM TUAM RECTE COMPONAS

23 [21]

Ut qui tradit spiritualia exercitia et qui eadem accipit mutuo se*se* adiuvent, plurimum confert, omnia que dicuntur aut audiuntur in meliorem partem interpretari ; imo quivis bonus christianus propensior esse debet ad tuendam et candida interpretatione fulciendam sententiam seu orationem a proximo enuntiatam, quam ad eandem insectandam seu damnandam ; quod si talis sententia *est*, ut tueri illam commode non possis, roga ac consule authorem qui eam protulit, quo pacto intelligi debeat ; qui, si male sentit, leniter et ex charitatis affectu castigandus est, quo sanitatem animae recuperet ; ac si solus perficere non potest ut resipiscat, omnis lapis movendus, omnia tibi tentanda sunt, ut frater sane sentiens salvetur ; unicuique enim *mandavit Deus de proximo, quem ut nos ipsos diligere Christus precepit.*

24 [22]

FINIS CHRISTIANI HOMINIS

Principium et basis ac fundamentum totius spiritualis aedificii, quod quivis christianus in anima sua erigere ac struere debet, est finis nostri cognitio, qui in eo potissimum consistit, ut Deum pro nostrarum virium modulo [1] [9*r*] laudemus, et eidem summo studio serviamus ac libentissime et humillime obtemperemus, hoc demum modo animas nostras salvaturi. Ceterum alia omnia quae occulis nos-

25 [23]

44 est] sit 1^a *rec.* || 45 possis *ex* 1^a *rec.* posses 2^a *rec.* || 53] struere] exstruere 1^a *rec.*

[30] Os. 2, 14.
[31] Hebr. 11, 38.
[32] Ps. 54, 5.
[1] Hoc loco interrumpitur textus manu Antonii Estrada exaratus. Ea quae desunt sumimus e transcriptione a scriba praecedenti facta, inde a fol. 9*r* usque ad fol. 16*v*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tris fabricata sunt, ob id Deus optimus maximus condidit, ut hominem adiuvent, ac ad finem suum facilius consequendum promoveant. Unde colligitur creata omnia eatenus homini amplectenda esse, quatenus ipsi ad consequendum finem suum auxiliantur, a quo si abducant, abiicienda ac fugienda protinus esse. Quapropter nos erga omnes res creatas indifferentes simus oportet, quantum licet et fas est, ita ut (quod ad nos attinet[)] non magis sanitatem quam morbum, vitam longam quam brevem, opulentiam quam paupertatem, honorem quam obprobria, quietem quam laborem, adversa quam prospera, libertatem quam servitutem, magistratum quam privati locum, principem esse quam subditum, in coniugio vivere quam in celibatu, in mundo quam in religione exoptemus, nisi quatenus alia [9*v*] aliis rectius, certius, compendiosius ad finem propter quem conditi sumus ducere iudicabuntur, et nos in portu peregrinationis nostrae, hoc est, in summa Dei dilectione et accurata mandatorum observatione collocare.

26 Sane non ab re Dominus noster Iesus Christus nos ad vigilandum hortatur, cum dicit : « Vigilate et orate, ne intretis in tentationem »[2] ; et rursus : « Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit »[3] ; et : « beatus homo, quem cum venerit Dominus eius, invenerit vigilantem »[4]. Et per Salomonem : « Quae p[rae]cepit tibi Deus, ea cogita semper »[5]. Quamobrem, quanto quis in vita anteacta negligentior fuit, tanto in posterum diligentius ac solicitius curare debet, ut omnes actiones suas prudenter et ad gloriam Dei faciat. Quod si quos viciosos et incompositos mores ex corrupto iudicio et ex habitu et consuetudine peccandi in se procreatos seu potius inveteratos deprehenderit ; intelligat eos esse quosdam quasi gradus aut mansiones vitae latae, que ad inferos ducit, et veluti quaedam arma diabolica, quibus miseram ipsius animam Sathanas expugnatam ac secure possesam habeat ; ac proinde in orationibus, ieiuniis et aliis piis operibus vigilare debet, et a Domino ardentissime et assidue precibus contendere, ut spiritualia arma, gratiam, favorem et auxilium sibi comferat, quibus immanissimo hosti crudelissimam tirannidem in animam suam exercenti, resistere possit. Denique summa cura industriaque adhibenda est, ut peccata, in quae proniorem se ac procliviorem sentit, radicitus stirpitusque evellantur, id quod facilius assequetur, si occasiones omnes ac illecebras malorum diligentissime vitet, et suam ipsius salutem cum timore ac tremore operetur, neque prius

63 indifferentes *charta abscissa* | 77 praecepit] percepit *ms.*

[2] Mc. 14, 38.
[3] Mt. 24, 42.
[4] Lc. 12, 37.
[5] Eccli. 3, 22.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

id facere desinat quam p[erv]ersis hostibus solus populus Israel, nempe sanctorum angelorum, qui [semper] vident faciem Patris qui in coelis est [6], in terra promissionis, hoc est, in anima sua sedem habitationemque fixerit.

Sed ad repurgandum a peccatis animum nihil potest esse utilius **27** quam si quotidie bis, videlicet, meridie et vesperi, subductis rationibus cogitationum, verborum, factorum, summa[m] collegeris, ita ut meridie inita ratione peccata [ab] aurora [10*r*] ad illam usque horam commissa mediteris, vesperi autem que a meridie usque ad serum gesta sunt in memoriam revoces, singulaque non leviter percurras, sed severe expendas, damnes, mulctes et rigidi iudicis partes in te ipse agas ; siquidem tanta benignitate et clementia Deus erga peccatorem utitur, ut ipsi reo tantisper, dum ex hac vita decedat, suas in iudicando vices deleget ac potestatem de suis admissis pronuntiandi faciat; tantum caveat peccator ne in suis peccatis iudicandis conniveat, neve filios hominum, quos David in stateris mendaces esse dicit [7], imitetur, ut quae sunt gravissima levia esse iudicet, ne audiat illud : « Vae tibi, qui dicis nigrum album et amarum dulce » [8]. Quanto autem satius est, ut peccator se ipsum hic iudicet atque ad austerissimam penitentiam damnet, quam ut sibi hic blandiens, paulo post, Domini sententia, in poenam relegetur eternam. Nam « si nos ipsos iudicaremus, inquit Paulus, non utique iudicaremur » [9].

Porro examen ad quod singula vitia exigas ac corrigas, potissimum ea in quae te frequentissime ac facillime a demone pertrahi videris, utilissime fiet, si subiectam formam diligenter observaveris :

FORMA FACIENDI EXAMINIS AD EXPELLENDA ILLA PECCATA QUIBUS SE HOMO MAXIME OBNOXIUM ESSE SENTIT **28** [27]

Forma seu figura talis est. Ducantur septem lineae sic, ut secunda ponatur infra primam, tertia infra secundam, atque ita deinceps. Ceterum figura ipsa representat hebdomadem, que septem dies complectitur. Singulis autem diebus singulae lineae respondent. Iam capiti primae lineae praefiguratur elementum seu nota monadis .1. que significabit diem dominicum, quem Moyses diem unum, evangelistae ac etiam Paulus unam sabbatorum vocant. Secundae lineae

95 perversis *ob consumptam chartam totus hic locus difficilis lectu est* || 96 semper *charta abscissa* || 1 summa *ms.* || 2 ab *charta abscissa*

[6] Mt. 18, 10.
[7] Ps. 61, 10.
[8] Is. 5, 20.
[9] 1 Cor. 11, 31.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

appinguatur figura diadis .2., quae secundam feriam referat. Tertiae praeponatur symbolum triadis, hoc est, ternionis .3., qua feria [10*v*] tertia significetur. Et ad eumdem deinceps modum cuique lineae suus numerus praenotetur. Quoties vero cumque ante meridiem impingis in id peccatum, quod abolitum cupis, appone stigma seu virgulam brevem et exiguam supra illam lineam, que eumdem diem significat in quo te peccare contingerit [*sic*], ita ut inferior virgulae pars superiorem lineae partem tangat, et peccatorum pomeridiano tempore commissorum stigmata ac notulas infra lineam eiusdem diei indicem affiges ; que omnia in figura subiecta perspicue videre est :



Si plura peccata quam unum diligenti et quotidiana discussione examinationeque simul emendare ac abolere cupis, lineas superius ductas in longum aliis trasversis lineis, totidem numero quot erunt peccata quae delere exoptas, seca. Deinde intervalis singulis, que trasverse lineae facient, singulorum peccatorum, que emendare velis, nomina aut certe symbola quedam et notas, ex quibus agnosci saltim a te ipso possint, seorsum ascribe seu appinge.

Ratio quotidianae et particularis examinationis faciendae

30 [24] Postquam figuram superius depictam intellexeris, ad delendum quotidiana examinatione peccatum, cui te maxime sentis obnoxium, tria quotidie tempora observanda sunt.

Primum tempus est [11*r*] matutinum ; hic simul atque e lecto surrexeris, ante omnia Domini nostri Iesu Christi gratiam opemque implorabis, ut cum omnia peccata, tum illud maxime evites, in quod frequentissime laberis ; mox divinae gratiae, que nulli deest nisi qui sibi et gratiae deest, tua diligentia accedat, ut extrenue excubias agas ac super custodiam tuam stes, ne te hostis loco moveat, ac statim in animo tuo propositum ac voluntatem non peccandi concipies, simul-

61 nisi] insi [!] *ms.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

que in bonam spem erigitor, fore ut Dei gratia duce ac comite prestes quod in votis habes. Huiusmodi voluntatis actibus instructus ac veluti armis quibusdam munitus, in praelium cum hoste, qui te sepe illo peccati genere prostravit, descendito, semper occulos in Dominum Iesum, ducem et imperatorem tuum, defixos habens, qui nos animans dicit : « Confidite, ego vici mundum »[1].

Secundum tempus est meridianum, in quo precaberis Deum, primum, ut per ipsius gratiam recorderis quoties eo die in peccatum seu erratum tibi nimis familiare incideris ; deinde, ut per contritionem et dolorem, qui actus est voluntatis, idem profliges et aboleas. Mox conscientiam tuam examines, et a te ipso rationem exigas quoties peccatum quod emendatum cupis commisseris, percurrendo diligenter viribus intellectus totum antemeridianum tempus, quod inter horam, qua e lecto surrexeras, et priorem examinationem, que sub meridiem facienda est, intercessit. Ad hec in superiori parte eius lineae, que diei in quo istiusmodi examinatio fit respondet, totidem virgulas seu notulas sursum versus ducito, quoties in peccatum illud, cui stirpando operam das, te eo die incidisse deprehenderis. Nam unius eius[dem]-que lineae in longum ductae superior pars antemeridianum tempus indicat, quo sol post exortum suum ascendit, contra inferior pomeridianum significat, quo sol paulatim deorsum vergit donec tandem occidat. Ad postremum iis peractis concipe propositum melius te gerendi et cautius vitandi id genus peccati reliquo diei tempore, usque ad secundum examen. **31** [25]

Tertium tempus est vespertinum, quando secunda conscientiae examinatio sic facienda tibi est, ut inita ratione colligas [11*v*] quoties a priore examinatione usque ad presentem horam, in qua secundo te ipsum excutis et examinas, in peccatum expugnandum lapsus sis, ac protinus totidem virgulas deorsum tendent[e]s ab inferiori eiusdem lineae protrahas parte. **32** [26]

Sequuntur quatuor appendices

Prima appendix, quoties in peccatum seu erratum illud incideris, quod abolitum cupis, illico admota pectori manu, tacite, solo Deo teste et arbitro, fac apud te dicas : peccavi ; et protinus commissum doleas, id quod clam fieri potest, ut nemo sentiat quid agatur. **33** [27]

Secunda, sub noctem conferes virgulas supra lineam sursum tendentes cum iis quae infra lineam deorsum vergunt, itidem primam examinationem cum secunda, videlicet, ut scias rariusne an saepius, post meridiem an antea, peccaveris ; ac si plura numero esse pomeri- **34** [28]

[1] Io. 16, 33.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

diana compereris, dolendum est, sed cum proposito ac spe corrigende vite. Sin pauciora, gratiae Deo agendae, cuius ope minus frequenter lapsus sit. Ceterum utcunque fuerit, semper in animo habeat attentius deinceps ac vigilantius in custodia sui persistere, donec divina gratia duce ac comite, id genus peccatorum prorsus profligaverit.

35 [29] Tertia, utile etiam fuerit omnes virgulas, tam superiores quam inferiores utriusque examinis pridie facti cum virgulis postero die appictis conferre, ut ex earum numero intelligat an emendatior ev[a]serit. Quod si te meliorem effectum compereris, gratiis Domino Deo actis, vigilantius in excubiis perseveres ad expugnandum illud tibi tam infestum peccatum, divinae gratiae auspiciis ac ductu fretus. Hec dierum collatio quotidie fieri poterit, quotiescunque conscientia excutitur.

36 [30] Quarta appendix. Postquam duas dierum hebdomadas istiusmodi examinationi impenderis, unam cum altera, posteriorem cum priore compares licebit, ac si te in secunda hebdomade rarius peccavisse animadverteris quam in prima, gratiis divinae bonitati [12*r*] actis, perge in dies diligentius tuae ipsius saluti invigilare, neque prius ab hac examinationis ratione desistas, quam radicem illius peccati, in quod tam proclivis fueras, funditus per Dei gratiam ex anima evulseris.

De cogitatione quatuor documenta ad generalem conscientiae examinationem utilissima

37 [32] Primum documentum est, ut is qui bene excutere atque examinare conscientiam suam vult, sciat tria esse cogitationum similiter et affectionum genera, quorum primum ex nobis ipsis et libertate arbitrii nostri oritur ; duo alia forinsecus nobis eveniunt, alterum ex boni, alterum ex mali spiritus suassu impulsuque emanans, sicut latius explicabitur in tertia suppositione doctrinae de eligendo statu ac genere vitae [2]. Hec Cassianus declarat cap. 19 primae collationis Moisi abbatis [3], et in 7 et 8 collatione Sereni abbatis [4].

---

4 spe] sepe [l] *ms.*

---

[2] Re quidem vera doctrina de status electione in his Magistri Ioannis Exercitiis non attingitur. Verba hoc loco clare indicant eius intentionem opus suum continuandi, quod tamen inexpletum mansit. Vide supra, n° 7.

[3] Prima collatio abbatis Moysi, cap. XIX, *De tribus cogitationum nostrarum principiis*. Ed. : *Jean Cassien. Conférences*, I., *Conférences, I-VII*, ed. E. Pichery. *Sources chrétiennes*, n° 42, Paris 1955, p. 99-101.

[4] Intellige collationem primam abbatis Sereni, capitibus VII et VIII : Cap. VII : *Interrogatio e mobilitate animi et impugnatione nequitiarum caelestium.* Cap. VIII : *Interrogatio super animae ac daemonum coniunctione.* Jean Cassien, *Conférences I-VII. Sources chrétiennes* n° 42, p. 254-255.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Secundum. Bifariam meremur, quum cogitationi forinsecus **38**
nobis obrepenti resistimus: primum, quum ita resistitur cogitationi [33]
ad capitale peccatum solicitanti, ut ea prorsus repellatur; non aliter
quam si ad pudicam virginem in cubiculo suo manentem, perditus
homo accedens impurisque sermonibus animum illius corrumpere stu-
dens, statim ab eadem indignabunda repellatur et fortiter excludatur.
Certum est hanc puellam, que pudicitiae suae hosti tam strenue
restiterit, non vulgarem a patre gratiam inire. Itidem qui malam cogi-
tationem qua ceu machina quadam Satanas illum ad scelus impellere
voluit, propere repellit ac reiicit, Patri caelesti et Deo omnipotenti [34]
gratus non esse non potest. Altero modo meremur, quum eidem
cogitationi semel repulsae sed iterum atque iterum novis nos insidiis
aggredienti et subinde pugnam renovanti, nunquam desinimus gene-
rose reluctari, donec eam humi prostratam [12*v*] omnino devicerimus;
perinde ac si virgo supra memorata (ne ab exemplo illo discedamus)
eundem impurum homuntionem creb[r]o se aggredientem, cum statim
extrudere non possit, nunquam tamen pro viribus conari desinit,
donec tandem parta victoria eiecerit; qui merendi modus priore est
tanto prestantior, quanto pugna est difficilior, et diuturnior persevе-
rantia, et creb[r]iores impudentissimi hostis impetus.

Tertium documentum. Antequam consummato consensu, ad
quem mala cogitatio vel mala passio aliunde prognata impellit, capi-
tale peccatum perpetres, fieri potest ut trifariam pecces venialiter.

Primo modo peccatur venialiter, quando etsi mala cogitatio seu **39**
passio, postquam prognata est, ad breve saltem tempus expelli non [35]
possit, tamen quia animus, si fuisset vigilantior et accuratius in excu-
biis perstitisset, collegere haud dubio potuit futurum, ut nisi vitatis
certis occasionibus, id genus cogitatio aut passio omnino ipsi obre-
peret; admittitur culpa venialis negligentiae seu omissionis, quoties
illiusmodi occasiones non vitantur. Ceterum mortalis et capitalis illa
omissio tantisper non est, dum sagaci coniectura assequi non possu-
mus animum nostrum eius generis cogitatione aut passione sic per-
turbatum iri, ut venialis peccati limites transiliat.

Secundo, peccatur venialiter quoties mala cogitatio aut etiam **40**
passio ita libere producitur, ut tamen arbitratus nostri libertas, talis
cogitationis seu passionis parens, propter impulsum causae moventis
non sit tam integra ad brevem duntaxat morulam, neque tam sui com-
pos quam illa solet esse, que consumatam mortalis peccati malitiam
procreat; siquidem animus subitania passionis impressione vehemen-
tius concutitur ac labefactatur, quam ut in tam exigua morula, ullus
consultandi locus libero integroque voluntatis arbitrio relinquatur.

---

35 cogitatione *ms.* || 41 strenue] strenuo *ms.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

41 Tertio, venialiter peccatur hac ratione. Demus nullam omissionem negligentiamve in anima antecesisse hoc genus malae cogitationis aut passionis, sed summam esse adhibitam diligentiam, [13*r*] qua pestis illa vitaretur. Demus praeterea causam productionis non liberam esse, sed pro breviuscula mora necessariam et naturalem, ut quae vitari non possit. Potest tamen fieri, ut in momento quod illam morulam proxime consequitur, eadem cogitatio perseveret, non iam necessario aut naturaliter, sed prorsus libere, utpote cum vitari possit; necdum etiam peccatum erit mortale, propterea quod arbitrii libertas hic minus integra minusque absoluta sit, quam ut peccati mortalis maliciam consumare queat; quandoquidem, si in hoc altero temporis momento rationes afferrentur impellentes ad consentiendum eiusmodi cogitationi seu passioni, et e contrario alia argumenta ad dissentiendum ac reluctandum eidem adducerentur, animus statim refragaretur, ac proinde quamvis animus in sese vix bene collectus, nec satis iusta arbitratus sui libertate instructus, in secundo etiamnum momento consentiat, ita ut non accedente novo voluntatis consensu, mala cogitatio passione in sensuali parte citra perfectam libertatem continuetur, procul dubio culpa tantum venialis erit, quum absolutae libertatis circunstantia desit, quantumvis cogitatio seu passio illa mortale genus materiamque habeat, verbi gratia, fornicationem, avaritiam, homicidium; atque hoc genus venialis peccati theologi vocant peccatum veniale ex circunstantia, quale est quod tribus modis supra memoratis committitur, primus modus omissionem habet, secundus et tertius commissionem.

42 Quartum documentum. Mortaliter peccatur duobus modis: pri-
[36] mo, cum cogitationi assentitur, vel absolute, ut cum animus omnino decrevit perpetrare scelus ad quod solicitatur, vel sub conditione, nimi-
[37] rum, si facultas et opportunitas adesset. Secundo, peccatur mortaliter, cum consensui ac deliberationi opus ac factum ipsum adiungitur, atque hoc genus peccatum priore gravius est, quatuor de causis: primum, propter longitudinem temporis, dum in scelerato actu citra poenitentiam diutius permanetur; deinde, quia ex opere, quod sensuali parti blanditur, appetitus patrandi crescit [13*v*], atque adeo ipsa voluntas in malo incrementum augmentumque capit; tertio, quod maiora incommoda ex opere perpetrato et ex scelerato factu iam in lucem producto emanent, quam si in animae parentis suae utero interiisset, siquidem preter quam quod ei qui peccatum committit maius deinceps peccandi periculum inminet, proximo fere plerumque iniuria fit, et socii facinoris accersuntur; postremo, quod scandalum in quod alli

93 passione *ms.*, *forte pro* passiove || 97 atque] adque *ms.* || 4 fere *sup. lin.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

impinguant [!] hinc enasci solet, quum pravum opus in publicum divulgatur. Hactenus de cogitatione, nunc de verbo agemus.

De verbis unum documentum

Ut verbum sit rectum quatuor requiruntur : ut vano et temerario **43**
iuramento non vicietur, ut non sit occiosum, ut non sit obtrectatorium, ut absit mendacium.

De iuramento

Neque per Creatorem nec per creaturam iurandum est, nisi iura- **44**
mento accesserint veritas, necessitas, notabilis utilitas, reverentia nu- [38]
minis. Necessitas est cum ordine iuridico quispiam a iudice ad iurandum compellitur. Utilitas non intelligitur in re qualibet consistere ; proinde ne in veris quidem passim iurandum est. Quoties veritas eius generis est, ut fidem illi adhiberi magnopere expediat, utpote que insignem fructum utilitatemque, vel animae vel corpori vel etiam bonis externis proximi allatura sit ; tum demum tempestive et recte iuramento firmatur. Cum reverentia numinis iuramentum fit, quum is qui nomen Dei assumit, apud se quodammodo considerat Deum ita veracem esse ut mendacia oderit, ita sapientem ut omnia pervideat, ita omnipotentem ac iustum ut peieranteis puniat. Nisi enim animus tali timore ac reverentia maiestatem divinam persequatur, saepe [14*r*] temere ac falso iuratur.

Hic illud oportune annotabitur, quod licet falso et temere iurantes **45**
per Deum Creatorem magis peccamus quam per creaturam quampiam [39]
iuramus, quod crimen recta ac primarie in divini numinis maiestatem tendat ; tamen difficilius est recte et cum supra memoratis circunstantiis per creaturam quampiam quam per Deum iurare ; quia videlicet iuraturi per creaturam aliquam, non habemus animum nostrum vel tam attentum ad dicendam sive etiam affirmandam veritatem, vel tanta numinis reverentia praeditum, quam quum augustissimum omnipotentis Dei, Domini et Creatoris nostri, nomen sumus nominaturi. Quocirca perfectis magis per creaturam iurare quam imperfectis convenit, quod illi per assiduam contemplationem et intellectus illuminationem facile agnoscant ac perspiciant Dei essentiam, presentiam et potentiam in singulis creaturis inesse ac relucere ; unde etiam quum per creaturam iurant, maiori erga Dominum omnium Creatorem reverentia afficiuntur quam imperfecti, qui divinam maiestatem in creaturis

---

6 impinguant *sic, ut videtur pro* impingant *vel* impinguunt

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tam clare non vident. Denique imperfecti magis periclitantur, ne si per creaturam frequenter iurent, idolatriae crimen admittant, dum ex ignorantia creaturam ipsam, non Deum in creaturis resplendentem pro teste allegant, a quo periculo perfecti quam longissime absint, qui satis norint eatenus esse per creaturam iurandum, quatenus in illis Creator residet, et illum non creaturam quasi veracem ac fidelem testem citari oportere, quum idolatrae secus faciant.

De verbo ocioso

46 [40] Occiosum verbum illud demum accipiendum est, quod nec dicenti nec audienti prodest, imo nec ad eum finem profertur ut prosit ; quippe sermo qui fructum aliquem affert, aut etiam qui profertur cum animo pariendi fructum vel mihi ipsi vel proximo, sive is fructus in anima sive in corpore, sive in temporalibus bonis consistat, occiosus certe non est, quantumvis ea res de qua sermo [14*v*] habetur a loquentis statu et instituto aliena sit, veluti si religiosus quispiam de bello aut de mercibus loquatur, ut fratri audienti prosit ; nam ali[o]quin vanus et occiosus sermo esset.

De obtrectatione

47 [41] Ei qui recte loqui velit, detractio summo opere vitanda est. Et murmuratio, si quis nulla vel necessitate, vel iusta utilitate urgente, mortale peccatum proximi antea occultum detegit ac divulgat, mortale peccatum et ipse admittit ; sin veniale peccatum est quod prodit ac indicat, venialiter peccat, itidem qui erratum aut defectum proximi revelat, protinus errato seu defectu obnoxius redditur. Attamen ex sano consilio et bono animi proposito, peccatum vel erratum proximi tribus modis recte indicari potest : primum, quum peccatum publicum est, ut peccatum meretricis publicae, aut quod sententia in iudicio lata damnatum est, aut publica haeresis, quae conviventium animos inficiat ; secundo, quum occultum proximi peccatum ei apperitur, qui probabiliter existimatur et posse et velle illum ad meliorem mentem reducere, et hoc animo atque hac spe indicatur, ut frater sanetur, non ledatur ; postremo, si vir pius ac bonae mentis decrevit cohortare ac convivere cum homine quopiam, quem tu scias haereticum esse aut ali[o]qui ita scelestum et pestilentem, ut ex contagione illius alterum infectum ac corruptum iri iudices ; si alia ratione illum ab eiusmodi hominis societate ac cohabitatione abducere nequeas, errorem

75 et pestilentem] ut pestilentem *ms*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

et peccatum illius, quamvis clandestinum et tectum, vel apperte vel per ambages et circumloqutiones, ut intelligere possit, detegere ac revelare sano fratri debes, quo admonitus sibi caveat, ne cum tam perdito homine commercium habeat ; quod tum potissimum faciendum est, cum ex iustis rationibus persuasum habeas flagitiosi hominis conversationem alteri bono viro noxiam futuram, si non ita admoneretur.

De mendacio

Triplex est mendacium : officiosum, iocosum, perniciosum. Mendacium officiosum est quod nulli nocet, et alicui prodest, aut etiam quod [15*r*] necessitatis ratio, pietate, misericordia, aut zelo religionis suadente, extorquet, etsi interim alii nocere videatur. Hoc patres peccatum veniale esse censent, quod non sint committenda mala ut eveniant bona, neque etiam quodcunque peccatum perpetrare liceat pro redimenda vita. Mendaciun iocosum est quod, ut nemini obest, ita neque prodest cuiquam, sed tantum oblectandi causa dicitur ; quod, etsi capitale non sit, minus tamen licet quam illud officiossum ; futurum etiam deterius, si assiduitate aggravetur ; quod satis testatur ille locus Ec[c]esiastici, quinto : « Noli mentiri omne mendacium ; assiduitas enim illius mala est »[1]. Mendacium perniciossum seu malignum est quod nulli prodest et aliis nocet. Hoc est quod eo fine, eo consilio dicitur, ut proximo vel vitae, vel famae, vel bonorum externorum iacturam afferat ; quod mortale et damnabile peccatum est. **48**

De opere

Postquam cogitationes et verba ad normas superius traditas accurate examinaveris, restat ut ad exploranda opera tua accingaris, quae exiges ac expendes ad Dei et Ecclesiae praecepta, tanquam ad amussim quandam certissimam ; nam contra illa quidquid cum integra libertate fit, mortale peccatum censetur. Itidem superiorum legitime sub pena peccati mortalis precipientium mandata transgredi aut ipsos prefectos contemnere, maledictis et conviciis proscindere, quos in honore habere et magni aestimare debemus, capitale peccatum est. Ritus denique eclesiasticos et traditiones omnes non humiliter ac reverenter observare, sed eis suam authoritatem derogare, grave piaculum est. **49** **[42]**

[1] Eccli. 7, 14.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

50 [43] GENERALIS OMNIUM PECCATORUM, QUAE QUOTIDIE COMMITTUNTUR, DISCUSSIO ET EXAMINATIO

Expedit quotidie conscientiam nostram accurate examinare, et omnia peccata eo die admissa in memoriam revocare, et eorumdem gravitatem [15*v*] expendere, ut dolore, lachrimis, precibus illa deleamus. Hoc genus examinatio quinque capitibus absolvitur.

Primum caput est gratiarum actio, videlicet, pro tot ac tantis a divina benignitate receptis beneficiis ex animo gratias agamus, agnoscentes ac confitentes quid tantae bonitati debeamus, cui omnia nostra accepta ferimus, atque adeo nos ipsos. Hic veniat nobis in mentem ingratitudo nostra in Deum, quem nos, optime de nobis meritum, sceleribus nostris toties ac tam graviter offenderimus, bonis mala, beneficiis maleficia rependentes ; et summatim omnia peccata nostra deleamus.

Secundum caput est petere ac precari Deum, ut per gratiam ipsius, omnia peccata nostra cognoscamus, cognita remediis in Eclesia usitatis expellamus.

Tertium caput est, ut inita ratione cum conscientia tua summa[m] colligas omnium peccatorum, que eodem die cogitando, loquendo, operando commisisti, singulas horas percurrendo aut intervalla temporis quod intersit inter horam matutinam, qua surrexeras, usque ad horam examinationi praestitutam, que bis in die fiet, sub meridiem videlicet et sub noctem, eodem ordine quo particularem examinationem faciendam esse diximus. Considerare etiam potes quibus in locis, cum quibus collocutus fueris, et quibus de rebus. Porro omnia exiges ad regulas quae superius de cogitatione, verbo et opere posuimus. Quoties vero cunque aliquod peccatum occurrerit, illico dolendum est.

Quartum [caput] est, ut commissorum veniam supplex a Domino petas.

Quintum caput est, ut cum spe condonationis iam commissorum, animum ac propositum emendandae deinceps per Dei gratiam vitae, et ab eius generis peccatis sive erratis abstinendi concipias ; quod ut facilius a Domino impetres, orationem dominicam illius maiestati offeres Pater noster. [16*r*]

35 potest *ms.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

OCTO FRUCTUS QUOS GENERALIS OMNIUM IN VITA COMMISSORUM CONFESSIO ET ILLI CONIUNCTA COMMUNIONIS SEU EUCHARISTIAE PERCEPTIO PARIT 51 [44]

Confessio generalis universorum in tota anteacta vita scelerum, quamvis nullo neque divino nec humano praecepto fieri iubeatur, tamen quoties fit multos fructus commoditatesque in animo parit.

Primus fructus est humilitas et animi deiectio, cum tot ac tam gravia flagitia toties iterata in memoriam revocantur, quibus divinam maiestatem tam saepe et tam capitaliter lesimus.

Secundus fructus est, quod hinc agnoscimus quantopere divinae clementiae et lenitati obnoxii simus, qui nos peccata peccatis assidue accumulantes et iram nobis in die irae et revelationis iusti iudicii Dei thesaurizantes, hactenus patientissime toleravit ad penitentiam agendam et ad redeundum secum in gratiam semper nos invitans, non secundum peccata nostra faciens nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuens nobis.

Tertius fructus est, quod sicut ex recordatione omnium simul peccatorum magnus dolor nascitur, ita animus cautior erit in vitandis deinceps peccatis, que iam odisse ac detestari coepit, et emendatiorem vitam in posterum degere statuet.

Quartus fructus est, quod ex investigatione, recordatione et confessione omnium peccatorum, preterea ex verecundia, dolore et proposito fugiendi omnia peccata maius meritum proveniat. b

Quintus fructus est gratia sacramentalis, quam absolutionis beneficio consequuntur.

Sextus fructus est satisfactio, que ex sacerdotis officio ad expiationem peccatorum confessis in[i]ungitur aspera, verecunda, dificilis.

Septimus fructus est, quod ex illa in vitam et peccata nostra inquisitione et perscrutatione exactius peccata et delicta nostra [16*v*] cognoscimus, et ex sacerdote confessario aliquid addiscimus quo melius a nobis deinceps vitari peccata possint.

Octavus fructus est, quod ex generali illa confessione animus purgatior, limpidior, tranquillior evadit, ac proinde ad sacrosanctam Eucharistiam recipiendam multo aptior et paratior efficitur ; ut taceam quod ad vitanda mala et aggredienda bona hinc melius armatur. c

Hos fructus et commoditates altissima Dei sapientia ex nostrorum peccatorum malitia per generalem confessionem eruit, ut hoc gloriosius de hoste Sathana triumphemus, quod animus noster ad maiorem tum gratiam tum gloriam promotus, eisdem viis et operationibus victoriam pariat, quibus illum inimicus vicerat ac prostraverat ; itaque

78 evadit] avadit [!] *ms.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ubi abundavit delictum superabundavit et gratia. Ceterum ad consequendas supra memoratas spirituales commoditates consultissimum erit, post primae hebdomadis exercitia, generali omnium peccatorum confessione facta, sacrosanctam Eucharistiam sumere, qua animus non solum conservetur, verum etiam augescat in dies et proficiat in spiritualibus charismatis, que dominici corporis et sanguinis participatio pie, humiliter, reverenter, sancte accedentibus impertit.

ff. 30-42 *pura*.

[f. 43*r*] 2. *Manu sancti Ignatii* : « 1ª [hebdomada] incipiens a tribus potenciis et ferme finita | magistri Ioannis | non credo corepta »[1].

[f. 63*r*] *Manu sancti Ignatii* : « 1ª [hebdomada] incipiens a meditatione trium potentiarum | magistri Ioannis ».

[64*r*] EXERCITAMENTA PRIMAE HEBDOMADIS

52 [45] Prima meditatio tres animae facultates, nempe intellectum, memoriam et voluntatem, in considerandis ac contemplandis tribus peccatis exercet, videlicet, peccato angelorum, peccato primorum parentum, et peccato cuiscumque alius, qui ob unum quodpiam flagitium eterna morte damnatus sit. Septenis haec meditatio partibus constat : oratione praeparatoria, duobus praeludiis, tribus precipuis capitibus, colloquio.

53 [46] In oratione praeparatoria divinam opem ac gratiam implorare debemus, ut omnes nostrae intentiones actionesque ad divinae maiestatis obsequium, laudem et gloriam sincere tendant. Nam quantopere ad hoc praestandum gratia et auxilio Dei egeamus, tum sacra Scriptura passim, tum Patrum doctrina tradit. Ex nobis etenim ipsis nihil aliud quam in peccata ruere possumus. Ceterum bene et ex virtute operari atque ad Dei amorem opera nostra dirigere, nisi speciali Dei gratia opitulante, nequimus ; quum constet omne datum optimum et omne donum perfectum descendere a Patre luminum, sine quo nihil possumus facere[2], adeo ut non simus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est[3].

54 [47] Primum praeludium, quod huic meditationi cum omnibus aliis commune est, imaginariam descriptionem ac deformationem loci, in quo res gesta sit, continet. Hic advertendum est, quoties super re quapiam visibili meditatio seu contemplatio fiat, locum quoque visibilem delineari oportere, veluti si Dominum Iesum [64*v*] in monte

[1] Quae sequuntur desumimus ex altera recensione.
[2] Iac. 1, 17; Io. 15, 5.
[3] 2 Cor. 3, 5.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

concionantem contemplaris, quoniam res gesta oculis ac visui patet, locus itidem visibilis in contemplantis animo deformandus est, nempe mons ille in quo Dominus praedicasse legitur ; considerabis autem altusne an humilis, latus an angustus, longus an brevis, arduus et praeruptus an ascensu facilis, saxosus et asper, an levi clivo subnixus, nemorosus et arboribus consitus, an calvus et nudus, an prope civitatem aliquam an in deserto situs, denique an maritimus an mediterraneus. Similiter, si Christum in templo praedicantem contemplaris, quia contemplationis materia oculis subiicitur, idcirco visibilis, templi altitudo, longitudo, latitudo, magnificentia, forma consideranda est ; nempe sitne rotundum an quadratum, lucidum an suboscurum et alia id genus. At quoties contemplationis materia videri oculis non potest, locus etiam invisibilis imaginatione et mentis conceptu effigendus est. *Ideo in lege locus propitiatorii, in quo Deus maximus depingebatur, vacuus erat* [4], *nimirum, quum ipse invisibilis sit « quem nullus hominum videt, sed neque videre potest »* [5] *ex viribus naturae. Ita* meditationi peccatorum, quae corporis oculis cerni non possunt, invisibilem locum assignemus oportet, nimirum animam mortalis corporis ergastulo inclusam, et tam variis humanae conditionis miseriis expositam, quae, licet ipsa immortalis sit, corruptibilis tamen corporis organis ad exercendas suas operationes eget. Praeterea hic considerare poteris totum animae et corporis compositum, quod e paradiso in hanc miseriae vallem deturbatum ac pulsum, inter bruta animalia et noxias bestias versatur, a quibus [65*r*] plerumque infestatur ac laeditur. Porro huic primae meditationi, in qua de peccatis agitur, invisibilis locus necessario accommodandus est, videlicet mens angelica et anima rationalis.

Secundum praeludium est, ut a Deo petas spirituale charisma seu donum quod assequi exoptas ; id quod meditationis argumento respondere debet, verbi gratia, si super re laeta ac iocunda meditatio facienda est, gaudium postules oportet ; sin de maesta et tristi, dolorem ac tristitiam petere conveniet, *ut iuxta contemplanda, aut gaudeamus cum gaudio, aut lugeamus cum fletibus*. Ceterum, si peccata nobis meditandi materiam suppeditant, erubescentia et verecundia efflagitanda est. Cum *enim* istiusmodi meditationes seu contemplationes ad obtinendum spirituale aliquod donum institutae sint, quis non videt quam sit a ratione alienum, vel in laetis dolorem, vel in tristibus gaudium exquirere ? Praesertim, quum a philosophis ceu res certa tradatur, pro natura ac conditione obiectorum, quae animis nostris proponuntur, affectiones et passiones eisdem imprimi. Proinde quoties de **55** [48]

54 enim] vero 1^a *rec.*

[4] Ex. 26, 34 ; 37, 6.
[5] 1 Tim. 6, 16.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

passione Domini meditatio habetur, in secundo praeludio etiam atque etiam petendum est, ut Christum dolentem ac acerbissima supplitia pro nobis patientem, ac probris indignissime affectum, dolore, lachrimis, luctu prosequamur. *Ad quod ipsemet nos exhortatur, Ps.* : « *Et sustinui qui contristaretur et non fuit, qui consolaretur et non inveni* » [6]. Et cum beatissima Virgine Matre, cuius animam doloris gladius tum confodit, doleamus ac ploremus. Contra, quum resurrectio Domini Iesu meditanda proponitur, Deum ardentissime [65*v*] precabimur, ut cum Christo laeto, glorioso ac triumphante et cum eiusdem Matre inusitato gaudio iam perfusa laetemur et exultemus. *Ad quod invitat nos Ecclesia* : *Haec dies quam fecit Dominus, exultemus et laetemur in ea. Exu*[*lt*]*ari enim cum gaudio oportet, quum frater noster, qui mortuus erat, revixit, perierat et inventus est* [7].

56 At in hac prima meditatione, quoniam de peccatis agitur, verecundiam ac pudorem petere oportet, videlicet, ut tui ipsius te pudeat, *sicut pudebat Magdalenam dolore, confusione et pudore sancto, stans retro, lachrimis rigando pedes Iesu* [8] ; *sicut David rex, filium perditum deprecaturus, non audebat levare faciem maestus et in*[*g*]*emiscens* [9] ; *quum* memoria repetis quam multi ob unum quodpiam mortale flagitium damnati sint et in geennam detrusi, aut certe ob pauciora ac minus gravia scelera quam quae tu commisisti ; ob quae, Deus bone, quam iuste et quam saepe geennalem cruciatum meruisti, si severitatem suam potius quam misericordiam omnipotens ille Dominus, cuius maiestatem toties et tam graviter laesisti, exercere in te voluisset.

Haec duo praeludia sunt veluti praeparamenta animi, ut aptior sit ad assequendum finem, quem sibi in contemplatione praestituit.

57 Hic illud annotabimus, omnibus contemplationibus ac meditatio-
[49] nibus eandem orationem praeparatoriam, quae superius scripta est, anteponendam esse, citra ullam mutationem ; praeludia vero interdum pro contemplationis argumento ac natura variari posse.

58 Post haec praeparamenta protinus ad ipsam meditationem serio
[50] accingitor. Cuius primum caput est, ut Luciferi et [66*r*] sociorum eius apostatarum angelorum peccatum pariter ac supplicium diligentissime consideres. Et quo exactior sit consideratio, tres animae potentias, nempe memoriam, intellectum et voluntatem, in consilium

85 *post* praestituit *delet ea quae sequuntur* : Quod si quis seipsum sentiat satis praeparatum et compositum et idoneum percipiendo gratiae dono quod expetit, is profecto istis duobus praeparamentis opus non habebit, postquam idipsum nactus est ad quod assequendum illa praeludia excogitata sunt.

[6] Ps. 68, 21.
[7] Lc. 15, 24.
[8] Lc. 7, 38.
[9] 2 Sam. 12, 16.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

advocabis, quae tibi ad aperiendam ac amplificandam totius rei naturam, non vulgarem usum praebebunt.

Siquidem memoria, cuius munus est antiqua ac praeterita recordari, statim hic tibi suggeret et veluti ob oculos mentis proponet: primum, quam illi speciosi, quam graciosi, quam raris charismatum et perfectionis dotibus insignes, a Deo omnium opifice conditi fuerint; deinde, quemadmodum, in manu consilii sui relicti [10], et suae voluntatis arbitrio permissi sint, ut siquidem Deo Creatori suo obedirent atque obsequerentur, aeterna beatitudine potirentur; sin Deo optimo maximo parere recusarent, ad perpetuos geennae cruciatus merito damnarentur; postremo, ut per importunam ac intolerabilem superbiam, quum Deo omnipotenti, quem Creatorem suum agnoscere ac colere debuerunt, pares videri ambivissent, loco ac dignitate sua confestim depulsi sint, et rudentibus inferni detracti ac in tartarum praecipitati cruciandi in iudicium reservati [11], iuxta illud Esaiae: « Qui dicebas in corde tuo: in celum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, ero similis Altissimo » [12]. Quomodo cecidisti de caelo Lucifer, qui mane oriebaris? Detracta est ad inferos superbia tua, ad infernum detraheris, in profundum laci. 59

Iam intellectus, cuius est varia excogitare, alia ex aliis [66*v*] ratiocinando colligere, sic in hac meditatione exercebis, ut per omnia diligentissime discurras et quatenus rei natura patitur amplifices, ad hunc modum. Si Deus excellentissimis illis creaturis non pepercit, sed ob unum peccatum, eterna gloria multatos, numquam desituris inferni cruciatibus addixit, quantopere illa divinae maiestatis severitas mihi vilissimo homuntioni timenda est, qui bonitate eius ad penitentiam me invitante, hactenus abusus sum. Si angelos, tot virtutum dotibus, tanta gratie prestantia donatos ac ornatos, unum peccatum in geennam perpetuo cruciandos e caelo detrusit, quanto iustius tam multa et tam gravia mea flagitia ad inferos me praecipitabunt. Quoties ego miser sempiternam damnationem merui. Si angeli, qui semel peccaverunt, iusto Dei iudicio in tartarum praecipitati sunt, quanta Dei in illos semel peccantes severitas, quibus locum paenitentiae non dedit. Quanta erga me bonitas declarata est, toties peccantem et penitentie mihi oblatae remedium repudiantem. Quanta animi mei caecitas, quanta pertinatia, quanta impenitentia et impudentia, qui tenebras luci praetulerim, qui omnipotentissimum Deum Creatorem meum vocantem spreverim, qui meas voluptates divinae voluntati et praeceptis prae- 60

27 peccantes] peccantis [l] *ms.*

[10] Eccli. 15, 14.
[11] 2 Petr. 2, 4.
[12] Is. 14, 13.14.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

posuerim, qui Luciferum hactenus in superbia imitatus sim, nihil veritus ne cum eodem in eternum punirer. *Adde his*: *propter peccatum in caelum et coram te et pro multitudinem peccatorum meorum, iam non sum dignus vocari filius tuus, imo nec servus, nec oculos ad caelum levare* [14]. *Deus ergo, propitius esto mihi peccatori* [15]; et caetera id genus, quae intelligendi vis tibi suppeditabit.

61 Postremo voluntas accersenda est, [67*r*] ut suis in hac meditatione partibus fungatur, quae in animae regno regina appellatur, quod ei imperanti caeterae potentiae incunctanter obediant, per quam homo dicitur et est liber ad volendum et nolendum, ad expetendum et recusandum, ad amandum et refugiendum, ac odio habendum quicquid intellectus et ratio sive bonum sive malum esse iudicant. Igitur voluntatis animus erit praecipere primum memoriae, ut repetat, recordetur et veluti ob oculos mentis ponat totam seriem rei gestae, scilicet, creationis, praestantiae, peccati, damnationis Luciferi et aliorum apostatarum angelorum, qui una cum illo per superbiam et inobedientiam a Deo defecerunt. Deinde intellectui provinciam deleget percurrendi singula et expendendi quam diligentissime, mox etiam comparandi propria peccata tam varia pariter ac gravia cum uno illo angelorum peccato; paenam item tam eam quae illorum contumacissimae superbiae inflicta est, quam quae te manet, nisi resipiscas; denique ut ingratitudinem tuam cum illorum ingratitudine conferas, quemadmodum utrique optimum ac benignissimum Conditorem spreveritis, tu vero etiam clementissimum Dominum, qui te, quam diutissime peccantem, patientissime tulisset, semper invitans ad penitentiam, hortansque ut secum redires in gratiam, *dicens*: *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos* [15], contempseris. Hoc modo fiet ut affectus voluntatis moveatur, et tu pudore suffundaris, consideratis tuis plurimis et pessimis sceleribus, cui pudori parando hoc exercitamentum maxime inservit. [67*v*]

62 Alterum caput est accurata contemplatio peccati quod primi pa-
[51] rentes Adam et Eva commiserunt, quod omnis mali ac miseriae nostre seminarium fuit. Hic quoque prorsus, non aliter quam in priore capite dictum est, tres illae animae facultates diligenter in excutiendo ac considerando hoc peccato exercendae sunt.

63 Principio igitur historiam memoria repetes, quemadmodum Adam in magna originalis iustitiae ac gratiae dignitate in agro damasceno die

47 creationis etc. *Ponimus hoc loco virgulas prout adsunt in ms.* || 58-59 dicens: Venite — reficiam vos *add. inter lineas*

[13] Cf. Io, 3, 19.
[14] Lc. 15, 18-19.
[15] Lc. 18, 13.
[16] Mt. 11, 28.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

sexto, nempe die veneris, post alias creaturas omnes, quas Deus quinque diebus praecedentibus creaverat, conditus fuerit, et inde in paradisum terrestrem translatus, ubi mox ex quadam costa Ade Eva formata fuit. Deinde divinam erga eos liberalitatem revocare in mentem poteris, qui illis facultatem dedisset omnibus omnium arborum fructibus vescendi, tantum ab una arbore abstinerent, quae scientae boni et mali arbor vocabatur, cuius fructum si gustavissent, morte e vestigio obnixii forent.

Porro malignus daemon, invidens homini eximia illa bona quibus ipse merito orbatus fuerat, serpentis figura tectus, callide Evam aggreditur, persuasurus illi ut decerptos ex arbore vetita fructus secure et intrepide comederet. Illa benignissimi Creatoris et optimi Domini liberalitatem praedicans. — Ex omnibus, inquit, aliis arboribus, quas habet paradisus, humanissime noster Dominus edere nobis permisit, hac autem una nobis interdixit, mortem interminatus, si illius iussis non obtemperaverimus ; et ideo equissima nobis Dei sententia videtur, ut morte moriamur, si in tanta copia aliorum fructuum, quos liberalissime noster Dominus edendos nobis tradidit, in hanc arborem [68*r*], quae una nobis prohibita est, nulla egestate aut necessitate cogente manum iniecerimus, et optimo ac maximo Creatori nostro ingrati et inmorigeri fuerimus. — Ah, fatua, inquit ille veterator, tu hoc verum esse credis ? Imo, si comederitis, tantum abest ut morte moriamini, ut etiam diis similes futuri sitis, bonum pariter et malum scientes —. O impudentem audaciam ! Impostor ac mendacii pater Deum quodammodo mendacii insimulat. Non est ita, inquit, sed scit Deus, quod in quocumque die comederitis, aperientur oculi vestri et eritis sicut dii scientes bonum et malum [17].

Levis muliercula blandis versutissimi hostis pollicitis simul et pomi specie ac dulcedine allecta, statim comedit, et viro suo comedendum porrexit. Qui ne Evam contristaret, quam summe dilexit, comedit et ipse, Deum quam uxorem offendere malens. Ecce autem confestim oculi amborum aperti sunt et se nudos esse viderunt, cepitque eos facti sui paenitere et nuditatis suae pudere. Quos Deus ob peccatum reprehensos et acriter castigatos, laboribus, sudoribus, erumnis et miseriis addixit. Mox pelliceis vestibus, *in signum paenitentis*, indutos et originali iustitia exutos, e paradisi deliciis in hanc miseriae et lachrimarum vallem *expulit*, ubi duram ac diuturnam paenitentiam egerunt, *de qua Spiritus Sanctus per Salomonem ait, Sap. 10* : « *Haec sapientia illum, qui primo creatus est a Deo, pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit, et eduxit illum a delicto*

93 impostor] impestor [!] *ms.* || 6 expulit *add. sup. lin. deest in* 1[a] *rec.*

[17] Gen. 3, 5.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

suo »[18], et in sudore vultus sui pane vescentes, labore aliisque molestiis plurimis conficiebantur.

64 Intellectus deinde horum singula particularius et subtilius percurret ac discutiet, ratiocinando ad hunc modum. Si primi parentes nostri tot gratiae et originalis iustitie dotibus ornati et instructi, insidiis [68*v*] diaboli, natura adhuc integra capti sunt, et in peccatum lapsi totam posteritatem suam vitiaverunt; quanto magis nobis est timendum et cavendum, ne natura iam illorum vitio corrupta, et voluntatis arbitrio mutilato, tentatoris artibus ac imposturis circumveniamur. Si illos unicum peccatum e paradiso protrusos, primum in hanc miseriae vallem, deinde in infernum deiecit, ubi aliquot annorum millibus commissi paenas luerunt; quid de me futurum est, qui tam multis ac tam execrandis sceleribus meis toties infernum merui?

65 Denique voluntas imperabit memoriae, ut exacte recordetur, et intellectui, ut praedicta omnia ad amussim percurrat ac discutiat, et propria peccata, tam multa ac tam detestanda, cum uno illo protoplastae peccato conferat, ut collatio illa pudorem ac erubescentiam tibi incutiat, et in voluntate sanctos affectus huic argumento accommodatos, praesertim verecundiam et confusionem, generet.

66 Tertium caput est, ut easdem animae potentias ac facultates simi-
[52] liter exerceas in considerando privato peccato cuiusvis, qui ob unum quodpiam flagitium damnatus legatur. Hic memoria repetere poteris quam multi propter unum mortale scelus ad inferos iusto Dei iudicio tradantur. *Nam quicumque totam legem implevit, offendit autem in uno, factus est omnium reus*[19]. Quippe quum peccatum, quatenus laese maiestatis divine reum hominem efficit, et infinitam omnipotentis Creatoris bonitatem offendit, tam grave, tetrum et horrendum sit, ut ne aeterno quidem geenne cruciatu satis ex [69*r*] dignitate et pro merito puniatur ac vindicetur, si ad exactum iustitiae gnomonem amussimque expendatur. Hinc sancti doctores communi consensu tradunt, Deum et piis longe supra meritum praemia elargiri, *non sunt enim condignae passiones iustorum hominum ad futuram gloriam promerendam*[20], et sceleratis citra condignum penas infligere, *nam scriptum est: aut obliviscetur misereri Deus, aut continebit in ira misericordias suas*[21].

67 Deinde intellectus vi utens, sic tecum ratiocinaberis: Si hic aut ille, ob unum laetiferum facinus, iuste ad aeternum cruciatum damnatus est, quid mihi eventurum putem, qui semper peccata peccatis accumulans, toties in vita perpetuum illud supplicium merui?

---

[18] Sap. 10, 12.
[19] Iac. 2, 10; Mt. 5, 19.
[20] Rom. 8, 18.
[21] Ps. 76, 10.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Postremo voluntas alteris duabus facultatibus imperabit, ut suo 68
munere accurate fungantur, quo omnibus in memoriam revocatis ac perpensis, ipsa piis affectibus concutiatur, maxime pudore et dolore, qui ex collatione nascetur, quum considerabis non paucos ob unum aliquod scelus, sed plurimos ac innumerabiles ob flagitia tuis pauciora et leviora damnatos esse.

Sub fine meditationis colloquium fiet ad Dominum Iesum, non 69
aliter ac si amicus amicum, aut servus dominum, creatura Creatorem, [53]
redemptus et liberatus redemptorem suum alloquatur. Qua in re quisque eam personam induere poterit, quum ad colloquium accingitur, quam suae devotioni suisve affectibus maxime congruere et conducere perspiciet. Qui servili timore adhuc tenetur, illi filii persona aut amici familiaritas ac libertas in colloquendo non conveniet. Suum cuique ingenium notum est. Ad hoc accommodari colloquium debet [69*v*]. Semper autem imaginaberis illum coram te praesentem et pro te cruci affixum, et sanguine ex vulneribus defluente rubricatum, cogitabisque apud te quam singularis illius erga humanum genus charitas fuerit, quae eum, quum Deus esset, hominem fecerit, quum immortalis mortalem, quum impassibilis passibilem reddiderit, imo quum innocentissimus esset et ab omni culpae macula remotissimus, ut qui peccatum numquam fecerit, tamen quae eius est charitas, pro tuis peccatis tradi, ligari, irrideri, conspui, alapis et colaphis pulsari, flagellis caedi, falsis calumniis infamari, ad mortem condemnari, in patibulo suspendi, occidi.

Vicissim considerabis quaenam officia tu illius tam eximiae benignitati rependas, et quam gratus seu potius quam ingratus erga tam liberalem Dominum, de te quam optime meritum, fueris. Atque ita ponderatis, et illius maximis in te beneficiis, et tuis maleficiis ac malis meritis, perpensaque tam illius bonitate quam tua ingratitudine ; partim accusabis te ipsum, qui tam ingratus hactenus fueris, ut magnificam illius in te charitatem ac munificentiam non agnosceres, nec illius praeceptis obedires, nec illi inservires; partim gratias illi ages pro innumeris suis et inmensis in te collatis beneficiis et pro copiosa illa misericordia ac clementia quam erga te declaravit, qui pro tot tamque horrendis flagitiis tuis non ad inferos praecipitaverit, nec severitatem sue iustitiae in te exercuerit, sicut in angelos [70*r*] aut in primos parentes nostros et in alios quamplurimos, quos ob unum aut alterum peccatum, aut certe ob multo pauciora scelera, quam que tu commisisti, aeternis tormentis addixit. Huic colloquio orationem dominicam coronidis vice adiunges Pater noster.

---

55 Sub fine] In fine 1^a *rec.* || 70 traddi *ms.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Confert hoc genus colloquii ad duo : nempe ad erubescentiam, quae, considerata peccatorum in Dominum ac Salvatorem nostrum de nobis quam optime meritum commissorum multitudine, in nobis nascitur, et ad bonam spem concipiendam atque ad resumendas animi vires, ut fortius deinceps peccato resistamus per gratiam Dei et Domini nostri Iesu Christi, qui pro peccatis nostris dependit et Deo nos reconciliavit.

Secundum exercitium

70 [55] Secundum exercitamentum versatur in considerandis propriis peccatis. Constat oratione praeparatoria, duobus praeludiis, quinque praecipuis capitibus et colloquio.

Oratio praeparatoria prorsus eadem erit, quae in primo exercitio tradita est.

Primum itidem praeludium, quod loci deformationem continet, huic cum primo exercitamento commune est.

Alterum praeludium est, ut a Domino petas ingentem dolorem ac uberes lachrimas, quibus multitudo scelerum tuorum deleatur. Nam per contritionem, quae dolore et lachrimis significatur, Deus omnia peccata quantumvis horrenda et gravia condonat, [70*v*] sicut ipse pollicetur, Ezech. 18 : « In quacumque, inquit, hora peccator ingemuerit, amplius non recordabor impietatum eius »[1].

71 [56] Primum caput est, ut omnia peccata tua, que in vita commisisti, *cum rege illo poenitente, qui dixit* : « *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae* »[2] memoria repetas, singulos annos, vel alia certa temporis intervalla percurrens. Hic multum profuerit tria considerare : principio, locum seu domum ubi habitavisti ; deinde, genus hominum cum quibus es conversatus ; postremo, artem aut vivendi modum, aut studia et exercitia quibus te oblectare consuevisti. Nam pro artium, officiorum aut studiorum varietate, diversa peccata committi solent. Haec tria simul iuncta et diligenter pensiculata, memoriam haud mediocriter adiuvabunt, et dolorem ac contritionem augebunt. Nam quanto plura ac graviora peccata nos perpetrasse recordamur, tanto vehementius eadem dolere ac plangere par est.

72 [57] Secundum caput est, ut malitiam ac turpitudinem peccati accurate ponderes, quam foeda atque horrenda sit eius natura, etiam si nulla Dei lex peccare vetaret. Peccatum quidem nihil est, quum non sit aliud quam declinatio et aversio a recta ratione, quae contrarium

90 considerata *charta abscissa*

[1] Ez. 18, 21-22.
[2] Is. 38, 15.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

sectandum ac faciendum esse dictat. Hinc in Ioannis evangelio, ubi legimus : « sine ipso factum est nihil » [3], divus Augustinus nihili vocabulo peccatum significari dicit [4]. Ergo si peccatum suapte natura tam est detestandum ac abominandum, quanto odiosius et execrabilius iudicari debet postquam Deus id nobis interdixit, tam acerbas penas interminans iis qui, spreta sua lege, peccare pergunt [71*r*].

Tertium caput monet ut cognoscas te ipsum, diligenter consi- **73** derans quis sis, quibus ex elementis et mitiis [!] conflatus. Hic cu- [58] randum est, ut te ipsum deiicias quantum potes, variis exempiis ac comparationibus in medium adductis, verbi gratia, si sanctissimus ille patriarcha Abraham, meritis, fide et obedientia clarissimus, se pulverem esse et cinerem agnovit [5] ; si David ille Deo gratissimus, de quo Deus dixit : Elegi virum secundum cor meum [6] ; si ille, inquam, post superatum ac prostratum superbissimum Goliad, se pulicem et canem mortuum vocat [7] ; quid tu, superbissime homuntio, de te sentire debes, qui nulla merita habes nisi mala, qui toties quotidie a vero Goliad prosterneris et in luto peccati ac veluti cruore animae tuae traheris ; vel poteris existimare quid sis, si cum centum, aut cum mille, aut cum universis hominibus conferaris. Secundo, poteris conferre te ipsum cum omnibus angelis et sanctis gloriosis, mortalem cum inmortalibus, viatorem cum comprehensoribus, miserum cum beatis peccatorem et offensorem Dei cum amicis Dei. Tertio, cogitabis quam nihil sit universa creatura, si componatur cum Deo, qui mensus est pugillo aquas, et caelos palmo ponderavit, qui « appendit tribus digitis molem terrae, et libravit in pondere montes, et colles in statera » [8] ; « omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo » [9], et quasi nihilum corpus tuum, quam sit fluxum ac fragile, quam variis morbis, periculis ac miseriis obnoxium, quam [71*v*] vicinum morti, quae proculdubio properat, nec vitari ulla ratione aut arte potest. Postremo, contemplaberis te ipsum quasi vulnus quoddam purulentum et saniosum, aut quasi vomicam seu apostema, unde tot scelerum genera et tantum iniquitatis pus venenumque pullulaverint.

Quartum caput est, ut Dei, quem tuis flagitiis offendisti, infini- **74** tam sapientiam, potentiam, iustitiam, bonitatem et alia quae numini [59] attribuuntur in memoriam revoces ac diligentissime consideres. Deinde Dei omnipotentiam tuae imbecillitati, sapientiam tuae ignorantiae, iustitiam tue iniquitati, bonitatem tuae malitiae comparare poteris.

---

[3] Io. 1, 30.
[4] In Ioannis evangelium, tractatus I ; PL, 35, 1385.
[5] Gen. 18, 27.
[6] 1 Sam. 13, 14 ; Act. 13, 22.
[7] 1 Sam. 24, 15.
[8] Is. 40, 12.
[9] Is. 40, 17.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Haec consideratio, cum eiusmodi comparatione coniuncta, in aliquam saltem divinae perfectionis et naturae omnibus numeris absolutissimae cognitionem et propriae vilitatis ac tenuitatis agnitionem te perducet, unde doloris et contritionis occasio ac materia tibi suppeditabitur, qui tantam maiestatem offenderis, quum sis tam vilis et tam imbecillis homuntio.

75 [60] Quintum caput continet exclamationem, cum admiratione coniunctam, quae ex magno et ardenti animi affectu proficiscetur. Hic poteris per omnes creaturas percurrere, admirando qui factum sit, ut illae te in hac luce superesse siverint, multo magis ut vitam tuam, qua propter immania tua scelera eras indignissimus, aluerint et conservaverint. Hinc in colloquium cum angelis descendes admirabundus quomodo [72*r*] illi, qui divinae irae ac iustitiae ministri sunt, et veluti gladius, iam olim te non interfecerint, imo et iam deprecatores pro te apud divinam maiestatem assidue exhibuerint. Mox tecum demiraberis quo pacto sancti hactenus pro te intercesserint apud Deum, quum tu illum offenderis, in quem illi tanta charitate feruntur, utpote in beatitudinis et gloriae suae fontem et authorem. Itidem caelum, solem, lunam, stellas, elementa, animalia, aves, pecudes, pisces, plantas, herbas, arbores ac reliquas creaturas animo lustrabis, etiam atque etiam considerans quomodo singulae tibi ingratissimo operam suam opemque contulerint, qui tuum et omnium Creatorem factis negaveris. Postremo terram sic poteris alloqui, ut admireris illius patientiam, quae non repentino hiatu dehiscens te ***rebellem et seditiosum*** absorpserit ***cum Dathan et Abyron*** [10], nec novos ad te puniendum inferos produxerit, postquam tu illum offendere non dubitasti, quem celi, terra, inferi tremunt.

76 Hec exclamatio, ut plurimum movet affectus, ita non mediocriter confert ad illud, nempe ut agnoscas quam serio peccata deflere ac lamentari conveniat. Etenim quum reliquae creaturae, quas Deus ad inserviendum homini condidit, munus suum diligenter ac fideliter obeant, nec divinis iussis unquam adversentur, ***sed omnia serviant illi ad laudem Domini***, solus homo, in cuius usum reliqua creata sunt, quique non creaturis sed Creatori servire et cultum exhibere iussus est, ingratus et impudens Dei preceptum et ordinem quam optime institutum violat ac transgreditur, dum impudenter peccans, relicto ac spreto Deo ad creaturas se convertit. [72*v*]

77 [61] Colloquium fiet ad Dominum Deum, cui gratias ages pro inmensa sua erga te misericordia ac tolerantia, qui non secundum peccata tua tibi fecerit, ut te e medio sublatum ad inferos praecipitaret, sed hactenus spatium ac locum paenitentiae reliquerit et te ad emendandam

[10] Num. 16, 32.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

vitam invitaverit. Itaque oblatam resipiscendi oportunitatem iam cum bona spe divinae gratiae et auxilii libenter accipiens, colloquium oratione dominica concludes, Pater noster.

Tertium exercitium

In tertio exercitio, post orationem praeparatoriam et duo praeludia, repetetur primum exercitium et secundum. Hic illis potissimum **78** [62] capitibus et articulis inmoraberis, in quibus maiores vel consolationes del desolationes sensisti, aut aliquas omnino motiones ac degustationes spirituales suavitatis percepisti. Mox tria colloquia facies in hunc modum.

Primo colloquio Beatam Virginem Matrem alloqueris ac orabis, **79** ut a Filio suo tria tibi impetret; quorum primum erit, ut per gratiam [63] Dei intus ex animo peccata tua agnoscas et eadem perfecto odio oderis, *et fias tibimetipsi gravis* [1]; alterum, ut presentias quam sint inmoderatae et incompositae tuae tum affectiones tum operationes, quo inmoderantiam illam ac intemperantiam exosus, deinceps et te ipsum et affectiones tuas componas et ordines; tertium, ut incertam ac fluxam mundi, qui transit cum suis [73*r*] cupiditatibus, vanitatem penitus perspectam ac cognitam habeam, quo me a vanis et momentaneis eiusdem pompis, blandimentis, illecebris, lenociniis abstraham, ac veris et aeternis bonis inheream.

Colloquium salutatione angelica concludetur Ave Maria.

Secundo colloquio Dominum Iesum convenies, etiam atque etiam rogans et obsecrans, ut ab omnipotente Patre suo gratiam impetret ac facultatem assequendi illa tria que superius memorata sunt. Colloquium finies aliqua oratione Filio dedicata, nempe Anima Christi aut alia quapiam.

Tertio colloquio ipsum omnipotentem Deum Patrem convenies, per amorem Filii sui Domini nostri et divae Virginis eum obtestans, ut eadem tibi concedere dignetur. Ad postremum dices Pater noster.

Quartum exercitium

In quarto exercitio tria predicta repetentur, ita ut principalibus **80** articulis diutius ac diligentius inhereas atque inmoreris, maxime iis [64] in quibus insignem aliquam consolationem vel desolationem senseris, vel aliquid notabile expertus sis. Porro eadem exercitia identidem

12 spirituales *sic, ut videtur, pro* spiritualis

[1] Iob 7, 20.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

repetuntur hoc nomine, ut intellectus, considerandis superiorum exercitamentorum capitibus probe assuefactus, facilius citiusque eadem, quoties opus erit, citra ullam animi distractionem ac divagationem percurrat. Sub finem facienda sunt tria illa colloquia, quae in proximo exercitio tradidimus. [73*v*]

QUINTUM EXERCITIUM

81 [65] Quintum exercitium tractat de consideratione inferni et de penis damnatorum. Constat oratione preparatoria, duobus praeludiis, quinque capitibus, colloquio, quod conclusionis vicem praebet.

Oratio praeparatoria eadem erit, quae in aliis meditationibus fieri consuevit.

82 Primum praeludium continet loci compositionem, ut vi imaginandi videaris videre longitudinem, amplitudinem, latitudinem et profunditatem inferni. Amplissimus autem ac vastissimus locus sit oportet, qui tam innumerabilium corporum capax esse debeat, quae post universalem resurrectionem ac diem iudicii illuc punienda relegabuntur ; quorum numerus humanae mentis, quamvis perspicacis, aciem captumque fugit ; praesertim si quis inita ratione summam omnium qui ab orbe condito usque ad diem iudicii damnantur colligere velit ; quippe quum a primordiis mundi usque ad diluvium, deinde a diluvio usque ad id tempus quo lex in monte Syna dabatur, et exinde item usque ad Iesu Christi Domini ac Redemptoris nostri adventum, quam pauci, quaeso, salvati fuerunt, si conferuntur cum iis qui interim perierunt ; ut taceamus de christianis ipsis, qui ut omnes pauci fuerint, si cum turcis, saracenis, iudeis et aliis infidelibus per latam viam ad inferos ducentem incedentibus [1] comparentur ; ita utinam vel christiani omnes per arctam illam viam quae ducit ad caelos [2], quam pauci inveniunt, ad eternam beatitudinem contenderent. Sed verendum est, ne de christianis quoque vere dici possit, multos esse vocatos, paucos vero electos.

83 Secundum praeludium continet petitionem eius rei quam assequi cupis [74*r*]. Porro in praesentiarum nihil aliud petes quam intimum sensum paenae et afflictionis, qua damnati cruciantur, ut si te peccandi consuetudo ita veternosum ac lethargicum fecit, ut nullo Dei amore tangaris, nullam in animo tuo charitatis scintillam reliquam habeas, quae te ad bonum incitet ac inflammet, saltem paenarum et tormentorum metus animum tuum a malo absterreat, ne si peccata

58 velit] velint *ms.*

[1] Mt. 7, 13.
[2] Lc. 13, 24 ; Mt. 20, 16.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

peccatis accumulare pergas, tandem in profundum malorum pervenias. *Hinc est quod Christus saepe exhortabatur ad bonorum operum exercitium sub interminatione paenae aeternae* : « *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum abs te ; melius est tibi unum habens oculum salvari, quam habentem duos oculos mitti in gehennam ignis* » [3], *et Luc. 13* : « *Nisi paenitentiam egeritis, omnes simul peribitis* » [4].

Primum caput est, ut oculis imaginationis contempleris ingentes ac multos rogos, qui in inferno assidue sed sine luce ardent, alii maiores, alii minores, quibus damnati cruciantur, iuxta quod dives ille epulo dixit : « Crucior in flamma hac » [5]. *Considera locum tenebrosum, Matt. 22* : « *mittite eum in tenebras exteriores* » [6] ; *fumum perpetuum, Apoc. 14* : « *Fumus tormentorum eorum in saecula saeculorum ascendet* » [7] ; *fletus continuus* : « *ibi erit fletus et stridor dentium* »[8], *Luc.*; *animum turbabunt timores terribiles* [9] ; *Sap. 17* : « *personae tristes illis apparentes pavorem praestabant* » [10]. Hic considerabis miseras scelatorum hominum animas quasi igneis quibusdam corporibus vestitas, et quo animus tuus maiore timore concutiatur, sic tecum reputare poteris : si parvum incendium, quo domus una aut pars civitatis conflagrat, mirum in spectantium animis tum dolorem, tum pavorem ingenerat, quem, queso, nobis horrorem ac tremorem tot ac tam inmanes in inferno excitati rogi incutere debent, in quibus nunc innumerabilis animarum multitudo, olim etiam post iudicium, infinitus pene corporum numerus, perpetuas penas dabit. *Reputa etiam quod ignis noster relatus ad ignem illum habet se sicut ignis depictus ad verum, teste Augustino.* **84** [66]

Alterum caput est, ut auribus imaginationis haurias et accipias miserabiles illos planctus, gemitus, eiulatus, luctus et infandos clamores. *Ideo Sapientia 5, describens damnatos dicebat, quod « videntes turbabuntur timore horribili et mirabuntur in subitatione insperatae salutis, gementes prae angustia spiritus* » [11]. Preterea diras execrationes et sceleratas [74*v*] blasphemias, quas ille miserrime animae incessanter in Christum, iustissimum iudicem ac vindicem, *Apoc. 16, « blasphemaverunt Deum propter plagam, quoniam magna facta est vehementer* » [12], et in sanctos ac divos omnes, ceu divinae sententiae approbatores **85** [67]

[3] Mt. 18, 9.
[4] Lc. 13, 5.
[5] Lc. 16, 24.
[6] Mt. 24, 13.
[7] Apoc. 14, 11.
[8] Lc. 13, 28.
[9] Sap. 5, 2.
[10] Sap. 17, 4.
[11] Sap. 5, 23.
[12] Apoc. 16, 21.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

effundunt; quin et parentes suos damnati diris devovent, qui ipsos in lucem produxissent, qui non de utero editos et natos statim extinxissent. Postremo propinquos, cognatos, affines suos, qui ipsos non sustulissent e medio priusquam talia scelera commisissent, propter quae merito ad aeternos cruciatus damnarentur. Haec omnia intellectus vi diligentissime percurres, quo verum et magnum peccatorum odium concipias.

86 [68] Tertium caput est, ut per imaginandi facultatem veluti odoreris acerbissimum ac crassissimum et olidissimum fumum, sulphur, perpetui carceris squalorem et pedorem, reliquos item faetores et putores quos geenna exhalat, quibus similes aut pares nulla hic in terra cloaca, nullum oletum, nulla sentina, nullum cadaver emittit et expirat. *Ideo David*: « *ignis, sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum et aestus* »[13]; *Es. 34*: « *convertentur torrentes eius in picem et humus eius in sulphur, et erit terra eius in picem ardentem, nocte et die non extinguetur in sempiternum*[14]. Quod si quatridianum hominis emortui cadaver, aut certe post octo vel decem dies, si non condatur humo, sed in propatulo iacere sinatur, ita fetet, ita graviter olet, ut nemo iam accedere possit, quid de teterrimis inferni fetoribus sentiendum, ubi tot erunt purulenta, saniosa ac putida corpora? Quam horribilem ac non ferendum putorem ille inestimabilis cadaverum acerbus, post tantum temporis intervallum, emittet.

87 [69] Quartum caput est, ut amarissima quaeque, quibus infernus non caret, degustare te imagineris, quod genus sunt fletus, [75*r*] stridor dentium, tristitia, vermis conscientiae, qui animas rodere et continuae accusationis verbere flagellare non desinit, quo, ut inter omnes doctores constat, nihil vehementius pungit, torquet, cruciat, *ius absinthii et fellis per guttur*; *Hier. 9*: « *Ecce ego cibabo populum istum absinthio*[15]; *Deut. 32*: « *Uva eorum uva fellis et botri amarissimi*; *fel draconum vinum eorum, et venenum aspidum insanabile* »[16]. Mox ita tecum ratiocinari poteris: si pauci illi ac breves et leves huius vitae dolores et cruciatus multis ita horribiles ac intolerabiles videntur, ut vitam suspendio finire, aut aliud genus mortis sibi consciscere malint, quam istis tormentis excarnificari; quid, queso, de inferni ac geennae cruciamentis et suppliciis existimare possumus, quae preterquamquod infinitis partibus sunt graviora et formidolosiora, etiam finem nullum habent.

88 [70] Quintum caput est, ut vi imaginationis veluti tangas ignes atros quidem illos et obscuros, ne damnati ac miseri vel lucis solatio po-

[13] Ps. 10, 7.
[14] Is. 34, 9-10.
[15] Ier. 9, 15.
[16] Deut. 32, 32-33.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tiantur, sed tamen ardentissimos, quibus reprobi ita comburuntur, ut numquam consumantur, quod illis optabile foret, qui se non esse omnino, quam miseros esse mallent. *Apoc. 9*: « *Quaerent mortem et non invenient eam* »[17]; *ibi enim mors semper sicut finis semper incipit, de facto numquam desinit.* Imaginaveris item amplissimos ac capacissimos lebetes et cacabos pice, resina aut plumbo eliquato plenos, in quos miseri ac damnati ministerio demonum inmergantur et incoquantur, reluctantes autem et subinde exilientes inmanibus fuscinis ac tridentibus premantur et transfigantur, *atque frigus rigidissimum. Iob. 24*: *Transibunt a frigore nivium ad calorem maximum*[18].

Postremo, sic tecum reputa: si in hac vita nemo est qui unum **89** digitulum suum vel una hora in exiguo igne torreri sustineat, quid accidit miseris illis, qui in geennam [75*v*] ignis detruduntur, ubi ut ignis natura non solum calidissima et fervidissima, sed etiam sempiterna est, nec extingui potest, ita non unus digitus sed totum corpus una cum infelicissima anima in ipso ingentissimi rogi fundo in secula seculorum torrebitur. *In summa, animo complecteris omnia genera cruciatuum quae reservata sunt damnatis*; *ibi enim erit fletus et stridor dentium, gemitus, eiulatus, ululatus, luctus et cruciatus* [?], *stridor et clamor, timor et tremor, dolor et* [—], *ardor et faetor, obscuritas et anxietas, acerbitas et asperitas, calamitas et egestas, angustia et tristitia, oblivio et confusio, tortores et punitiones, amaritudines et terrores, fames et sitis, focus et camini, sulphur et ignis ardebunt in secula seculorum*[19].

In quolibet horum capitum vis imaginationis abunde tibi suppeditabit quae te ad expetitum et optatum huius exercitamenti finem perducant.

Colloquio finali Christum Dominum convenies, memoria repetens **90** miseras animas quae in inferno teneantur; quarum aliae idcirco in [71] infaustum et horrendum illum locum detrusae sunt, quia Dominum Iesum venturum non crediderunt, aliae quia Dominum iam in carne venisse sibi persuadere noluerunt, aliae denique que, licet adventum Domini persuasissimum habuisse[nt], tamen eiusdem praecepta ac sacrosanctam legem factis implere noluerunt. Harum triplex status est: primus earum que Christi adventum antecesserunt; secundus earum quae eodem tempore hic vixerunt quum Dominus Iesus in terris peregrinaretur; tertius earum quae post Salvatoris nostri ascensionem ad Patrem, cum corporibus suis vitam degerunt. Postremo gratias ei agam, qui me nec in statu infidelitatis, nec in ullo prae-

80 habuisse *ms.*

[17] Apoc. 9, 6.
[18] Iob 24, 19.
[19] Cf. Apoc. 14, 11.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

dictorum statuum genere vitam finire permiserit ; imo qui me sua omnipotenti manu sustinuerit et maxima erga me misericordia et paterna plane pietate usus sit. Colloquium oratione dominica concludes, dicens Pater noster.

91 [72] Hic illud annotare opere pretium duximus : primum exercitium [76*r*] intempesta seu media nocte commodissime fieri posse, *cum Davide* : « *Media nocte surgebam ad confitendum tibi* »[20] ; « *et nox illuminatio mea in diliciis meis* »[21] ; alterum mane, cum primum e lecto surgis : « *In matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus* »[22] ; « *qui mane vigilant ad me invenient me* »[23] ; tertium sub missam, vel omnino ante prandium, *hora tertia et orantibus apostolis venit Spiritus Sanctus* ; quartum eo tempore quo in Ecclesia pensum vespertinum absolvitur, *ideo David* : « *Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum* »[24] ; *Ps. 54* : « *Vespere et mane et meridie narrabo et annuntiabo, et exaudiet vocem meam* »[25] ; quintum paulo ante caenam. Haec temporis divisio etiam in quattuor hebdomadis sequentibus observanda est. Poterit autem aliquid addi vel detrahi vel mutari pro aetate, ingenio, temperamento eius qui in exercitamentorum stadium descendit. *His quinque exercitiis, si addas binam examinationem, quae quotidie post prandium et post caenam accurate fieri debet, conficies numerum septenarium, de quo dicebat David* : « *Septies in die laudem dixi tibi* »[26].

Decem additamenta

92 [73] Non abs re fuerit quaedam hic additamenta adscribere, quorum ope et exercitia ipsa melius fieri, et spiritualia dona, quae in exercitiis expetuntur, commodius ac facilius obtineri possint.

Primum igitur additamentum est, ut simul atque te cubitum receperis, priusquam somnus te opprimat, paulisper cogites tibi sub mediam noctem surgendum esse, et hanc aut illam meditationem faciendam, quam summatim mente pertractabis et percurres. Hoc pacto fiet ut, et surgenti facilius occurrant quae meditanda sunt, et libentius ac studiosius surgatur ; quippe quum ea nos maxime excitare consueverint, quorum simulachra, species et imagines altius accuratiusque animo impressimus, id quod tum de virtutibus, tum de vitiis sentiendum est. *Ideo Dominus praecepit, Deut. 6* : « *Eruntque*

[20] Ps. 118, 62.
[21] Ps. 138, 11.
[22] Ps. 62, 78.
[23] Prov. 8, 17.
[24] Ps. 140, 2.
[25] Ps. 54, 18.
[26] Ps. 118, 164.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

verba haec, quae ego praecipio tibi hodie, in corde tuo, [...] *et meditaberis sedens in domo tua, et ambulans in itinere, dormiens atque consurgens, et ligabis ea quasi signum in manu tua* »[1]. *Hinc Cassianus, Collatione 9 ait : Quidquid ante horam orationis anima nostra concepit, necesse est ut orantibus nobis per instigationem recordationis occurrat. Quam ob rem, quales orantes volumus inveniri, tales ante orationis tempus praeparari debemus*[2].

Secundum, cum primum e somno excitatus fueris nocte intem- **93**
pesta, fac surgas, et cave ne ineptiis et a tuo proposito alienis cogi- [74]
tationibus animum applices, aut locum ullum des. *Sic dices cum Davide : « Declinate a me maligni, scrutabor mandata Dei mei »*[3]. Solet enim Satanas, ille omnium malorum artifex et callidissimus impostor, alias atque alias cogitationes et imaginationes, interdum palam malas interdum [76*v*] bonas aut saltem boni speciem habentes, menti obiicere, quo nos maiore fructu privet. Itaque dum te vestis, considerabis quid nunc meditaturus sis ; *ideo in quibusdam religionibus praecipitur ut dicatur officium Virginis inter vestiendum*[4] ; *et beatus Dominicus dicebat medicinam contra phantasmata mala cum surgis esse solicitam orationem* ; modis omnibus agens ac curans, ut te tuorum scelerum tam gravium ac pudendorum quam maxime pudeat ac pigeat.

Quod ut melius assequaris, exempla rei propositae congruentia in medium adducere poteris, verbi gratia, considerabis virum aliquem nobilem, plurimis ac maximis beneficiis a rege suo affectum, et in magno pretio ac honore habitum, postea coram eodem rege et omnibus regni proceribus accusari et convinci laesae maiestatis, convinctum stare, pudefactum et confusum, qui principis sui de se quam optime meriti caput ac salutem toties prodere voluisset. Mox considerabis te eodem modo in conspectu Dei ac universae caelestis curiae stare reum, qui quum innumerabilia dona ac beneficia a divina liberalitate receperis, tamen non sis veritus illum toties ac tam execrandis

[1] Deut. 6, 6-7.

[2] « Quidquid enim ante orationis horam anima nostra conceperit, necesse est ut orantibus nobis per ingestionem recordationis occurrat. Quamobrem quales orantes volumus inveniri, tales nos ante orationis tempus praeparare dedemus ». Cassiani *Collationes*, Collatio IX. Collatio abbatis Isaac prima. De oratione. Ed. *Jean Cassien, Conférences VIII-XVII*, par E. PICHERY, in *Sources chrétiennes*, n° 54, Paris 1958, p. 42. PL 49, 773c.

[3] Ps. 118, 15.

[4] Antiqui Ordines religiosi saepe Officium Beatae Mariae Virginis in choro recitandum praescribebant. Sic, ut duo demus exempla, Constitutiones Ordinis Praemonstratensium. HOLSTENIUS, *Codex regularum monasticarum*, vol. V, p. 195. In Capitulo generali, a. 1518 habito praescriptum est ut si dictum officium quis recitare non valuisset in choro, illud privatim persolveret. Ibid. Praescribunt etiam dictum officium in choro Camaldulenses. Ibid. vol. II, 215.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

flagitiis offendere. Itidem in secundo exercitio, quod matutino tempore faciendum est, existimabis te ipsum vinctum et e carcere productum, *vere enim peccata vinciunt, et peccans quasi funibus peccatorum constringitur* ; stare ante tribunal aeterni et incorruptissimi iudicis, et cum magna trepidatione et animi anxietate expectare quam ille in causa tua sententiam pronuntiaturus sit ; perinde ac si facinorosus quispiam, qui multa capitalia flagitia perpetravisset, coram aliquo homine iudice integerrimo convictus ac capite damnatus staret, pallidus, tremulus ac semimortuus metu, qui carnificem agit antequam ad patibulum accedatur. Si tua merita solum spectas, quum tua te conscientia iam reum peregerit, quid aliud expectare poteris, nisi ut iustus iudex ad aeternam mortem te condemnet [77*r*].

His atque id genus aliis cogitationibus mentem tuam occupabis, interea dum vestiris. Ita fiet ut animus ad contemplandum melius componatur et aptior evadat, propter causam in primo additamento explicatam.

Hae duae appendices seu additiones illis solum exercitiis inserviunt, quae sub mediam noctem aut in aurora fiunt.

94 [75] Tertium additamentum monet, ut ad unum aut alterum passum remotus a loco in quo meditaturus es, aliquamdiu stes: mente pariter et oculis in celum erectis, *non aliter ac ille publicanus, qui stans orabat, non audens levare oculos in caelum* [5], considerans quemadmodum Deo optimo maximo spectatore et arbitro, spectantibus etiam universis celestis curiae ordinibus, in hanc meditationis arenam descendas. Mox flexis genibus in signum reverentiae et humiliationis, ingrediaris spirituale stadium, in quo sic curras, ut caeleste brabium [6] accipias. Hoc praecipitur, ut animus in Deum commodius erigatur, et aptior fiat recipiendo dono spirituali quod in meditatione quaeritur.

95 [76] Quartum, in meditatione ac contemplatione, gestus, habitus et situs corporis varius est : nam interdum meditaberis seu contemplaberis genibus flexis *cum Daniele, c. VI, qui tribus diei temporibus genibus flexis orabat* [7], interdum prostratus humi pronus, *ut Christus, qui tempore passionis, procidens in faciem suam oravit* [8], *et Magdalena prostrata ad pedes Iesu* [9] ; interdum supinus, vultu in caelum erecto ; interdum sedens : *Maria autem domi sedebat, vacans orationi et contemplationi, Ioa. 11* [10] ; *et discipulis qui debebant recipere Spiritum Sanc-*

71 meditaturus es] meditaturus est *ms.* ‖ 77 bravium *corr. ex* bravaeum

[5] Lc. 18, 13.
[6] 1 Cor. 9, 24.
[7] Dan. 6, 10, cf. 13.
[8] Mt. 26, 39.
[9] Io. 11, 34.
[10] Io. 11, 20.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tum dixit Dominus : « *Sedete hic in civitate, donec induamini virtute ex alto* »[11] ; interdum stans, *sicut, Luc. 18, publicanus et pharisaeus orabant stantes*[12], prout tibi videberis facilius et efficacius consequuturus fructum, quem ex meditatione queris et expetis. Semper enim tam meditatio quam contemplatio fit ad assequendum aliquem fructum spiritualem, utpote dolorem, erubescentiam, gaudium in Spiritu Sancto, amorem Dei, contemptum mundi, odium et detestationem peccatorum, timorem aut eiusmodi. Unde si provolutus in genua non adipisceris [77*v*] quod cupis, experire quid sessio possit ; si sessio nihil efficit, fac periculum de statione ; si stando nihil profeceris, humi te prosternito ; denique nullum modum intentatum relinques, donec invenias quod desideras.

Hic duo observabis : primum est, si fructum quem meditando quaeris, in uno gestu ac situ corporis assequeris, non confugies ad alios componendi seu collocandi corporis modos, ut si sessio tibi suppeditat quod expetis, perge sedere, nec stationis vel genuflexionis opem implores ; alterum est, ut in ea meditationis sive contemplationis parte in qua optatum fructum consequeris, permaneas ac quiescas, non progrediens ulterius, donec in ea consideratione ad plenum tibi satisfeceris ; non eo tamen animo ut illa consolatione, quam sentis, te saties. Quid enim hoc aliud esset quam amor tui et spiritualis quedam gula ; sed ut hac ratione vel *in abnegatione tui ipsius, vel* in amore Dei, vel in fide et aliis virtutibus magis proficias, meliusque ac perfectius Deo servire hinc discas. Poteris tamen, si libet, ulterius progredi, quo experiaris quid in aliis deinceps partibus tibi eventurum sit. Itaque liberum et integrum unicuique erit, vel progredi vel pausare ac quiescere in eo articulo, ubi cupito fructu potitur. Ceterum, quod in hoc additamento praecipitur nunquam in publico sed domi, in secreto faciendum est.

Quintum, absoluta meditatione cave ne te statim vel ad precandum vel ad legendum conferas, priusquam saltem quartam horae **96** [77] partem ruminationi eorundem que inter meditandum veluti devorasti impertias, quo melius ac facilius in ani-[78*r*]mae tuae pabulum alimentumque transmutentur. Id quod vel sedens vel deambulans facere poteris. Semper autem observabis qualiter in proxima contemplatione te gesseris. Si te deprehendis bene ac feliciter peregisse exercitium, agnosce Dei in te beneficium et reverenter gratias age, et cura ut in aliis deinceps meditationibus ad eundem modum te geras. Sin vero parum feliciter res successit, nec tibi in contemplando satisfecisti, quaerenda causa est, qua inventa dolebis cum animo et bona

[11] Lc. 24, 49.
[12] Lc. 18, 11.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

spe te eam deinceps vitandi ac melius et accuratius faciendi reliqua exercitia.

Sane nonnunquam usuvenire solet, ut variae cogitationes imaginationesque animum contemplantis perturbent ac distrahant, ita ut meditationis fructus intercipiatur; quas aliquando intellectus ipse suapte natura sibi effingit, aliquando callidissimus demon ingerit, ut perturbatus et consternatus animum despondeas et ab exquirendo optato fructu desistas. Quamobrem, si in his exercitiis longe utilissimis proficere cupis, non est committendum ut istiusmodi cogitationibus aditum ullum patere sinas; quin potius, simul atque in animo exoriri caeperint, e vestigio illas praefoces et veluti parvulos Babylonis ad petram [13] nempe ad Christum allidas, ac mentis aciem in id quod meditandum tibi proponitur fortius defigas.

97 [78] Sextum est, ut visum cohibeas oculosque humi pro maiore parte defixos habeas nisi quum aliquem primum advenientem aut [78*v*] occurrentem salutas, vel ad postremum discedentem valere iubes. Nam quanto quis in se ipso collectior est, minusque sinit animae facultates foras evagari, tantum est ad quidvis meditandum, sive speculativum sive practicum, accommodatior. Id quod liquido constat iis qui a nativitate caeci sunt, qui fere plerumque aptiores sunt ad discendas illas artes et scientias quae videndi facultatem non requirunt. Preterea hoc ipsum auget devotionem, pietatis studium et humilitatem, quae maxime expedit in anima tum inesse, quum exercitia fiunt, quo facilius optatum fructum consequi possis. *Dic ergo cum Davide*: « *Domine, averte oculos meos, ne videant vanitatem* » [14]; *cuius aversionis fructum suscipiet anima tua mirificum.*

98 [79] Septimum additamentum praecipit ne quid loquaris, audias, facias quod risum provocet toto illo tempore quod exercitiis impenditur. Hoc quam sit rationi consonum facile perspiciet, qui totum istud tempus penitentiae ac agnitioni divinorum in nos collatorum beneficiorum dedicatum esse perpendet, ad quam rem prestandam attentione, devotione, mente a terrenis elevata opus est. *Quamdiu enim cor nostrum exterius delectatur, interius tepescit a consolatione Dei, et quamdiu filii Israël habuerunt panes Aegypti, non dedit illis manna Deus.*

99 [80] Octavum est, ut cogites, loquaris, legas ea potissimum que meditationis argumento sunt quam simillima. Nempe, si res quae meditanda proponitur laeta est, non alia cogitabis, loqueris, leges quam que sanctam laetitiam in Domino et spirituale gaudium excitare possint. Sin maestum ac triste est meditationis argumentum, cogitabis,

---

[13] Ps. 36, 9.
[14] Ps. 118, 37.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

dices, leges ea que dolorem, maestitiam, lachrimas moveant. Cuius rei causa in secundo [79*r*] primi exercitii preludio assignata est, nimirum ei qui ex meditatione dolorem ac lachrimas quaerat, non esse cogitanda, dicenda, legenda que gaudium et letitiam provocent ; contra, illi qui leticiam expetat, non esse cogitanda, dicenda, audienda, legenda tristia et lugubria, que dolorem ac lachrimas elicere consueverunt. Hinc poteris colligere eas demum cogitationes ac lectiones prime hebdomadis exercitiis appositissimas esse et congruentissimas, que de miseriis humane conditionis, de morte, de die iuditii, de purgatorii et inferni penis tractant. Nam hec omnia meditata, hominem lachrimis perfundere, dolore confodere, pudore confundere, timore concutere solent, qui meditationum superius memoratarum proprii effectus sunt.

Nonum admonet, ne in prima hebdomade, dum dolor queritur **100** et pudor, letitiam et gaudium intra cogitationum tuarum ambitus et [81] animi penetralia admittas, quin potius excludas. Et quo id facilius assequaris opere precium erit clausis cubiculi tui fenestris ac ianuis (nisi quum prandetur aut aliquid necessarium legitur), luce ac claritate omni te privare et in obscuro manere. Non temere hoc precipitur. Etenim quemadmodum quum laeticia et gaudium expetitur, commodissimum ac consultissimum est res laetas et iucundas historias memoria repetere, cogitare, legere, per loca amaena et oculis blandientia ambulare, lucis [79*v*], qua nihil homini gratius, beneficio frui, ita ad parandum dolorem, fletum, pudorem, timorem, nihil est utilius quam remotis, tum a corpore tum ab animo, hilaritatis invitamentis et lenociniis, res flebiles solum et calamitosas ac tristes considerare, et in obscuro atroque loco te includere, cuius obscuritas protinus tristitiam quandam et horrorem tibi incutiat. Nam pro natura rerum, que animo obiiciuntur, animus vel laetitia vel tristitia afficitur, uti iam diximus.

Decimum additamentum agit de paenitentia, que duplex est, **101** nempe interna et externa. Interna est dolor animi ex peccatis con- [82] ceptus, cum certa ac firma deliberatione et proposito deinceps abstinendi ab eorundem et aliorum perpetratione. Externa est commissorum scelerum punitio ac vindicta, quam interioris fructum recte dixeris, iuxta illud quod Lucae tertio Ioannes baptista dixit. « Facite fructus dignos paenitentia ». Haec exterior in tribus potissimum observatur : in victus ratione, in somni et quietis modo ac lecti genere, et in disciplina afflictioneque carnis.

Quod ad primum, videlicet victus rationem attinet, si quis sibi **102** superflua solum subtrahat, non tam penitentia quam temperantia est. [83]

---

73 tristia] tristitia *ms.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Caeterum, quum cibo qui temperanti homini sufficit, aliquid detrahitur, tum demum paenitentia dici poterit ; quae tanto praestantior est, quanto magis genius defraudatur, modo ne corpori ex inedia periculum aut morbus accersatur [80*r*].

103 [84] Itidem in modo dormiendi et in aliis quae ad cubile pertinent, non quum delicatarum et mollium rerum superfluitas tantum tollitur, sed quum iis etiam quibus sobrii et moderati homines utuntur, aliquid detrahitur, penitentia existimanda est ; quae hoc erit exactior, quo plura subtrahantur, modo id citra morbum aut aliud corporis incommodum fiat. Porro somno mediocri et convenienti nihil detrahi debet ; si forte quispiam, ex vitioso habitu, nimis somnolentus evasit, ei etiam atque etiam curandum est, ut ad modum ac medietatem se redigat.

104 [85] [86] Denique in tertia specie, que est afflictio et maceratio carnis, sensibilis dolor corpori infertur, id quod variis modis fieri potest. Alii cilicio carnem atterunt, alii ferreis circulis, alii funibus medium corpus cingunt, alii se flagellis cedunt, alii aliis rebus asperis se macerant. Consultissimum facere videntur, qui tenuibus funiculis lorisve nudam carnem cedunt, que ita inferunt dolorem, ut ad ossa non penetrent, nec carnem nimis atrociter lacerent, nedum morbum aut periculum arcessant.

105 [87] *De usu externae paenitentiae.* Externa haec paenitentia tribus potissimum de causis adhibetur. Primum ad satisfactionem scelerum a nobis commissorum. *Iohel 2°* : « *Convertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio et fletu et planctu. Quis scit si convertatur et ignoscat Deus* »[15]. Deinde ad parandam insignem de nobismetipsis victoriam, videlicet, ut inferiores animae facultates superioribus obtemperent, ut caro spiritui, sensus et appetitus rationi, ratio Deo morem gerat in omnibus et obsecundet. *Ideo Paulus castigat corpus suum et in servitutem redigit, ne cum aliis evangelizet, reprobetur ipse*[16]. [80*v*] Postremo hoc genus penitentiae adhibetur ad adquirendum aliquod donum spirituale, quod expetimus, verbi gratia, contritionem vehementem et lachrimas pro flagitiis quae perpetravimus, aut amarum fletum, luctum ac planctum, quum cruciatus, penas, tormenta, vulnera Domini nostri Iesu Christi, quae nostra causa toleravit, contemplamur, et illi condolere, collacrimari ac compati cupimus. Confert etiam ad impetrandam a Deo solutionem et enodationem alicuius dubii in quo quispiam ita haesitat et perplexo animo est, ut nisi ope divina se inde extricare nequeat ; si tamen illud scire homini expediat, et Christi gloria sic

15 homines] hominis ms. || 19 debet] debent *ms.* || 30 De usu — paenitentiae *marg.*

[15] Ioël, 2, 12.
[16] 1 Cor. 9, 27.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

magis illustranda sit. *Hinc est quod Danieli, post ieiunium trium hebdomadarum, commeruit habere visionem de praeciso tempore adventus Christi*[17]. *Divus Thomas Aquinas, post magnam afflictionem meruit habere ibi Petrum interpretem in quodam loco Esaiae subobscuro*[18]. *Petamus ergo et accipiemus, quaeramus et inveniemus*[19], *pulsemus corpus nostrum ieiuniis, et aperietur nobis sensus, ut intelligamus scripturas*[20].

Caeterum, quoties res non satis ex sententia succedit, hoc est, **106** quoties non assequeris id quod expetis, nempe dolorem, lachrimas, [89] consolationem, gaudium aut id genus alia, prodest subinde mutare modum agendi paenitentiam, aut per intervalla eam exercere, nimirum, ut postquam biduum aut triduum penitentiae impenderis, totidem deinde dies a sectanda penitentiarum austeritate desistas; id quod in ieiuniis, vigiliis, afflictionibus carnis, breviter in omnibus paenitentiae agendae modis ac generibus observandum est. Alioquin nonnullis expedit rigidiorem paenitentiam, nonnullis mitiorem ac leniorem subire; quin etiam, nonnumquam ab agenda penitentia supersedemus ex tenera quadam erga carnem indulgentia et ex corrupto et erroneo iudicio, dum nobis persuademus intolerabilem esse humano corpori austeritatem [81*r*] penitentiae, ut non periclitetur de salute; contra nonnumquam inordinatam ac nimis severam paenitentiam ultro nobis ipsis infligimus, nihil verentes ne corpus illam tolerare non possit. *Tamen Dominus petit sal reponi in omnibus sacrificiis*[21]. Quamobrem mutatio illa, de qua modo egimus, et intervallum penitentiae, ut ad breve tempus intermissa, denuo iteretur ac repetatur, omnium ingeniis ac temperamentis congruere videtur; ut interim taceam in huiusmodi mutationibus ac vicissitudinibus Dominum Deum et Conditorem nostrum (qui novit figmentum nostrum, et naturam nostram exploratam ac perspectam habet infinitis partibus melius quam nos), insinuare et significare animis nostris solere, quae ad salutem nostram maxime faciant.

Annotatio. Hic illud annotandum atque admonendum duximus, **107** ut quo melius exactiusque observentur et factis praestentur omnia [90] quae in superioribus appendicibus seu additamentis prescripta sunt, fiat quotidie particularis examinatio super eisdem appendicibus, ubi exiges a te ipso rationem, quam diligentem, vigilantem, perspicacem, aut contra, quam negligentem, somnolentum, caecucientem te pre-

---

[17] Dan. 10, 3.

[18] Id asseritur in fontibus vitae Sancti Thomae Aquinatis, ut a Guillelmo de Tocco in vita S. Thomae. Vide D. PRÜMMER, *Fontes vitae Sancti Thomae Aquinatis*, p. 133 (*Extraits de la Revue Thomiste*, 1913, 1914).

[19] Cf. Mt. 7, 7.

[20] Cf. Lc. 24, 25.

[21] Lev. 2, 13; Mc. 9, 48.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

bueris in iis rebus faciendis, quas additamenta praecipiunt, quibus observandis et perficiendis summa cura operaque impendenda est, *quia « maledictus qui facit opus Dei negligenter »*[22], *et tepidum evomet ex ore suo Deus*[23]; propterea quod plerumque usuvenire soleat, ut neglectis istis praeceptiunculis, quas exercitiis subiunximus, fructus quem exoptas non comparetur. Quandoquidem sicut hec examinatio adhibetur, quo additamenta accuratius observentur, ita non alio nomine additamenta tradita sunt, nisi ut exercitia ipsa rectius ac solicitius peragantur. Denique exercitia hunc [81*v*] scopum ac finem habent, ut per ea fructus aliquis spiritualis, ut dolor, contritio, pudor aut consolatio et letitia acquiratur. Ad quem fructum parandum, tanquam ad ultimum finem, exercitia, additamenta, examinatio particularis instituta sunt.

[f. 82 purum]

[f. 83*r*] *Manu sancti Ignatii*: « tria bolumina magistri Ioannis scilicet 1ª et 2ª edomada | duo habet Salmeron ». *Signum Archivi*: VIII.6. *Infra, littera* C

[f. 84*r*] *Manu sancti Ignatii, scriptum et deletum*: « 2ª sed in ultimo est transferenda ». — *Manu sancti Ignatii*: « 2ª [hebdomada] sed in ultimo sunt transferenda folia magistri Ioannis | magistri Ioannis | etiam corigenda alia folia magistri Ioannis ».

[85*r*] EXERCITAMENTA SECUNDAE HEBDOMADIS

108 [91] In primo exercitio proponitur exemplum Regis mortalis, subditos suos ad bellum vocantis, quod eo animo gerendum suscipit, ut universum paganismum expugnet. Deinde idem exemplum accommodatur ad Christum, aeternum et inmortalem Regem, qui omnes homines vocat ac cohortatur ut ipsum sequantur ac comitentur ad bellum spirituale, quo mundum cum suo principe debellare decrevit. Hoc est enim opus Christi, ut dissolvat opera diaboli [1]. Hoc exercitamentum constat oratione praeparatoria, duobus praeludiis, tribus capitibus, et comparatione duorum Regum.

Oratio preparatoria est illa consueta et usitata in aliis prime hebdomadis meditationibus.

---

[22] Ier. 48, 10 : « opus Dei *fraudulenter* ».
[23] Cf. Apoc. 3, 16.

[1] Io. 3, 8.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Primum praeludium est loci compositio, ut vi ac facultate imaginandi perlustres templum, synagogas, civitates, vicos, castella aut alia loca, in quibus Dominus Iesus tempore sue peregrinationis predicavit; que sic sunt consideranda, ut perspicias sintne ampla an angusta, longa, alta, humilia, quadrata, rotunda, munita, patentia, celebria, solitaria, montosa, campestria, mediterranea, maritima, et id genus alia.

In secundo preludio implorabis opem ac gratiam Dei, ut non solum non obsurdescas ad vocationem eius, sed etiam promptus, [85*v*] diligens, alacer evadas ad obtemperandum atque obsequendum illius sanctissime ac optime voluntati, qui nos crebre, tum per internas, tum per externas motiones vocat. Sane sepe stat Dominus ad ostium nostrum et pulsat, nos vero mentis aures obturamus in modum aspidis surdae, que non exaudiet vocem incantantis sapienter[2]. Quocirca necessarium nobis est divinam opem implorare, ut incitanti ad bonum obsequamur, pulsanti voluntatis nostre fores protinus patefaciamus, ne de nobis quoque merito dicatur: « Non audivit populus meus vocem meam »[3].

In primo capite seu articulo figurabis et tibi ob oculos propones **109** Regem quendam magnificentissimum, munificentissimum, humanissi- [92] mum, a Domino Deo electum, cui ceteri principes hominesque christiani omnes pareant, hunc suos universos convocare.

In secundo capite considerabis eundem regem hac aut simili ora- **110** tione suos alloquentem: Decrevi in animo meo, fratres optimi, cunctas [93] barbaras et infideles nationes, quae Domini nostri Iesu Christi fidem non amplectuntur, expugnare. Qua de causa vos in unum congregandos duxi, ut ex omnibus et egregius et numerosus exercitus cogatur. Porro neminem cogo huic militiae nomen dare, neminem ad sacramentum compello, copias nostras ex iis dumtaxat collectas ac suppletas volumus, qui sese ultro ac libenter offerent. [86*r*] Ceterum qui me sequuntur, omnia mecum communia sibi habere, tam adversa quam prospera non gravabuntur, eodem victus ac vestitus genere, quo ego utor, et ipsi utentur, interdiu una mecum labores ac pericula subire, noctu vigilias et excubias mecum agere non dedignabuntur, me ducem suum quocumque ire libebit, prospera, ardua dura, sequentur. Ad hoc certamen, ut neminem cogo, ita maximis premiis ac brabaeis invito. Nam sancte polliceor, quicumque labores et discrimina mecum adire non recusaverint, eosdem mecum victoriae partae, spoliorum regnique mei et gloriae participes futuros, meque eos deinceps in aula mea, non famulos sed amicos, atque adeo regni consortes habiturum, ita ut potiores sint in potiundo, qui priores

[2] Ps. 57, 5.
[3] Ps. 80, 12.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

fuerunt in patiendo. Quos vero ignavia et discriminis magnitudo deterrebit ne me sequantur, ii ab aula mea procul excludentur ; nec enim aequum est, ut victoriae hilaritate fruatur, qui certaminis ac pugnae molestiam perferre noluerit.

111 [94] Tertium caput agit de consideratione responsi, quod tam magnifico ac liberali regi, tam aequa postulanti, tam rara praemia proponenti, fideles et grati cives ac subditi reddere debent. In illa numerosissima hominum multitudine quam multi essent, qui se ad illam militiam expeditionemque alacriter inge[re]rentur. An non quo quis ge-[86*v*]nerosiori animo ac spiritu praeditus est, hoc maiori laudi ac gloriae sibi futurum arbitraretur, si tam praeclaro ac benigno regi quam simillimum ac proximum se faceret, et ad id assequendum nullis nec laboribus nec sumptibus parcerit [*sic*]. Quod si qui essent adeo vecordes et ignavi, ut talem imperatorem sequi recusarent, utque aequissimam tanti principis postulationem et iustissimas conditiones ab eo oblatas non probarent, quanto illi vituperio, quanta infamia notandi viderentur, quantum a veri ac fidelis civis aut subditi ingenio degeneravisse merito existimarentur.

112 [95] Collatio, que secunda huius exercitii pars est, sic facienda est, ut mortalis ac temporarii regis exemplum inmortali ac aeterno regi gloriae Domino Iesu Christo accommodes. Quod quidem ad treis illos articulos attinet.

In primo igitur articulo sic tecum cogitabis : si mortalis ac terreni regis vocatio tanti aestimanda censetur, ut hominem vocantem non sequi dedecus ac nefas videatur, quanti, quaeso, aestimanda est Domini Iesu omnipotentis et eterni regis ac sacerdotis vocatio, cuius regni non erit finis, cui data est omnis potestas in celo et in terra [4], cuius pedibus Deus omnia subiecit, sive principatus, sive potestates, sive dominationes, [87*r*] sive virtutes, sive thronos [5], qui constitutus est ab eo rex super Sion montem sanctum eius [6], electus a Deo tanquam Aaron [7], sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech [8], qui tanta est liberalitate ac benignitate, ut semetipsum dederit pro nobis. Huic ergo ad spiritualem militiam vocanti, huic maximis et inauditis premiis ad ipsum comitandum invitanti non parere, quantum dedecus, scelus, nefas est.

Hic contemplaberis universum genus humanum coram Christo rege congregatum stare, Christum universos et singulos huiusmodi oratione compellare : « Nunc iuditium est mundi ; nunc princeps

[4] Mt. 28, 18.
[5] Cf. 1 Petr. 3, 22.
[6] Ps. 2, 6.
[7] Hebr. 5, 4.
[8] Hebr. 5, 6.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

huius mundi eiicietur foras »[9], e regno suo expelletur, quod hactenus ut fortis armatus possedit in pace. At nunc restat, ut fortior illo superveniens victo, arma in quibus confidebat auferat, spolia detracta distribuat. Ego sum ille qui confringo potentias arcu[u]m, scutum, gladium et bellum[10]. Ego sum ille qui arcum contero, et confringo arma, et scuta combuio igni[11]. Ego sum qui comminuo capita draconum in aquis[12]. Non veni pacem mittere in teiram, sed gladium et bellum[13]. Veni etenim ad debellandum totum mundum et mundi dominos rectores tenebrarum huius seculi et omneis adversarios meos, quos Pater ponet scabellum pedum meorum[14], quibus expugnatis ac subiugatis et in carcerem coniectis, me oportet intrare in gloriam meam[15]. [87*v*]

Quamobrem qui me sequi volet, abneget semetipsum, et tollat crucem suam et me ducem sequatur[16]. Non est servus maior domino suo[17], nec miles imperatore suo prestantior. Ubi ego sum, illic et minister meus erit[18], tam in adversis ac tristibus quam in laetis et prosperis. Sufficit discipulo si sit sicut magister eius[19]. Abunde bene agitur cum servo, si sit ut dominus eius. Non queretur miles de conditione ac sorte sua, quam cum imperatore suo communem habet. Si quis me ducem sequi vult, inediam, labores, vigilias perferre, discrimina mecum subire non recusabit. Sub capite spinis compuncto ac vulnerato, membrum delicatum et effoeminatum esse non decet[20]. Durum militie genus videri potest ad quod vos cohortor, saevi et robusti hostes adversus quos bellum suscipimus. Vos tamen bono animo stote, spem opemque vestram omnem in me coniicite ac collocate. In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum[21]; nec vos labor deterreat aut periculum; potius vos animent praemia, que captum humanum fugiunt, qualia nec oculus vidit, nec auris audivit, nec cor concipere novit[22]. Citra certamen non paratur

5 ducem *sup. lin.*

[9] Io, 12, 31.
[10] Ps. 75, 4.
[11] Ps. 45, 10.
[12] Ps. 73, 13.
[13] Mt. 10, 34.
[14] Ps. 109; Mt. 22, 44; Hebr. 1, 13.
[15] Lc. 24, 26.
[16] Mt. 16, 24.
[17] Io. 13, 16; 15, 20.
[18] Io. 12, 26.
[19] Mt. 10, 24.
[20] S. Bernardus: « Pudeat sub spinato capite membrum fieri delicatum ». In festo Omnium Sanctorum, sermo V, 9: PL, 183, 480.
[21] Io. 16, 33.
[22] 1 Cor. 2, 9.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

victoria, nec coronatur nisi quis legitime certaverit [23]. Qui se nunc mihi laborum ac molestiarum socium adiungit, illum ego post victoriam praemiorum, gloriae regni mei consortem faciam. Nam qui mecum compatitur, etiam mecum corregnabit et conglorificabitur [24]. Si quis vicerit, dabo ei sedere in throno meo, sicut ego vici et sedi in throno Patris mei [25] [88*r*].

113 [96] Iam, quod ad secundum caput articulumve attinet, expendere tecum poteris quam sit credibile neminem, qui iuditii ac rationis capax sit, adeo tardo ac crasso ingenio esse, ut postulationem Domini, et conditiones ab eodem oblatas aequissimas esse non perspiciat, et fateatur neminem tam ignavum ac vecordem esse, qui non alacri animo sese totum tam benigno principi offerat, nullum laborem, quamvis durum et gravem recusaturus, nullam inediam, nullas vigilias fugiturus, quominus tam magnificae vocationi obsequatur ; presertim si consideret quam multi fuerint, qui ob inanem gloriam aut principis gratiam aut honores mundi, aut fluxas opes et divitias, maximis sese laboribus et certissimis periculis atque adeo morti obiecerunt. Et nos ut solidam illam et eternam gloriam, ut felicissimam illam inmortalitatem, ut inenarrabilem beatitudinem, ut Deum ipsum summum bonum ac verae beatitudinis fontem assequamur, ut bonis illis, quae nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascenderunt [26], fruamur, pauculos hosce et breves labores, quos a nobis Dominus noster exigit, certamen quod non diu duraturum proponit, refugiemus, detrectabimus ? Itane animos nostros parva et brevicula certaminis molestia magis quam sempiterni et inmortalis brabaei dulcedo movebit ? An non indignum et pudendum est, alios alacriores ad mortem [88*v*] quam nos ad vitam currere, maxime quum illi quidem currant ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem ut incorruptam ? [27] Indignum profecto est, ut in sua generatione et in sui agonis genere, filii huius tenebrosi seculi prudentius se gerant quam in hoc stadio certant filii lucis [28], in quorum cordibus Deus ipse illuxit ad illuminationem cognitionis glorie Domini in facie Iesu Christi [29].

114 [97] Postremo ut [ad] tertii articuli contemplationem ac comparationem veniamus, cui dubium esse potest, quin illi qui aeterno suo Regi et inmortali universorum Domino studiosius et excellentius inservire

21 victoria] victoriam *ms*.

[23] 2 Tim. 2, 5.
[24] 2 Tim. 2, 12.
[25] Cf. Eph. 2, 6 ; Apoc. 2, 21.
[26] 1 Cor. 2, 9.
[27] 1 Cor. 9, 25.
[28] Lc. 16, 8.
[29] 2 Cor. 4, 6.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

cupiunt, non solum labores ac molestias et vigilias, quibus et gratiam a rege suo inire et magnam sibi laudem et gloriam parere possint, non recusabunt; verum etiam cum proprio sensu et affectionibus et carne ac mundo pugnantes, maxima queque et preciosissima ac clarissima, denique se ipsos totos imperatori suo offerent ac dicabunt, ad hunc modum dicentes:

Omnipotens aeterne glorie Rex, universorum conditor et moderator, nostra omnia et nos ipsos tue maiestati offerimus, eo animo ut si omnia iam tua non essent, nec tuae liberalitati accepta ferremus, nichilominus libenter ac nostrapte sponte ea tibi elargiremus; imo nihil ardentius cupimus, quam te in probrorum et iniuriarum tolerantia, et in spirituali pariter ac corporali, interna simul et externa paupertate imitari, modo id in maiorem nominis tui laudem ac gloriam cessurum sit, id quod tua gratia iuvante sincere prestare [89*r*] prorsus decrevimus, si tua divina maiestas nos huc vocaverit et in hanc nos sortem elegerit. **115** [98]

Nam tua sapientia optime pervidet quod genus vitae, quis status nobis maxime conveniat, in quo tibi servire animarum nostrarum intersit. Et quum nullus pater tam tenere liberos amet, quam tu omneis homines, precipue illos quos predestinasti ut adoptares in filios per Iesum Christum, diligis; dubitare non possumus quin, sicut sapientissimus in perspiciendis iis quae nobis maxime prosunt, errare ac falli non potes, ita amantissimus ad illud institutum, quod sectari nostra summe refert, nos vocaturus et impulsurus sis. Proinde, etsi in perfectissimo vivendi genere tibi inservire et placere exoptamus, tamen tue voluntati ac iuditio nostram voluntatem submittimus, tuo instinctui et impulsui obtemperaturi, et id demum secuturi, ad quod tua providentissima bonitas ac sapientia nos vocaverit. Ita enim nobis videtur eos, qui non consulto Dei spiritu, qui non expectata Dei vocatione, sui sensus ductum, suum iuditium secuti, perfectiores status in Ecclesia, non tam ob honorem Dei, quam ob vanas quasdam et mundanas rationes aggrediuntur et occupant, fures esse et latrones, ut qui non intrent per ostium [30], hoc est, per Christum Dominum, quem prius consultum oportuit, quam se in talem statum ingessissent. [89*v*]

Hoc exercitamentum bis in die faciendum est, videlicet, in aurora, quum primum surrexeris, et ante prandium vel ante cenam, pro tuo arbitrio. **116** [99]

In secunda hebdomada et aliis deinceps consequentibus, utilissimum erit pios aliquot et devotos libellos legere, qualis est vel in **117** [100]

60 offerent] offerrent *ms.*, *Cf. P1* n. 96 || 78 potes] potest *ms.*

[30] Io. 10, 1.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

primis ille libellus « De imitatione Christi », cuius author est Thomas Kempe, tametsi Ioanni Gerson tribuatur ; item libellus « De contemptu mundi » Inocentii [31] ; praeterea « Vita Christi », aut ipsa evangelica historia ; postremo « Vite patrum » [32]. Horum librorum lectio ad tria maxime conducit :

118 Primum, animos desides ac torpenteis excita[n]t, et ad res divinas contemplandas aptos ac idoneos efficiunt. Quocirca Paulus discipulo suo scribens, « Dum venero, inquit, attende lectioni » [33], et rursum : « Omnis scriptura, divinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus » [34].

119 Secundo, confert ad assequendum et inveniendum id quod per contemplationem queritur, puta lachrimas, dolorem de peccatis commissis, aut e contrario laetitiam spiritualem aut amorem Dei, que non solum ex multa lectione, sed unius nonnumquam verbuli occasione feliciter acquiruntur. Nam « spiritus ubi vult spirat » [35] ; qui quum se a nobis diligenter quaeri inter legendum viderit, ingentia nobis, que illius est liberalitas, benefitia elargitur ; quin et Christus ipse nos ad scripturae lectionem invitat, « Scrutamini, [90*r*] inquiens, scripturas, quia illae sunt que testimonium perhibent de me » [36].

120 Tertio, hoc genus lectio, et ad tristitiam ex animo profligandam, et ad consolationem ac hilaritatem spiritualem procreandam, non mediocriter facit. Hinc Paulus dixit : « Quecumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per pacientiam et consolationem scripturarum spem habeamus » [37] ; et in libris Machabaeorum scribitur iudeos solatio habuisse libros sanctos [38].

---

99 evangelica] evangelia *ms.* || 3-5 et rursum — arguendum, *marg. manu librarii* | 6 instructus] instructurus *ms.*

---

[31] Opus ab Innocentio III (1198-1216) compositum, cuius verus titulus dicendus est : *De miseria humanae conditionis*. Ed. PL, 217, 702-746. Vid. HURTER, *Nomenclator*, IV, 190 ; M. MACCARRONE, *Innocenzo III prima del pontificato*, in *Archivio della Deputatione romana di storia patria*, 66 (1943) 59-134 ; vide pp. 93-110.

[32] *Vitae patrum sive historiae eremiticae libri decem*, ed. PL vol. 73, 74.

[33] 1 Tim. 4, 13.

[34] 2 Tim. 3, 16.

[35] Io. 3, 8.

[36] Io. 5, 39.

[37] Rom. 15, 4.

[38] 1 Mac. 12, 9.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

CONTEMPLATIO INCARNATIONIS DOMINICAE

Primo secunde hebdomadis die fiet contemplatio super incarna- **121**
tione dominica. Que contemplatio constat oratione praeparatoria, [101]
tribus praeludiis, tribus articulis et colloquio.

Oratio praeparatoria non variatur.

In primo praeludio consideranda est rei contemplande historia. **122**
Hic considerare poteris treis illas divinas personas e celo totum or- [102]
bem, veluti planiciem quamdam hominibus refertam, spectanteis et
inter sese colloquenteis de humanae conditionis aerumneis ac mise-
riis, quemadmodum omnes homines generaliter agant dies suos, et
officii sui ac Dei inmemores, vitam in voluptatibus, ventri ac libidini
in morem pecorum servientes, repente ad inferos corruant [90*v*], cui
sententie illud Davidicum suffragatur : « Dominus de caelo prospexit
super filios hominum, ut videat si est intelligens aut requirens Deum ;
omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt ; non est qui faciat
bonum, non est usque ad unum »[1]. Easdem personas erga humanum
genus misericordia moveri, quod sic in interitum devolveretur.

Et quoniam fieri non poterat quin perire homines pergerent,
donec scelus in Deum perpetratum expiaretur, decernere inter sese
et statuere pro sua summa benignitate, ut secunda persona, humanum
genus servatura, humanam naturam assumat, ac carnem mortalem
inmortalis induat. Hoc enim divinae sapientiae visum esse congruen-
tissimum, ut aes alienum, quod homo conflaverat, per hominem, qui
idem Deus esset, dissolveretur, ut peccatum, quod per hominis inobe-
dientiam admissum fuerat, hominis quoque obedientia aboleretur.
At quum post primorum parentum flagitium vitiatis animae potentiis,
ita ut intellectum error omnis, voluntatem corruptissime affectiones
occupaverint, perfecta inveniri obedientia in universo humano genere
non posset ; quumque nulla spes esset fore aliquando ut ex corrupta
humani generis massa, quod totum erat inimicum Deo, graviter of-
fenso, homo produci potuisset Trinitati usque adeo charus et amicus,
ut laesam numinis maiestatem placaret, aut parem offense, nedum
potiorem [91*r*] satisfactionem compensationemque redderet ; nullum
modum liberandi hominem aptiorem ac convenientiorem ab altissimo
Domino iudicatum, quam ut appetente iam plenitudine temporis, in
quo omnia instauranda erant, Filius Dei missus in mundum[2], et ex
muliere factus homo, formam servi accipiens et habitu inventus ut
homo[3], medium parietem macerie et inimicitias solveret in carne

---

[1] Ps. 13, 3 ; Rom. 3, 12
[2] Cf. Gal. 4, 4.
[3] Phil. 2, 7.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

sua [4], humilians semetipsum et factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis [5]; proinde decretum est ut Verbum Dei caro fieret, utque Gabriel archangelus illico ad Mariam virginem Iosepho desponsatam mitteretur, Christi incarnationem, rem humano generi laetissimam ac faustissimam, nuntiaturus [6].

123 [103] Alterum praeludium compositionem loci continet. Hic vastissimam ac capacissimam mundi planitiem considerabis, quam diversa hominum genera inhabitant. Ita autem universum terrarum orbem mente perlustrabis ac percurres, ut exorsus ab oriente et in occidentem usque profectus, denuo ad orientem revertaris. Mox itidem ab aquilone egressus, ubi imaginaria peregrinatione ad austrum perveneris, peragrata tanta locorum intercapedine, rursus ad aquilonem te conferes. Quin etiam, intellectus vi et mentis acie diversas regiones, varios hominum habitus, mores, vivendi ritus, leges, res publicas percurres. Caeterum accuratissime considerabis et imaginatione describes ac delineabis, cum universam Galilaeam, tum praecipue civitatem Nazareth, patriam dive Virginis Mariae, matris Domini nostri Iesu Christi. Ante omnia vero longe diligentissime contemplaberis edium, in quibus diva Virgo habitavit, et [91*v*] Dominum Iesum concepit ac educavit, magnitudinem, altitudinem, longitudinem, latitudinem, quam non amplae, non magnificae fuerint, quam non curiose affabreve constructae, quam non splendide ornatae, et id genus alia, quae sese tibi suapte sponte inter contemplandum offerent.

124 [104] In tertio praeambulo Dominum etiam atque etiam precaberis, ut mentem et intellectum tuum sua gratia illuminet ac illustret, quo amplissimum ipsius generi humano collatum beneficium, nempe incarnationis mysterium, cognoscas et assidue admireris ac obstupescas, quomodo ille unigenitus Dei Filius, qui nec nobis nec nostris indigebat (bonorum meorum, inquit David, non eges) [7], e summo Patris sinu in terram descenderit, humanam naturam assumpturus, et in eadem pro tuis et omnium sceleribus depensurus, atque acerbissimam mortem passurus. « Vere enim iniquitates nostras ipse portavit, et dolores nostros ipse tulit » [8]. Huius mysterii, nimirum incarnationis dominicae, arcanum consilium, ita sedulo efficaciterque Augustinus contemplari consuevit, ut in eiusdem stuporem admirationemque raptus, numquam a conversatione sua tam ingens beneficium prae oculis habere et obstupescere desierit; cuius beneficii Christus ipse praedi-

78 habitavit] habitabit *ms.*

[4] Eph. 2, 14.
[5] Phil. 2, 8.
[6] Lc. 1, 26-27.
[7] Ps. 15, 2.
[8] Is. 53, 4; 1 Petr. 2, 24; 1 Io. 3, 5.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

cans auditores suos admonebat: « Sic, inquit, Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret » [9]. Haec tu omnia vigilantissime contemplaberis, ut ardentiore Domini tui amore inflammeris, et ut inde studiosius sequaris. Nihil est enim quod violentius hominem rapiat in amorem Dei, quam si diligenter consideret et obstupescat Deum pro hominibus hominem esse factum, ut homines sue deitatis participes efficeret. [92*r*]

Hic illud annotabimus, in hac hebdomade ac etiam in consequentibus, nec orationem praeparatoriam, que ubique eadem est, nec tria praeludia inmutari, nisi eatenus ut praeludiorum forma naturae rei contemplandae accommodetur. **125** [105]

In primo articulo persone, tam divine quam humane, considerande sunt, quascumque hec historia memorat. Principio igitur considerabis homines universum terrarum orbem passim incolentes, mira conditionum, morum, legum, rituum, habituum varietate distinctos; hos albos, illos nigros; hos civiles et socialiter viventes, illos inhumanos et feros ac silvestres; alios in pace, alios in bello viventes; alios plorantes, alios ridentes; alios nascentes, alios morientes; alios nudos, alios vestitos. Deinde considerabis tres personas divinas in regali suo solio ac augustissimo divine sue maiestatis throno sedentes, et ex eo in universum orbem prospectanteis, cernere et contueri tam innumerabileis homines, qui propter peccatum a primis parentibus commissum in sua cecitate moriuntur et ad inferos devolvuntur. « Per unum quippe hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors » [10]; nec vero solum propter primi parentis scelus humanum genus ita misere pessum dabatur; suum quisque scelus avitis flagitiis adiungebat, « omnes enim peccaverunt » [11]. Unde etiam tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum [12]. Ad hec considerabis accurate quam officiose ac reverenter archangelus Gabriel Dominam nostram salutet. Postremo, contemplaberis divinam Virginem Mariam iam tum, quum ab archangelo salutaretur, precationi [92*v*] vacantem et ardentissimis votis a Deo contendentem, ut tandem aliquando mitteret, quem missurus erat [13], humani generis redemptorem et assertorem. Cogitabis etiam apud te quam sit verisimile eandem beatissimam Virginem secum expendisse quam esset illa mulier felix futura, que illum pareret, in quo omnes gentes benedicerentur, et vehementer exoptavisse, ut vel ancilla esse posset illius beatissime Domine, **126** [106]

3 participes] particeps *ms.* || 7 accommodentur *ms.*

[9] Io. 3, 16.
[10] Rom. 5, 12.
[11] Ibid.
[12] Rom. 2, 9.
[13] Cf. Ex. 4, 13.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

que suum et totius mundi salvatorem conceptura erat ac paritura, tanta fuisse animi modestia ac humilitate praeditam, ut nihil hic sibi tribueret, nec talem dignitatem sibi convenire ullo modo existimaret; at quoniam ipsa in ultimo convivii loco sedit, iussam esse ascendere superius [14], et ad primum materne dignitatis locum, a Deo, qui humilia respicit [15], qui humileis exaltat [16], vocatam esse.

127 [107] Secundus articulus praecipit ut imaginandi facultatem sic contendas et exerceas, ut verba omnia audire videaris; primo, que homines terram inhabitantes loquuntur, que inter se garriunt, nugantur, mentiuntur, iurant, peierant, sibi mutuo obtrectant, mordent, rixantur, blasphemant, ponunt in caelum os suum, provomunt [!] « ampullas et sesquipedalia verba [17] ». Vana enim (ut inquit propheta) locuti sunt unusquisque ad proximum suum, labia dolosa in corde et corde locuti sunt, ignorantes quod disperdet Dominus universa labia dolosa et linguam magniloquam [18]. Item vani filii hominum, mendaces filii hominum [19]. Secundo, que persone divinae, quas iam humani generis miserebat, « quia venit [93*r*] tempus miserendi eius » [20], inter sese tractant et commentantur, nimirum de salute operanda in medio terre et de redimendis captivis, ne tam eximium divine manus opus, pereat. Ad quod colloquium veluti alludens David aiebat : « Propter miseriam inopum et gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus » [21]. Tertio, verba quibus archangelus utitur dum incarnationem annunciat, et inusitato quodam orationis genere, beatissimam Virginem salutat, « Ave, inquiens, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu inter mulieres » [22]. Postremo, considera quid illi diva Virgo responderit, videlicet : « quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco [23] », hoc est, non cognoscere decrevi atque adeo vovi, et alia que Lucas, evangelii sui principe capite tradidit. Porro verba omnia, que hic articulus contemplanda proponit, diligenter sunt menti ac memorie imprimenda, ut magnus hinc fructus decerpi possit.

128 [108] In tertio articulo considerabis, primum que homines in terra inhabitantes faciant, quomodo sese mutuo fallant, spolient, percutiant,

35 humilitatem *ms.*

[14] Cf. Lc. 14, 10.
[15] Ps. 112, 6.
[16] Lc. 1, 52.
[17] « Proiciunt ampullas et sesquipedalia verba ». HORATIUS, *Ars poëtica*, 95. Scriba male legit verbum « proiciens », ponens eius loco « provomunt ».
[18] Ps. 11, 34.
[19] Ps. 61, 10.
[20] Ps. 101, 14.
[21] Ps. 11, 6.
[22] Lc. 1, 28.
[23] Lc. 1, 34.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

occidant, et postremo ad inferos detrudantur. Deinde animadvertes quid divine persone agant, quomodo sanctissimum illud et summe admirandum opus, nempe divini Verbi incarnationem, pro humani generis redemptione operentur. Mox observabis quam accurate angelus Gabriel legati munus apud divinam Virginem obeat. Ad postremum pensiculabis quam modeste se gerat sacra-[93*v*]tissima illa Virgo, accepto caelesti nuntio, et expositis per angelum, Dei principis sui mandatis, quanta tum animi modestia ac humilitate divine maiestati gratias agat pro inmenso illo atque inexplicabili beneficio, quod ipsa ardentissimis et humillimis votis impetraverat, ut maturius in humanum genus conferretur.

Expende et obstupesce, quam illa sublimis, celsa, eximia fuerit, ad quam ab eterno illo et omnipotenti rege angelica legatio missa est, que diceret eam invenisse gratiam apud Deum, eam altissimo principi tam gratam esse, ut Verbum Dei illam unam sibi matrem elegerit, ex cuius purissimis sanguinibus incarnari voluerit. Hec est illa de qua ait Salomon : « Una est columba mea, perfecta mea una est, una est matri sue, electa genitrici sue »[24], hoc est, praeposita Eve, que ruina[m] illius et totius generis humani repararet. Quis honor cum hac dignitate conferri potest ? Illa tamen quanto sublimior est, tanto se gerit summisius, omniaque divinae bonitati accepta refert, nihil sibi tribuens. Hinc illa vox, modestissimi animi et candidissimi ac integerrimi pectoris index et testis : « Ecce, inquit, ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum »[25]. Haec vox tantopere placuit altissimo Domino, ut que se humilem Domini ancillam agnoscebat, illico mater Dei fieret, Spiritu Sancto foecunditatem et concipiendi facultatem purissime virgini, coniugalis commercii nesciae, infundente. Hec omnia memorie sunt mandanda et diligenter expendenda, ut ex singulis aliquid fructus elicere queras. [94*r*]

In colloquio poteris primum treis illas divinas personas hac aut simili oratione reverentissime alloqui : O beatissima Trinitas, quae hominem ex maxima tua bonitate ad imaginem et similitudinem tuam creasti, ut aeterna foelicitate potiretur, et eundem lapsum ac libero sue voluntatis arbitrio perditum, et morti ac perpetuae damnationi obnoxium denuo erexisti, reparasti, vivificasti, misso in mundum sacratissimo Verbo, unigenito Dei Patris Filio, qui ex corrupta nostra natura inmaculatam carnem assumeret, « in similitudinem homini[s] factus et habitu inventus ut homo »[26] : tuam maiestatem supplex **129** [109]

93 infundentem *ms.* || 94 ut] illi [!] *ms.*

[24] Cant. 6, 8.
[25] Lc. 1, 38.
[26] Phil. 2, 7.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

precor, ne me despicias, pro cuius salute Verbum tuum incarnari voluisti, sed per inauditam illam tuam erga humanum genus charitatem concedere mihi digneris hoc aut illud donum spirituale, si id impetrare expedit animae meae. Et hic expones quid velis, non ut Deum doceas, qui novit quid desideres antequam ad orationem accedas, sed ut tuam ipsius mentem maiori eiusdem doni desiderio inflammes, dum illud verbis nominas et explicas. Simili modo compellabis Verbum incarnatum et divam Virginem Matrem Dei, Dominam nostram, apposita et accommodata precatione, ab utroque contendens et efflagitans gratiam et opem, ut vere et sincere Christum sequar et pro virili imiter, qui tam mirabiliter in Christo ac misericorditer dignatus est pro mea et omnium redemptione ac salute carnem assumere. Colloquio coronidem addes, nempe Pater noster. [94*v*]

Contemplatio nativitatis

130 [110] Secunda contemplatio fiet super nativitate Domini nostri Iesu Christi. Constat eisdem prorsus praeparamentis et capitibus, que in proxima contemplatione tradidimus.

Oratio praeparatoria huic cum aliis contemplationibus communis est.

131 [111] Primum praeludium est historie et rei gestae consideratio, nimirum quemadmodum sacrosancta illa Virgo novem circiter mensibus gravida, asinae insidens, Iosepho marito suo et una ancillula comitata, e Nazareth iter fecerit Bethleem. Item quemadmodum Iosephus bovem una secum duxerit ad dissolvendum tributum, quod eo tempore Caesar Augustus exigebat, a quo Lucas testatur edictum exivisse, ut censeretur ac describeretur universus orbis [1], et ut unusquisque adiret civitatem suam professurus oboedientiam subdito dignam, et nomen daturus imperatori romano. Sicut autem parentes Domini Iesu tributum solverunt in Bethleem, ita ipse Salvator noster postea censum numeravit in Capernaum ; non quod obligatus esset ad dependendum censum, sed ne esset aliis scandalo. In Bethleem quoque, statim postquam natus esset, capite censeri voluit et terreno imperio ascribi, quasi privatus aut subditus, qui omnium rex et dominus erat, sed qui pro nobis servi formam accepit ; idem ut nos in libertatem assereret, tale servitutis genus subire non recusavit. [95*r*]

132 [112] In secundo preludio locus contemplandus est, nempe via que a Nazareth ducit Bethleem, quam longa sit, quam molesta, an mon-

13 sequar] sequas *ms.* || 39 recusabit *ms.*

[1] Lc. 2, 1.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tuosa, an ardua, an plana, an nemorosa, an deserta, an frequens ; stabulum item in quo diva Virgo, quum in diversoriis locum non reperisset, hospitata est ac Deum et hominem peperit, mente delineabis, etiam atque etiam considerans quam vile, quam humile, quam inornatum, quam tali ac tanto partui recipiendo inidoneum, maxime quum nulla sit mulier adeo paupercula, que instante partus sui tempore non vel a vicinis mutuo accipiat aliqua ornamenta, quibus cubiculum in quo paritura est, ornet et instruat. At Dominus noster, qui opum et mundi contemptum predicaturus erat, ut peregre, ita in humili ac vili caula nasci et in praesepi reclinari voluit.

Tertii preludii forma eadem est, que in precedenti contemplatione fuit. Hic gratiam ac opem Dei implorabis, ut vere, efficaciter et penitus cognoscas quam humiliter Christus pro te nasci dignatus sit, quum Deus altissimus esset. **133** [113]

In primo articulo, persone tibi considerande sunt, videlicet, beatissima Virgo mater, Iosephus, ancilla et Iesus parvulus, iam recens natus ; et imaginaberis te ipsum ceu servum pauperculum et indignum tali aspectu (utpote quum in Christum angeli desiderent prospicere) [2] presentem [95*v*] nativitati Dei et hominis adesse, et ipsi ac Matri eius diligenter simul ac reverenter inservire. Quin etiam imaginaberis te videre Patrem illum altissimum a caelo prospicere ac libenter intueri Filium suum recenter natum ; postremo angelos eidem astare et summum honorem deferre, eosdem laetos faustissimum nuntium pastoribus de salvatore nato exponere, cantare eximium illum hymnum : « Gloria in excelsis Deo ». **134** [114]

Secundus articulus monet, ut quam diligentissime observes ac contempleris quid eaedem personae inter se loquantur, quomodo gracias agant omnipotenti Deo super miranda Verbi incarnatione, quantopere gaudeant Messiam sua aetate ad redimendum genus humanum venisse, suis illum oculis videre, quem multi reges et prophete videre voluissent nec potuissent, quem omnes pii ab orbe condito expectavissent. Alia item id genus speculaberis, quae res ipsa tibi abunde suppeditabit. **135** [115]

In tertio articulo considerare poteris quid eaedem persone fecerint, quam longum iter et molestum fecerint, quam incommodo hospicio post magnos labores excepti sint, quomodo Dominus nascatur in summa paupertate, totam vitam in eadem acturus, famem, sitim, calorem, algorem, iniurias, probra, damna pro te passurus, ad postremum in cruce moriturus. Deinde quomodo Maria piam matrem prestet, quam sollicite filium suum foveat, propinet lac, fasciis involvat, in praesepio reclinet, nec ulla in parte materno officio desit, ut **136** [116]

[2] 1 Cor. 1, 12.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

veneretur et [96r] adoret illum ipsum quem pepererat, etiam atque etiam obsecrans, ut ipsi insinuare dignetur modum quo ali et educari velit.

137 [117] Contemplationem claudes colloquio, quale in precedente contemplatione descriptum est, cui colophonis vice addes orationem dominicam: Pater noster.

Tertia contemplatio

138 [118] Tertia contemplatio est duorum proxime praecedentium contemplationum repetitio et ruminatio. In qua, post orationem preparatoriam et tria praeludia, potissimum annotabis et perpendes ac percurres eas partes, sive illos articulos, in quibus gustum aliquem spiritualem et consolationem vel desolationem etiam sensisti, quum supra memoratis contemplationibus vacares. His accedet breve colloquium. Ad postremum dices Pater noster.

139 [119] Caeterum in hac repetitione et in reliquis eundem ordinem observabis, quem in repetendis ruminandisque prime hebdomadis exercitamentis servandum tradidimus. Nam licet materia mutetur, forma tamen repetitionis eadem ubique manet. Quare te ad illum locum inter prime hebdomadis praeceptiunculas positum relegabimus.

Quarta contemplatio

140 [120] Quarta itidem contemplatio nihil aliud est, quam duarum contemplationum supra comprehensarum repetitio, observato prorsus [96v] eodem modo, qui in tertia contemplatione expositus est. Porro qua ratione easdem contemplationes identidem repetamus, dictum iam est in praeceptis primae hebdomadis, nimirum, ut intellectus noster facile, dextre et absque ulla distractione contemplari discat.

Quinta contemplatio, in qua quinque sensus exercentur super prima contemplatione et 2a.

141 [121] Post consuetam orationem praeparatoriam et tria preludia, non inutiliter exercebis quinque sensus super duabus iam memoratis contemplationibus, per quattuor potissimum articulos.

142 [122] In primo articulo, quod ad primam contemplationem attinet, oculo imaginatorio contueberis treis illas divinas personas sua aeternitate et gloriosissima maiestate fulgenteis, nullius rei indigas. Verbum item e caelo ad assumendam pro nobis humanam carnem descendens, mox angelum Gabrielem, in vestitu splendidissimo, per am-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

plissimum aëris spacium devolantem, ut beatissime Virgini annuntiet futurum, ut Deus ex ipsa incorporetur ac nascatur. Denique ipsam divam Virginem orationi summa diligentia ac humilitate vacantem, quum ad illam angelus ingrederetur. Itidem circa secundam contemplationem, curabis ut per imaginandi facultatem videre videaris beatissimam Virginem, Iosephum, ancillam, tecum considerans ac contemplans quid agant, an stent, an sedeant, quo habitu, quo amictu, [97*r*] quo colore vestiantur, quam sedulo Iosephus necessitatibus dive Virginis inseruiat, quam humiliter simul ac alacriter ancilla, sue, imo nostre omnium Domine famuletur, et alia id genus que inter contemplandum excogitare tuo marte poteris, sic servato decoro, ut singulis personis singula apte ac congruenter accommodes, modisque omnibus studeas aliquem hinc fructum tibi decerpere.

Secundus articulus est, ut auribus imaginatoriis haurias et accipias ea omnia que supradicte persone, divine pariter ac humane, loquuntur, vel loqui verisimiliter possunt, que ingeniosi facile excogitabunt, personis et nature rei accommodata. Mox illa ipsa, que memoratis personis tribuisti, tibi ipsi applicabis, ut hac ratione ad frugem aliquam pervenias ; verbi gratia, Deum Patrem omnipotentem illa aut simili oratione unigenitum Filium suum alloqui facies et imaginaberis : Mi Fili, massam humani generis, quam nos in tanta perfectione creavimus, diabolicae potestati ac tyrannidi per peccatum traditam esse, ac proinde funditus perituram, nisi mature succurratur. Rem nostra bonitate dignam fecerimus, si qui hominem ex nostra sapientissima ac providentissima benignitate fecimus, eundem, sua malitia perditum, refecerimus, et ex gravissima malignorum demonum captivitate liberaverimus. Porro nullus est accommodatior ad liberandum hominem modus, quam ut tu naturam humanam [assumas], in eadem pro homine mortem, innocens pro sonte et noxio perpessurus. Paterna oratio summopere Filio [97*v*] placuit, qui et obediens fuit Patri usque ad mortem [1]. Hoc autem tu tibi ipsi accommodabis ad hunc modum : Si Pater omnipotens tanta erga me liberalitate usus est, ut Filium suum unigenitum mee salutis causa in mortem tradidit, quantum ego debeo tam bono tamque amanti Domino, quam ego diligenter enixeque conari debeo, ut illi per omnia inserviam, ut illi verbis pariter ac factis meis placeam. Hec vel horum similia excogitare poteris, que Patri tribuas, et aliis itidem personis, quarum in contemplationibus mentionem factam vides, que deinde tibi ipsi applicabis, ut fructum inde aliquem legas.

143 [123]

38 Fili] Filii *ms.*

[1] Phil. 2, 8.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

144 [124] Tertius articulus monet, ut per imaginandi vim sic odorari ac gustare videaris infinitam illam trium divinarum personarum dulcedinem et fragrantissimam bonitatem ac redolentissimam misericordiam; deinde benedicte humanitatis Domini nostri Iesu Christi suavitatem, charitatis et omnium virtutum ac perfectionum suarum balsamum; divae item Virginis et sancti Iosephi mores odoriferos et castitatem ac humilitatem quovis thure et amaracino redolentiorem, servato, quod iam antea admonui, ubique decoro personarum, que in contemplationem veniunt. Denique omnia menti ac memorie insculpe, ut fructum non modicum hec contemplandi ratio tibi pariat.

145 [125] Quartus articulus in eo versatur, ut veluti contrectes, amplectaris, exosculeris loca illa que memorate persone calcant, vel in quibus insident, videlicet, celum, quum divinas personas contemplaris, aut ventrem beatissime Virginis, ex quo Christus processit tanquam sponsus e thalamo suo, quum [98*r*] humanitatem Domini Iesu consideras; porro quum beate Virginis et Iosephi actiones mente pertractas, propones tibi ob oculos animi domunculam ipsorum, in qua in habitabant in Nazareth, et cubiculum in quo angelus sanctissime Virgini Mariae incarnationem divini Verbi annunciavit; itidem stabulum et hospiciolum, in quo excepti fuerunt in Bethleem. Semper autem connitendum est, ut ex omnibus fructum aliquem colligas.

146 [126] Huic exercitio colloquium colophonis vice adiungetur, quale descriptum vides in prima contemplatione atque item in altera. In fine dices Pater noster.

SEQUUNTUR QUINQUE PRAECEPTIUNCULAE UTILES AD RECTE PERAGENDA EXERCITIA SECUNDAE HEBDOMADIS ET ALIARUM DEINCEPS SEQUENTIUM

147 [127] Prima preceptiuncula est, ut in hac hebdomade et reliquis que sequuntur, antequam hora instet, in qua mysterium aliquod tibi contemplandum est, historiam in evangelio accurate perlegas et memorie mandes. Porro solum leges illud mysterium quod contemplationi mox faciendae materiam prebet, nec ad alia progredieris, ne videlicet intellectus offuscetur et multa et varia lectione vis memorie obruatur, et ne attentio ac devotio que ex ea lectione speratur amitti possit. Postremo, quorsum attinet alia legere, quam que ad contemplationem in praesentia faciendam aliquid additamenti afferunt? Alia alias legi possunt; tu nunc fac totus sis in eo quod contemplaris. Unicuique rei tempus est et oportunitas, et omnia cum ordine facienda Paulus monet [1]. [98*v*]

[1] 1 Cor. 14, 40.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Secunda est, ut prima contemplatio, que agit de incarnatione **148**
Domini, fiat intempesta seu media nocte ; secunda, qua nativitas con- [128]
sideratur, sub auroram ; tertia vero peragatur interea dum auditur
missa ; quarta eo tempore quo vespertinum pensum absolvi in ecclesia
consuevit ; quinta paulo ante caenam. Singulis autem contemplatio-
nibus singulae horae impendende sunt, nec enim minus quam unius
horae spacium unaqueque contemplatio sibi vendicat, ut bene et cum
fruge conficiatur. Idem ordo in reliquis diebus qui sequuntur obser-
vandus est.

Tertia preceptio monet, ut si is qui in istiusmodi exercitiorum **149**
stadium descendit, senex est, vel imbeciliori corporis temperamento, [129]
vel alioqui ex peractis prime hebdomadis exercitamentis debilitatus,
is in hac secunda hebdomada aliquando abstineat a surgendo nocte
intempesta. Obsequium enim nostrum Paulus vult esse rationabile [2].
Quocirca in aurora simul primum surrexerit, primam contemplatio-
nem aggrediatur, alteram peragat dum audit missam, vel certe ante
prandium ; post meridiem vero hora vesperarum faciat repetitionem
iuxta formam superius prescriptam ; postremo ante coenam faciet
illam meditationem, in qua quinque sensus exercentur super duabus
primis contemplationibus, incarnationis videlicet et nativitatis.

Quarta docet ex decem illis additamentis, que inter prime hebdo- **150**
madis precepta prodita sunt, tria hic esse inmutanda, nempe secun- [130]
dum, nonum et decimum. Nam [99*r*] quod ad secundum attinet, in
hac hebdomade simul atque a somno excitatus fueris, e vestigio ob
oculos mentis tibi propones illam contemplationem quam facturus es
de Verbo incarnato, et ardentissimis votis efflagitabis ut in eiusdem
arcani sensum cognitionemque penetrare per Dei gratiam possis, quo
magis humilitatem, pacientiam charitatemque Christi Domini nostri
imiteris. Iam nonum quoque mutari oportet, quod incarnationem,
nativitatem, epiphaniam aliaque nonnulla Christi mysteria contem-
plantibus, meror, tristitia ac planctus non conveniant, sicut nec obscu-
ritas, tenebre, locus inamoenus, quippe quum huiusmodi corporalia
ac temporalia, vel commoda vel incommoda, eatenus adhibenda sint,
quatenus adiumento esse possunt ad facilius consequendum illud
donum quod desideras.

Postremo decimum additamentum, quod de penitentia agit, non **d**
potest in omnibus contemplationibus observari. Etenim qui exerci-
tatur perinde penitentia[m] agere vel non agere debet, ut fere[t] na-
tura mysterii quod contemplandum est. Inter exercitia namque alia
penitentia[m] expetunt, cuiusmodi sunt illa prime hebdomadis que

2 qua] que *ms.* || 25 es] est *ms.* || 30 nativitatis [!] *ms.*

[2] Rom. 12, 1.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

de peccatis tractant ; item que in laboribus Christi et passione versantur ; alia rursus penitentiam respuunt ac gaudium et laetitiam secum afferunt, quod genus sunt contemplationes de incarnatione, nativitate et resurrectione Domini nostri Iesu Christi. Caeterum diligenter curandum est, ut additamenta pro natura contemplationis exacte observentur, quo fructus ex meditationibus tanto uberior eliciatur.

151 [131] Quinta praeceptiuncula est, ut in omnibus exercitamentis, [99*v*] praeterquam in illis que media nocte et diluculo fiunt, ordo ille in 2° additamento prescriptus observetur, nimirum, ut cum primum adverteris appetere horam in qua exercitium aliquod peragendum est, priusquam illud aggrediaris, tecum etiam atque etiam [cogites] quid, quo spectatore et arbitro facturus sis, atque ita perpenso apud te exercitamento quod facturus es, observatoque tertio additamento, ad contemplandum accingaris.

Secundus dies

152 [132] Secundo die, prima contemplatio fiet super praesentatione Domini in templo, altera super exilio et fuga in Aegiptum ; ad hec due fient earumdem contemplationum repetitiones ; postremo quinque sensus exercendi sunt super eisdem, non alio modo quam in meditationibus praecedentis diei factum est.

153 [133] Hic illud silentio pretereundum non duximus, expedire nonnumquam, ut, quamvis is qui exercetur robustus sit et bona corporis habitudine praeditus, aliqua tamen mutatione et varietate utatur presertim ab hoc secundo die ad biduum aut triduum, quo gratia que desideratur facilius paretur. Nam sepe usuvenit, ut spirituale donum, quod per maximos labores et per austeram penitentiam non assequimur, Deus pro sua optima liberalitate minus laborantibus minusque se affligentibus largiatur. Atque hinc liquido constat Deum non cogi nostris operibus ut de nobis bene mereatur, sed ex sua mera et gratuita benignitate moveri ad benefaciendum nobis, quum ipsi libet, non quum nobis videtur, qui nescimus quid petamus. Denique etiam ad triduum fiet nocturni laboris intermissio et pausa, ut vires nostre, que alioqui fatigari possent, refocillentur et reintegrentur. Itaque is qui in ha[n]c exercitamentorum arenam descendit triduum non surget nocte intempesta, tantum aurora contemplationem unam [100*r*] faciet, alteram tempore missae, deinde sub horam qua vespere in ecclesia recitantur repetitio fieri poterit ; denique ante caenam quinque sensus

---

45-46 contemplationis exactae] contemplatione exacta *ms.* || 47 *post* eliciatur *adest virgula* || 52 cogites] *hoc verbum vel simile supplendum est*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

super eisdem contemplationibus exercendi sunt, iuxta formam in meditationibus primi diei prescriptam.

Dies tertius

Tertio die, prima sub auroram contemplatio fiet super eo quod puer Iesus, qui clam parentibus suis remanserat in Hierusalem, inventus fuerit in templo disputans cum doctoribus, quum duodecim esset annorum. Alteri meditationi ante prandium faciendae materiam praebebit oboedientia pueri Iesu, quam parentibus suis in Nazaret exhibuit, ubi fuit subditus illis[1]. Mox fiet earumdem contemplationum repetitio. Ad postremum quinque sensus super eisdem exercendi sunt, iuxta formam superius comprehensam. 154 [134]

Annotatio de consideratione statuum

Ex duabus meditationibus proxime precedentibus videre est quo pacto Dominus Iesus facto suo duos in ecclesia status approbaverit. Nam quod parentibus obediens ac morigerus fuit, eum videlicet statum probavit, qui in observatione mandatorum Dei consistit. Porro quod relictis parentibus mansit in templo, ut in sclis sui summi Patris negotiis versaretur, alterum statum, nempe perfectionis evangelice, nobis satis commendavit, qui situs est in abnegatione et relictione parentum, amicorum, facultatum et omnium quae possidemus, ut solius Dei ministerio dedicemur ac consecremur. Haec ubi ex duabus proximis meditationibus resciverimus, restat ut in reliquis deinceps contemplationibus, quas super vita et mysteriis Domini nostri Iesu Christi [100*v*] faciemus, sedulo et ardenter Deum rogemus, uti nobis sua gratia illustrans aperire et ostendere dignetur illud vite et instituti genus, quod ipsius divinae maiestati summopere placet ut sectemur. Dabit enim nobis Dominus de omnibus intellectum, sicut Paulus Timotheo promisit[1], et Dominus ipse, qui fallere aut mentiri nescit : « Petite, inquit, et dabitur vobis »[2]. 155 [135]

Hic admodum conducet summam charitatem Domini nostri Iesu Christi erga genus humanum, et maximum desiderium salutis nostrae diligenter considerare, qui vult « omnes salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire »[3]; et e diverso, inmane et insatiabile odium quo Satanas nos prosequitur, qui omnibus machinamentis suis nos impetit, 156

[1] Lc. 2, 51.
[1] 2 Tim. 2, 7.
[2] Mt. 7, 7.
[3] 1 Tim. 2, 4.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

qui modis omnibus perniciem nostram et exitium cupit, qui « tanquam leo rugiens circuit quaerens quem devoret » [4]; id quod ex sequenti meditatione evidentissimum fiet. Proinde quum Satane consilia ac cogitationes non ignoremus, quum sciamus nos inter multos et periculosissimos laqueos incedere, quanta vigilantia, quanto studio nos accingere debemus ad recte et inculpate vivendum, in quocumque statu divina maiestas voluerit ut ipsi serviamus.

Quartus dies

157 [136] Quarto die fiet meditatio duorum vexillorum, quorum alterum est Iesu Christi, summi ducis ac domini nostri, alterum est Luciferi, hostis nostri capitalis. Hoc exercitium quaternis partibus constat; prima pars continet orationem praeparatoriam et tria praeludia; altera treis habet articulos, super Satanae hostis nostri infensissimi ducatu; tertia pars totidem articulos complectitur, de imperio ac ducatu Domini nostri Iesu Christi; quarta continet tria colloquia.

Oratio praeparatoria non alia est quam quae in aliis exercitiis fieri consuevit. [101*r*]

158 [137] Primum preludium complectitur historiam, videlicet, ut consideres quam diligenter et quam benevole Christus omnes homines vocet ad suum vexillum, volens eos sub eodem militare Deo, magno premio huc cunctos evocans. E contrario, perpendes apud te quam sedulo et quam callide Satanas omnes ad se vocet, miris artibus ac lenociniis invitans, ut sub suis signis militent. Nam veterator ille circuivit terram et perambulavit eam, quaerens quem devoret. Interim astute tacet de praemio quod deceptos manet: « stipendium enim peccati mors » [1].

159 [138] Secundum praeludium versatur in compositione loci, ubi mente ac imaginationis vi deformabis amplissimum quemdam campum humilem, planum, amenum, fontibus scatentem, arboribus consitum, vicinum civitati Hierosolymitanae, ubi ille potentissimus ac illustrissimus imperator Dominus Iesus Christus omnes convocat ac cohortatur, ut sub suis auspiciis ac sub suo vexillo militent; ad quem non nisi fortissimi quique et constantissimi milites conveniunt. Rursus delineabis tibi alterum campum Babyloni propinquum, arenosum, sterilem, siccum, inamaenum, in quo non nisi ferae et atrocissime beluae inhabitant, ubi ille malorum omnium author et dux Lucifer residet, qui et ipse cunctos hortatur ac allicit ut se sequantur.

---

[4] 1 Petr. 5, 8.
[1] Rom. 6, 23.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

In tertio praeludio Deum ardentissimis votis orabis atque obse- **160**
crabis, ut fraudes, technas ac versutias Satanae ac sociorum eius tibi [139]
patefaciat, quas ille probe perspectas habuit, qui in Scriptura loquitur : « cuius, inquiens, nos novimus astutias »[2]. Itidem implorabis opem Dei, ut cognitas Luciferi fallacias ac insidias vites ac fugias, et veram illam vitam, quam summus ille et idem optimus dux ac magister Iesus Christus docet, secteris, et tam praeclari imperatoris vestigia pro virili imiteris. [101*v*]

Primus articulus est, ut per imaginandi facultatem, Luciferum **161**
illum, omnium perditorum ducem et totius generis humani hostem, [140]
in amplo illo babylonico campo veluti in cathedra pestilentiae ignis et fumi, in figura horrenda ac terribili sedentem videre videaris.

In secundo articulo considerabis eundem Luciferum innumera- **162**
bileis demones ad se vocantem, quos ad diversa loca mittat, alios in [141]
hanc, alios in illam civitatem, hos in unam provinciam, illos in alteram, adeo ut nulla provincia, nulla civitas, nullus locus, nullus status, nulla conditio, nulla persona sit, quin horum cacodaemonum insidiis tentetur et vexetur, qui ubique et cum omnibus acriter pugnant ut omneis sub ducis sui imperium ditionemque redigant.

Et hic observa quemadmodum ad illustreis et praeclaros ac literatos viros, maxime qui pio et sincero animo inservire Christo et sese eiusdem ministerio consecrare student, fortissimi quique et astutissimi daemones mittantur, de quibus David loquitur, « fortes quaesierunt animam meam »[3]. Nam taleis potissimum viros Satanas infestat ac expugnare et debellare cupit, ut ex communi omnium sanctorum patrum et doctorum consensu constat, qui tradunt non alium quam ipsum Luciferum fuisse, qui Christum post quadragesimale ieiunium tentaverit ; is enim sibi, ceu omnium principi ac callidissimo, hoc munus maxime convenire arbitratus est, ut tam strenuum bellatorem aggrederetur, qui idem creditur primum hominem in paradiso tentavisse.

In tertio articulo considerabis orationem et verba quibus Satanas **163**
suos daemones alloquitur hortaturque, ut quamplurimos homines reti- [142]
bus viciorum implicatos et catenis mundanarum voluptatum vinctos, ad suum vexillum, id est, ad interitum pertrahant. Hic tecum, non oscitanter nec perfunctorie, sed quam diligentissime perpendes [102*r*] et observabis callidissimi veteratoris versutiam ac vafritiem, qui suos ministros, et ipsos astutissimos ac malitiosissimos, sic instituit ac docet, ut post primum congressum (quo hominum animos voluptatibus ac deliciis et omni lenociniorum ac blandimentorum genere emolliri et inescare cupit, contra que mala primae hebdomadis meditationes nos

[2] Cf. Eccli. 1, 6.
[3] Cf. Ps. 58, 4.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

armant ac muniunt), deinceps alio atque alio praeliandi modo nos adoriantur, nempe, primum ut ad inmoderatum divitiarum ac rerum externarum amorem et desiderium, tanquam ad principem perditionis gradum impellant ; deinde ad ambitionem et ad capiendos ac venandos vanos et instabiles huius mundi honores perducant, qui secundus internecionis gradus est, ad quem a primo facillime conscenditur ; postremo, ut adeptis iam honoribus et parta mundi gloria, deceptos et inani spe lactatos miseros homuntiones superbia, fastu ac tumore inflent, inflatos in crimen diaboli pertrahant, qui in scala vitiorum tertius gradus est ; ex quibus tribus gradibus in omne genus scelerum pervenitur. Hinc enim velut ex fonte quodam veneno infecto universa flagitia emanant. In quam sententiam divus Ioannes in sua epistola dixit : « Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitae » [4].

164 [143] Itidem e diverso contemplaberis et exacte ponderabis tres alteros articulos de verbis et hortamentis, que Dominus Iesus, summus ac verus dux, suis militibus adhibet.

165 [144] Quod ad primum articulum attinet, considerabis Dominum Iesum innumerabili angelorum invisibilium multitudine stipatum, in ampla illa et amenissima planitie civitatis Hierosolymitane adiacente, sedentem in loco humili, lapidem pro cathedra habere [102*v*].

166 [145] In secundo articulo considerabis quemadmodum idem Dominus Iesus, universi moderator ac princeps, multos apostolos ac discipulos eligat, quos per totum orbem mittat, suam sacram doctrinam seminaturos, et cuivis hominum generi, statui ac conditioni evangelium praedicaturos, et maximum praemium obedientibus, fidei et Christo nomina dantibus, atque ad ipsius vexillum accedentibus pollicitaturos ; nempe inmarcessibilem aeternae gloriae coronam, quam suis militibus strenue se in hac militia gerentibus, optima fide dabit ille iustissimus iudex, qui in die iudicii dicturus est : « Venite benedicti Patris mei, possidete regnum » [5].

167 [166] In tertio articulo consideranda sunt verba quibus Dominus Iesus suos amicos, milites ac famulos alloquitur, quibus committit provinciam peragrandi universum terrarum orbem, et docendi atque exhortandi cunctos homines ut paenitentiam agant et sese regno caelorum, iam iam appropinquanti, parent. Porro sub penitentiae vocabulo ieiunium, abstinentia, disciplinae et caeterae rationes macerandi carnem, quas in exercitiis primae hebdomadis diximus, videlicet, quum de penitentia ageretur, contineri possunt. Et sane hanc doctrinam Dominus Iesus facto suo prodidit, qui simul atque baptizatus fuisset,

[4] 1 Io. 2, 16.
[5] Mt. 25, 34.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

in desertum profectus, et ab omni hominum consortio semotus, quadraginta dies ieiuniis et orationibus impertivit. Mox cum Satana congressus, eundem ad gulam, inanem gloriam, avaritiam et ambitionem, dulcissima venena, sollicitantem fortissime vicit, nos animans et in bonam spem erigens, ut gratia et ope ipsius freti ac confisi, diabolum, iam olim ab imperatore nostro fractum ac prostratum superemus, maxime quum videamus selectissima et validissima illius tela, quibus Adamum primum generis nostri parentem confoderat, et quibus ipse plurimum confisus fuerat, in ipsius caput a duce ac Domino nostro Iesu Christo potentissime retorta esse.

168 Deinde considerabis quemadmodum Dominus Iesus sanctos suos apostolos et discipulos, necnon eorum [103*r*] successores admoneat et instituat, ut sua sacrosancta doctrina quam possunt plurimos trahant ad spiritualem paupertatem summe observandam, vel etiam ad exteriorem paupertatem, presertim eos quos divine maiestati placebit ad talem vite institutum advocare. Unde nobilissimum illum sermonem, quem in monte habuit, a paupertatis commendatione auspicatus est : « Beati, inquiens, pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum »[6]. Postremo pensiculabis quomodo idem Dominus et imperator noster apostolis ac discipulis suis mandet, ut hortentur homines et eosdem sua doctrina arment ad iniuriarum pacientiam, ad ignominia et probra, non solum fortiter, verum etiam libenter et exultanti animo toleranda, iuxta illud quod in sermone modo citato habetur : « Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam ». Item : « Beati estis quum maledixerint vobis homines mentientes propter me ; gaudete et exultate, quia merces vestra copiosa est in celis »[7]. Nam ex ista iniuriarum et probrorum tolerantia nascitur et emanat humilitas, que omnium virtutum parens merito dici potest.

169 Itaque praeter primam armaturam, nempe gradum virtutis temperantiae (que et abstinentiam complectitur, que virtus modum in cibo et potu statuit, et continentiam, cuius est moderatum ac honestum venereorum usum praescribere), opus est tribus quoque aliis armorum generibus, quibus tria illa diabolica tela, que demon in nos eiaculatur, non solum sustineamus, sed fortiter etiam in caput ipsius regeramus. Quibus, inquiens, armis, nimirum amore et studio paupertatis, quo avaritiae ictus retundamus, desiderio paciendi iniurias et opprobria pro Christo, quo ambitio et mundani honoris cupiditas reprimitur, humilitate, qua superbia deiicitur ac prosternitur. Proinde imaginaveris Christum accurate suis ministris precipere, ut iis armis illos muniant, quicumque sue spirituali militie nomina dederint, et per illos treis, in scalis [103*v*] virtutum gradus ad omnes alias virtutes,

[6] Mt. 5, 3.
[7] Mt. 4, 11-12.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

spirituali animae aedificationi necessarias, subducant; sicut contra diabolus suos misere a se deceptos, per treis eosdem contrarios gradus in peccati baratrum praecipitat.

170 [147] Quarta huius meditationis pars tribus colloquiis constat. Primo colloquio Dominam nostram studiose orabis, ut gratiam et opem tibi a Filio suo impetret, ut in numerum christianorum militum adscriptus, sub vexillo eius feliciter mereas ac milites; primum in paupertate spirituali et interna exacte observanda; deinde vero etiam in externa et actuali, si divinae maiestati huc te vocare placuerit; postremo in opprobriis ac iniuriis libenter et gaudenti animo pro Christi nomine et amore perferendis, si modo citra peccatum et numinis offensam, vel ab aliis tibi inferri, vel a te sufferri queant. Sic apostoli, quum flagris cesi fuissent, gaudentes ibant a conspectu concilii, quod digni habiti essent pro Iesu nomine contumelias pati [8]. Colloquium concludes salutatione angelica Ave Maria.

Secundo colloquio Dominum nostrum Iesum Christum ardenter ac pie precaberis, ut idem tibi a Patre suo aeterno et omnipotente impetret. Finito colloquio dices Anima Christi.

Tertium colloquium fiet ad Deum Patrem, a quo vehementer contendes ut hoc ipsum tibi concedat. Huic colloquio coronidis vice adiunges orationem dominicam Pater noster.

171 [148] Hoc exercitium semel fiet media nocte et etiam in aurora. Porro, tempore misse et vesperarum, due eiusdem exercitamenti repetitiones fient. Semper autem meditationem tribus colloquiis concludes, quorum primum fiet ad divam Virginem, alterum ad Filium, tertium ad Patrem. Ceterum per Patrem intelligo totam Trinitatem, que in unitate essentie confert gratiam et dona hominibus. [104*r*] Nam in secundo colloquio Filium oramus quatenus homo est et advocatus noster, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. « Advocatum enim habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum » [9].

172 [149] MEDITATIO DE TRIBUS HOMINUM SOCIETATIBUS, QUE CONDUCIT AD ELIGENDUM STATUM NOBIS CONVENIENTISSIMUM

Hec meditatio continet orationem praeparatoriam, tria praeludia, treis articulos, in quibus tres hominum societates considerantur, et tria colloquia.

Oratio praeparatoria eadem est que in aliis exercitiis fieri consuevit.

---

[8] Cf. Act. 5, 41.
[9] 1 Io. 2, 1.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Primum praeludium complectitur historiam de tribus hominum 173
societatibus, quarum unaqueque, industria ac cura sua, decies mille [150]
aureos acquisiverit, non ex mero amore Dei, sed admixto amore sui, quasi mala aqua bono vino infusa. Acquisitis istis nummis quaerunt mentis tranquillitatem, animae salutem et pacem inire cum Deo, qui est summum bonum et unicus thesaurus, omnibus divenditis comparandus, ut qui solus animam inmortalem saciet ac tranquillet. Hunc ergo invenire et sibi parere societates iste student, reiecto onere et impedimento quod illis affectus erga divitias partas imposuit.

Porro duplici affectu homines divitias prosequi possunt, quorum primus perversus est ac pravus, nimirum, quum quis ita amat divitias, ut quodvis peccatum perpetrare potius quam lucrum deserere, aut partas opes abiicere decreverit ; cuiusmodi fuit ille iudeorum affectus, qui dixerunt : « Si dimittimus eum sic, omnes credent ei, et venient romani et tollent nostrum locum ac gentem »[1], unde deliberaverunt potius innocentissimum Dominum interficere, quam suum dominium et honorem ac lucrum amittere. Qui affectus sceleratissi-[104*v*]mus est, et ex praecepto Dei depellendus ab animo, quum sit peccatum exitiale. De hoc autem affectu in praesentiarum sermo nobis non est. Alter affectus est licitus, videlicet, quum divitie amantur non propter se, sed quia sunt utiles et usibus hominum necessarie. Hunc moderatum affectum qui habet, is profecto omnia abiicit citius, quam ut transgredi precepta Dei velit ; ad quod faciendum divitie sepe sollicitant et occasionem labendi praebent. Hinc est quod Paulus ait : « Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem et laqueum diaboli et desideria multa inutilia et nociva, quae mergunt hominem in interitum et perditionem. « Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes aberraverunt a fide et inseruerunt se doloribus multis »[2].

Secundum praeludium est compositio loci. Hic considerabis te 174
ipsum coram Deo et universa celesti curia stantem, et scire cupientem [151]
quod genus vite, quemve in ecclesia statum divina bonitas te sectari potissimum velit.

In tertio praeludio impetrabis opem et gratiam Dei, ut illud insti- 175
tutum maxime eligas, quod divine maiestati gratissimum et anime tue [152]
saluberrimum futurum sit.

In primo articulo considerabis quomodo prima societas affectum 176
suum erga opes partas expellere a se cupiat, ut pacem cum Deo inire [153]
et vitam aeternam consequi possit ; sed tamen differt de die in diem,

25 et ex] ut ex *ms.*

[1] Io. 11, 40.
[2] 1 Tim. 6, 9-10.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

et procrastinat usque ad extremum vite finem, ubi non omnibus datur penitentie locus et vere atque ex animo resipiscendi facultas ; idque iusto Dei iuditio, iuxta Augustini sententiam, agitur, quum hac animadversione punitur peccator, ut moriens obliviscatur sui, qui dum viveret oblitus est Dei ; vel quia propria id peccata meruerunt, vel ut proponatur aliis exemplum, vel etiam ut manifestetur gloria Dei, qui nulli iniuriam facit, quum nullius sit debitor, qui omnia gratis condonat, et quos damnat iuste damnat [105*r*].

177 [154] In secundo articulo contemplaberis secundam societatem sedulo eniti, ut affectum, quo divitias acquisitas prosequitur, propulset ac profliget ex animo, sed ita ut divitias ipsas relinquere nolit, nec illum statum eligere ad quem Deus illos vocat, sed qui ipsis maxime arrideat, quasi vero Deus ad eos, non illi ad Deum accedere debeant, aut quasi aequum sit ut divina voluntas illorum voluntati, potius quam ipsorum voluntas divine accommodetur.

178 [155] In tertio articulo considerabis quemadmodum tertia societas modis omnibus enitatur omnem affectum erga divitias ex animo pellere, libentissime opes ac divitias et omnia temporalia bona relictura, si id ad gloriam Dei et salutem suam conducturum sciat ; interim summam operam navans, ut cognoscat quid potissimum facto opus sit, sic possidens divitias tanquam si non possideat, sic utens hoc mundo tanquam si non utatur[3], nil amplius desiderans quam ea ad quae [...][4].

---

[3] 1 Cor. 7, 31.

[4] Sic interrumpitur textus. Vide supra pp. 510, 512.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

TEXTUS MARTINENSIS (= *M*)
1543

EDITIO : H. PINARD DE LA BOULLAYE, *Un nouveau texte du Bienheureux Pierre Lefèvre sur les Exercices de Saint Ignace*, in *Revue d'ascétique et de mystique*, 22 (1946) 253-275. Introductio et editio integra textus.

BIBLIOGRAPHIA. A. AMPE, *A propos du codex Martinensis*, in RAM, 35 (1959) 329 ; CALVERAS, *Estudios sobre la redacción de los textos latinos ...*, in AHSI, 31 (1962) pp. 40-46 : *La copia de Lovaina* ; DALMASES, *Los estudios del P. Calveras sobre el texto de los Ejercicios*, in *Manresa*, 37 (1965) p. 401 ; LARRAÑAGA, *San Ignacio de Loyola. Estudios sobre su vida, sus obras, su espiritualidad*, p. 144.

Introductio

1. *Textus* Martinensis (= *M*) servatur in Archivo S. I., Les Fontaines, Chantilly (Oise) in Gallia, in codice miscellaneo signato : Ms. 8°-*318*, pp. 129-144. Numeratio paginarum inducta est a P. Pinard de la Boullaye. Vide *Codicum descriptiones*. Prout ibi diximus, hunc codicem et consequenter *Exercitiorum* textum in eo contentum, *Martinensem* vocamus ex eius origine, provenit enim e monasterio cartusianorum Silvae Sancti Martini (St. Martens-bos) in termino municipii St. Martens-Lierde, prope Grammont, in Flandria orientali. Pertinuit codex ad Martinum Van den Perre, professum et procuratorem dicti monasterii, ubi obiit a. 1623. In p. 1 legitur : « Desen boeck behoort toe heer marten vanden perre — brinct hem weder om gods wille », i. e. : « Liber hic pertinet ad Martinum Van den Perre, reddite eum illi amore Dei ».

Tempus declaratur in ipso textus titulo : « Sequuntur modi quidam sese ad virtutem disponendi exercendique in ea, per M. N. Petrum Fabri, sabaudianum, ordinis Iesu, suosque comites, Lovanii, anno 1543, familiariter quibusdam dictati ». Beatus Faber, dum se praeparabat ad iter via maris in Lusitaniam conficiendum, in morbum incidit, qui illum retinuit Lovanii, a mense octobri a. 1543 ad mensem ianuarium sequentis anni. E morbo convalescens, aliqua ministeria exercere valuit. Haec fuit occasio « dictandi ». haec *Exercitia*.

In codice distingui possunt quattuor sectiones. *Exercitia* inveniuntur in tertia. Constat duobus quaternionibus, quorum unusquisque quattuor paginas habet. Chartae « filigrana » habet inscriptum annum « 1548 », unde textus transcriptus est non multo tempore post dictum annum, scil. anno circiter 1550.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Textus desinit post expositam contemplationem de Incarnatione Domini. Utrum hoc loco finierit an folia aliqua deperdita fuerint, certo statui nequit. Fieri certe potest ut post hunc quaternionem alii sequuti fuerint. Tractatus de fide, qui *Exercitia* sequitur, incipit (p. 145) sine titulo et, ut videtur in medias res : « Fides quae nos christianos reddit non est vana res ». Argumenta tamen adsunt ad probandum re vera textum hunc integrum esse neque eius aliquid periisse. 1° In fine ultimae paginae adsunt signa ~ ~ ~ ~ quae indicare possunt finem operis. Etsi haec signa in eodem codice alias etiam reperiuntur, certe nullibi alias habentur in nostro textu *Exercitiorum*, etiamsi idem motivum, scil. complendi spatium remanens in ultima linea, habeatur in aliis paginis : 129, 130, 131, 136, 139, 143. — 2° In n° [105], ubi proponitur forma pro contemplationibus sequentibus, vitatur formula « in hac hebdomada », quam habet Versio prima, et mutatur in : « in his contemplationibus vitae et mortis Christi ». Signum est haec *Exercitia* non divisa fuisse in hebdomadas, sed continuisse tantum aliqua eorum elementa. — 3° Ultima contemplatio habet titulum : « De Incarnatione Iesu Christi et de tota vita et morte eiusdem Iesu, etc. » De facto exponitur tantum mysterium Incarnationis, sed titulus generalis indicare videtur hoc mysterium proponi tamquam forma quaedam seu exemplar ceterorum mysteriorum. Unde videtur valde probabile re vera beatum Favre, post hanc contemplationem nihil aliud suis exercitantibus lovaniensibus dictasse. Unde hic textus accommodabatur eis quibus tantum prima hebdomada et pauca elementa ex aliis tradebantur.

Ecce nunc *Exercitiorum* elementa quae textus Martinensis continet :

Principium et fundamentum (p. 129) ; Examen generale cum omnibus eius elementis et modo illud faciendi (p. 130-133). Inter peccata ore commissa includitur mendacium, quod in textu archetypo [38-41] non invenitur, nisi obiter tantum in additione facta a Polanco in textu *P2* [41]. Sequuntur decem « additiones » (p. 133-135), omissis motivis pro paenitentia facienda.

Sequuntur quinque exercitia primae hebdomadae, incipiendo a secundo, de peccatis propriis, quod primo, de tribus peccatis, praemittitur. Tertium exercitium ex tertio (repetitione) et quarto (compendio) conflatur [63-64], unicuique eorum dimidiae horae tempus assignando. Quartum exercitium est de inferno [65]. Quinto loco ponitur meditatio de morte et iudicio, quae in textu archetypo non adest.

Post quinque exercitia primae hebdomadae, venit « Meditatio de vocatione regis temporalis, quae ducit ad contemplandam vitam regis aeterni » (p. 141-142) et meditatio complexiva de vita et morte Christi (p. 143-144), in qua tamen, ut diximus, exponitur tantum mysterium Incarnationis Domini. Ita clauditur textus, nullo addito, nisi forte, ut diximus, nonnullae eius paginae amissae sunt.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

2. *Labor accommodationis textus M*

Labor accommodationis in textu Martinensi simplicior est quam in Helyare et Coloniensi; aliis verbis, hic textus propius sequitur vestigia textus archetypi. Elementa a Fabro dictata, generatim integre et fidelitur ex hoc textu desumuntur. Quandoque textus in compendium redigitur; saepius brevis quaedam glossa vel practica annotatio superadditur ad exercitantem dirigendum. En tibi exempla:

Quonam modo venialiter peccetur in prava cogitatione ab extrinseco veniente [35], melius videtur exprimi in *M* quam in *P*. Vide comparatos textus:

M [p. 130]	*P*
Duo sunt modi peccandi venialiter: primum, cum eadem cogitatio peccandi mortaliter advenit, cui praebet homo aures et in ea aliquantulum remoratur; secundus modus peccandi venialiter est, quum ex praedicta mora in tali cogitatione facta et ex negligentia habita in expellendo eam, homo prorumpit in vel percipit aliquam sensualem delectationem; et hoc est peccatum maius primo, veniale tamen est.	Venialiter peccatur, quando eadem cogitatio peccandi mortaliter advenit, cui praebet homo aures et in ea aliquantulum remoratur, vel recipit aliquam sensualem delectationem; vel quando intervenit aliqua negligentia in expellendo talem cogitationem.

In meditatione de tribus peccatis, puncta multo breviora sunt quam in *P*. Omittitur ibi declaratio de natura duorum praeambulorum, scil. compositionis loci [47] et petitionis [48], deque modo ea aptandi diversis argumentis. In meditatione de inferno meditari facit « interne » poenas damnatorum [66-69]. In colloquio [71] expositio trium generum damnatorum substituitur aliis considerationibus et affectibus: « confitendo cum dolore ... ».

Exempla glossarum seu additionum sunt quae sequuntur. Verba italice expressa absunt a textu *P*.

In modo faciendi examen generale [45]: « Quartum est petere veniam a Domino Deo de defectibus ***et negligentiis*** commissis ». « Quintum est proponere emendationem cum gratia ***et auxilio*** Dei ». Ad calcem commendatur ut examen fiat bis in die ***si possibile est.***

In secunda additione [74], praxis in mentem revocandi « quando evigilas » argumentum meditationis commendatur, ***ut excutias omnem pigritiam.***

In additione septima [79] datur ratio cur obscuritas quaerenda sit: « scilicet ut ipsa obscuritas iuvet et provocet me ad tristitiam et dolorem de peccatis meis ».

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

In additione 10ª [84], ubi agitur de subtrahendo a somno convenienti et necessario, additur in margine : « Hec sane intelligantur ».

Subiungimus nonnullos locos in quibus *M* est independens ab omnibus aliis textibus : [63] « internum dolorem », pro « sensum », quod habent *H C P1 P2* ; « et secundum Deum ordiner », pro « me ordinem », quod habent, cum Autographo, *H C P1 P2*. — [66] Omittit in fine clausulam « quasi corporibus igneis alligatas », quam habent *H* et *C* ; « in corporibus igneis detentae », quod habent *P1 P2*. — [70] post : « ignis tangit et comburit animas » addit : « et post iudicium corpora simul ». — [71] Integrum colloquium in compendium redigitur. Post illud sequitur exercitium de meditatione mortis, quod abest a reliquis textibus antiquissimis. — [98] Post oblationem, addit : « imo, quod perfectius esset, iuramento imitari et voto religionis se ad hoc restringere ». — [104] « sequar *vicinius* ».

Mutationes habentur in orationibus ad finem colloquiorum recitandis. Assignatur unum Pater et Ave duobus primis exercitiis de peccatis, in meditatione mortis, quae clauditur triplici colloquio. Secundum colloquium ad Christum finit dicendo : « Anima Christi vel Credo ». Exercitium de Regno Christi terminatur recitatione unius « Pater noster ».

Transitiones quarum ope exercitia inter se connectuntur, sunt praecipuae notae quae hunc textum ab aliis distinguunt. Clare indicant traditionem oralem textus cuiusdam dictati. Doctrina de peccatis cogitatione commissis [33] his verbis incipit : « Considerandum est quod in cogitationibus possumus mereri, et peccare venialiter, et possumus in eis peccare mortaliter ». Idem dicitur de peccatis ore patratis : « Possumus peccare in verbis vel iurando, vel otiose loquendo, vel murmurando, vel mentiendo ». In meditatione peccatorum, ante punctorum expositionem conspectus praebetur eorum quae facienda sunt « ad praeparandum animum ante contemplationem ». Indicationem de modo illud peragendi praemittitur tertio exercitio (p. 139). Gressus ab exercitiis primae hebdomadae ad secundam (etiamsi, ut diximus, in *M* non fit sermo de « hebdomadibus ») fit ope huius transitionis : « Et sic fit exercitium purgativum et sequitur ornativum per virtutes seu ornativa quaedam » (p. 141).

Si nunc quaeratur quibusnam exercitantibus *Exercitia* haec accommodarentur, dicendum est agi de iis quibus tradenda esset prima hebdomada tantum, cum meditatione complexiva de vita Christi.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

3. *De statu textus Exercitiorum.*

Codex Martinensis nobis refert *Exercitiorum* textum qui tempore sequitur textum Helyaris (a. 1535) atque etiam, ut videtur, Coloniensem (c. 1538 ?), praecedit autem Versionem primam, etiam in huius priore redactione, a. 1541 factam. Hoc apparet ex eius comparatione cum his textibus. Habet lectiones communes cum Helyare (*H*) et Coloniensi (*C*). Aliae illi communes sunt cum Versione prima (*P1*), et quidem ante correctiones huic appositas. E contra, quandoque videtur emendatus post correctam alteram redactionem Versionis primae (*P2*). Raro cohaeret cum Versione prima contra Coloniensem. Saepe est independens ab omnibus aliis textibus, quod indicat, beatum Fabrum, dum textum Martinensem dictabat, solitum esse unum aut alterum verbum addere vel mutare, nonnulla in compendium redigere. Res mira : in quibusdam locis Martinensis accedit ad Vulgatam, post omnes allatos textus redactam, quod nobis indicat Vulgatam non e textu Versionis primae elaboratam esse, sed ex alio, qui lectiones habebat similes lectionibus Martinensis. De his rebus en tibi nonnulla exempla :

M cohaeret cum H. [62] *M H* : « sensi » ; in *P1* Ignatius correxit in « habuerim ». — [75] *M* : « faciam coram eo humiliationem quamdam et reverentiam ». *H* : « faciam coram eo genuflexionem quamdam seu humiliationem ». *P1 P2* : « et coram eo humiliter genua flectam ». — [79] *M H* : « fugere claritatem » ; *P1 P2* : « privare me claritate ». Totus hic numerus praebet redactionem similem textui *H*, valde diversam a *C*. — [92] *M H* : « considerare ante me regem » ; *P1 P2* : « coram me ». — [92] *M H* : « subiiciuntur » ; *P1 P2* : « subduntur ».

M cohaeret cum C. [53] *M C* : « Vita aeterna voluit temporaliter mori pro peccatis » ; *P1* : « aeternus voluit temporaliter mori ». — [103] *M C* : « magnam capacitantem ac planitiem » ; *H P1* : « planitiem » ; *P2* : « capacitatem, superficiem ».

M cohaeret cum H et C. [51] *M C* : « penituerint » ; *H* : poenituerunt » ; *P1* : « poenitentiam egerint ». — [63] *M H C* : « deordinationem » ; *P1 P2* : « inordinationem ». — [70] *M H C* : « qualiter » ; *P1 P2* : « quomodo ». — [93] *M H C* : « voluntas mea est » ; *P1 P2* : « voluntatis meae est ». — [94] *M H C* et *P1* ante corr. « talis regis » *P2* : « ipsius regis ». — [98] : *M H C* : « in talem vitam ac in talem statum » ; *P1 P2* : « in talem vitae statum ».

M cohaeret cum P1 ante huius correctionem. [78] « solatii », verbum correctum in « gaudii » in *P1*. — [84] « somnus conveniens et necessarius », in *P1* lin. 34, verbum ***et necessarius*** deletum est. — [85] « Tertium est circa mortificationem et castigationem carnis » ; in

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

P1 verbum ***mortificationem et*** deletum est. — [57] « esto quod non fuisset prohibitum »; in *P1* corr. in: « etiam si ... ». — [58] « quam parum sim », emendatum in *P1* in: « quid sim ». — [94] « in toto universo », *H C P1*: « apud totum universum », quae verba in *P1* mutata sunt, primum in: « per totum mundum », postea in: « omnes ». — [102] « quapropter mittitur archangelus ». In Autographo et *P1* additum est: « ubi venit plenitudo temporis ».

M cohaeret cum P1 et P2 contra C. [23] *M P1 P2*: « et ita de aliis consequenter ». *C* omittit « consequenter ».

M videtur emendatus post correctiones inductas in Versione prima P2. Vide casum in quo *M* ante correctionem, cohaerebat cum *P1*, postea cum *P2*:

[42] *M* post correct.	*P1*	*P2*
Ad mandata autem superiorum reducuntur etiam diplomata Pontificum	Mandata autem superiorum intelligo, ut sunt diplomata Pontificum ...	Ad mandata autem superiorum reduci possunt diplomata Pontificum ...

M sequitur redactionem affinem textui Vulgatae. [65] « saltem timor poenarum me ***coërceat*** ». Verbum « coërceat », quod invenitur etiam in Vulgata, additum est in *M* supra verbum: « adiuvet », hoc non deleto. Nos in textu adhibemus « coërceat », utpote ultimum a librario transcriptum, vel a Fabro dictatum.

In meditatione de Regno Christi, oblatione eorum qui desiderabunt insignes fieri [97] sequentes formulae adhibentur a textibus:

M: « ***libenter et sponte*** offerent se totos huic labori ».
A: « ofrecerán todas sus personas al trabajo »
P1: « offerent se ipsos labori »
V: « neminem fore qui non ***cupidissime*** Christi servitio se totum offerat »

Adverbia « libenter et sponte » textus *M* similitudinem quandam habent cum « cupidissime » Vulgatae.

In petitione contemplationis de Incarnatione [104] legimus:

M: « ... interiorem cognitionem huius mysterii, scilicet quod pro me aeterus Deus sit factus homo mortalis, ad hoc ut illum ardentius diligam et sequar ***vicinius*** ».

A: « conocimiento interno del Señor, que por mí se ha hecho hombre, para que más le ame y le siga ».

P1: « ... interiorem cognitionem huius rei, quod pro me Dominus humanitatem assumpserit, ut ego ardentius illum diligam ac sequar ».

V: « ... ut intime cognoscam quo pacto Dei Filius mei causa sit homo factus, ut ardentius ipsum amem et abhinc sequar ***studiosius*** ».

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Praeter adverbia « vicinius » (*M*) et « studiosius » (*V*) quibus carent *A* et *P1*, nota formam vertendi verba « se ha hecho hombre », eandem esse in *M* et *V*: « sit factus homo », differre autem a *P1*: « humanitatem (*corr. ex* hominem) assumpserit ».

Quodammodo etiam *M* accedit ad Vulgatam in modo incipiendi oblationem Exercitii de Regno Christi [98], prout alibi iam exposuimus (vide p. 97).

Textus

[p. 129]

SEQUUNTUR MODI QUIDAM SESE AD VIRTUTEM DISPONENDI EXERCENDIQUE IN EA PER M[AGISTRUM] N[OSTRUM] PETRUM FABRI, SABAUDIANUM, ORDINIS IESU, SUOSQUE COMITES, LOVANII, ANNO 1543, FAMILIARITER QUIBUSDAM DICTATI

Exercitia spiritualia ad hoc quod quisque seipsum vincat, et ordinet suam vitam absque affectione aliqua inordinata. 1 [21]

Principium et fundamentum est considerare quod homo est creatus ad laudandum Deum et ei exhibendum obsequium et reverentiam, et ad salvandum animam suam. Reliqua autem omnia super terram existentia creata sunt ad hoc ut hominem iuvent ad prosequutionem finis *ad* quem conditus est. 2 [23]

Ex his conficitur quod homo eatenus rebus creatis debet uti, quatenus eum ad finem suum iuvant; et eatenus ab his abstinere, quatenus eum ad finem impediunt.

Quocirca opus est ut simus indifferentes ad omnia creata, in quantum concessum est libertati nostrae et non prohibitum; ita quod ex parte nostra nolimus plus sanitatem quam aegritudinem, divitias quam paupertatem, honorem quam opprobria, vitam prolixam quam brevem, et ita de aliis consequenter, sed solum optemus et eligamus ea quae magis ducunt ad finem propter quem creati sumus.

Examen generale conscientiae ad animum purgandum et rectius peccata confitendum. 3 [32]

Supponendum est tres esse in homine cogitationes. Una est propria et intrinseca, quae scilicet ex hominis libertate procedit. Reliquae autem duae prodeunt ab extrinseco; altera scilicet a bono spiritu,

2-3 sabaudianum, ordinis Iesu *corr. ex* lusitanum iesuitam || 9 *post* suam *del.* his mediis, *quae habet P* || 11 ad *sup. lin.* || 12 conficitur *P1*, fit *P2* || 13 eatenus] eatenusque *P1 ante corr.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

altera vero a malo. [130] Sciendum quod in cogitationibus possumus mereri et peccare venialiter, et possumus in eis peccare ***mortaliter***.

4 Duo sunt modi merendi circa cogitationes ab extrinseco venien-
[33] tes : exempli gratia, adveniente aliqua nova cogitatione committendi aliquod peccatum, praemium meretur quis, cum illi cogitationi in
[34] promptu resistit et vincit eam. Secundus modus merendi est, cum mihi surrepit eadem mala cogitatio et ego ei resisto ; et ea iterum atque iterum veniente, ego semper resisto, quousque cogitatio victa recedit ; et hic modus secundus est maioris meriti quam primus.

5 Duo sunt modi peccandi venialiter : primus cum eadem cogitatio
[35] peccandi mortaliter advenit, cui praebet homo aures, et in ea aliquantulum remoratur. Secundus modus peccandi venialiter est, quum ex predicta mora in tali cogitatione facta et ex negligentia habita in expellendo eam, homo prorumpit in, vel percipit, aliquam sensualem delectationem ; et hoc est peccatum maius primo, veniale tamen.

6 Duobus item modis peccatur mortaliter in cogitationibus. Primus
[36] est cum homo praebet consensum tali cogitationi cum voluntate deliberata, ut eam opere exequatur statim ut consentit, si possit, paratus est. Secundus est cum opere completur illud peccatum, et hoc est gravius ob tres rationes : prima ob maius tempus ; secunda ob maiorem intentionem ; tertia ob damnum plurium personarum quod quandoque sequitur. [131]

De verbo

7 Possumus peccare in verbis, vel iurando, vel murmurando, vel
[38] ociose loquendo, vel mentiendo.

Non est iurandum per Creatorem vel per creaturam, nisi ad id accesserint veritas, necessitas et reverentia. Necessitas tunc intervenit, non quando firmatur iuramento, sed cum causa illic est alicuius momenti circa utilitatem animae vel corporis, vel bonorum temporalium. Reverentiam intelligo, assumendo nomen Creatoris Domini sui, considerate et prudenter reveretur illud ut par est.

8 Est advertendum quod, licet vere iurando magis offendamus
[39] citra necessitatem iurando per Creatorem quam per creaturam, est tamen difficilius debite iurare cum veritate, necessitate et reverentia per creaturam quam per Creatorem, idque ob rationes sequentes :

---

27 mortaliter *corr. ex* venialiter || 28 *post* modi *del.* peccandi || 30-31 in promptu] prompte *P1 P2* || 43-44 consentit — paratus est. *Interpunctio difficilis. In ms. habetur tantum una virgula, post verbum* consentit. *P1 habet* : tali cogitationi, ut eam opere exsequatur statim ut consentit, vel ad eam exsequendam, si posset. *P2* : consensum cogitationi criminis quacumque ratione. *A* : la primera es, quando el hombre da consentimiento al mal pensamiento, para obrar luego, así como a consentido, o para poner en obra si pudiese || 46 intentionem, *sic pro* intensionem ; intensión *A* || 53 causa illic] causa illa *P1 P2* || 57 vere] vane *P* vano juramento *A*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Prima, cum volumus iurare per creaturam aliquam, [velle nominare creaturam] non reddit ita attentos ad veritatem dicendam vel eam cum necessitate affirmandam, sicut velle nominare Creatorem omnium. [39b]

Secunda est, quia iurando per creaturam non est [tam] facile exhibere reverentiam et honorem Creatori, sicut iurando per ipsummet Deum; quia velle nominare Dominum Deum fert secum maiorem reverentiam, quam velle nominare creaturam; ob idque magis conceditur perfectis iurare per creaturas quam imperfectis; quia perfecti, per assiduam contemplationem et illuminationem intellectus, considerant et meditantur melius Dominum Deum nostrum in quavis creatura esse per essentiam, praesentiam et potentiam, et ita, in iurando per creaturam, sunt magis apti ac dispositi ad exhibendam reverentiam Creatori et Domino, quam imperfecti. [39c]

Tertia est, quia in assiduis iuramentis per creaturam, timenda est magis idolatria in imperfectis quam in perfectis. [132]

9 Non est dicendum aliquod verbum ociosum. Ociosum autem intelligo quando nec mihi nec alteri prodest, nec ad talem intentionem ordinatur. Ita quod loqui de omni re utili vel ordinata, ***tali intentione*** ut sit utilis animae propriae vel alienae, vel corpori, vel bonis temporalibus, nunquam est ociosum, ut si quis loquatur de rebus non pertinentibus ad statum suum, veluti si religiosus quispiam de bello vel de mercimoniis; in omnibus igitur praedictis est meritum, si ordinantur ***ad bonum finem***, et peccatum, si male, vel vane quis loquatur. [40]

10 Non est dicendum aliquid in diffamationem alterius vel minorationem, quia si ego revelo peccatum mortale alterius non publicum, pecco mortaliter; si veniale, venialiter; si defectum, in me defectum esse ostendo. Cum intentione tamen sana, duobus modis potest quis sine peccato loqui de peccato vel defetu alterius: [41]

Primus est, cum peccatum est publicum, sicuti est de peccato meretricis publicae, vel de sententia in iudicio lata, vel de publica haeresi inficiente [animas].

Secundus est, quum peccatum occultum revelatur alicui, ad hoc quod iuvet alium ad resurgendum a peccato, modo tamen habeat coniecturas aliquas seu probabiles rationes quod poterit eum iuvare.

11 Non est mentiendum. Triplex est mendacium. Primum est perniciosum, et hoc semper est mortale peccatum. Secundum est officiosum. Tertium est iocosum.

61-62 velle nominare creaturam *ex P* || 64 tam *ex P* || 69 per *sup. lin., deletum post* assiduam || 78 Ita quod, *ut P1*; itaque *P2* || 78-79 tali intentione *sup. lin. corr. ex* ad hoc || 83 ad bonum finem *corr. ex* bene ordinantur || 85 minorationem] murmurationem *P*, murmuran *A* || 92 animas *ex P*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

12 De opere

[42] Ad cognoscendum peccata, quae sunt in operibus vel omissionibus operum, tria genera peccatorum sunt notanda et bene examinanda, scilicet: primo circa decem Dei praecepta Dei, praecepta Ecclesiae et superiorum mandata. Omne opus quod quis exequitur contra aliqua horum trium, iuxta maiorem vel minorem qualitatem, est maius aut minus peccatum.

Ad mandata autem superiorum *reducuntur etiam* diplomata pontificum, indulgentiae pro pace concilianda, quae conceduntur confessis et communicatis, quia non parum peccat quis faciendo contra tam pias commendationes et exhortationes. [133]

Item alia sunt praecepta, ad quae quis obligatur ratione sui status, officii, dignitatis, voti, professionis vel alterius particularis mandati suorum superiorum.

13 Modus faciendi examen generale

[43] Continet in se quinque puncta.

Primum punctum est agere gratias clementissimo Deo pro omnibus beneficiis receptis.

Secundum est petere gratiam ad cognoscendum peccata et expellendum ea.

Tertium est petere ab anima rationem ab hora in horam ex quo surrexit usque ad praesens examen, seu ab alio spatio temporis in aliud; et primo de cogitatione, secundo de locutione, tertio de opere, eodem ordine quo dictum est in examine *generali*.

Quartum est petere veniam a Domino Deo de defectibus et negligentiis commissis.

Quintum est proponere emendationem cum gratia et auxilio ipsius Dei. Et haec fiant bis in die, si possibile sit.

In fine Pater noster.

14 Additiones quibus commodius fiunt exercitia

[73] Prima est, nocte, priusquam incipiam dormire, cogitare qua hora debeam surgere, revocando ad memoriam exercitium quod sim facturus.

---

6 Ad mandata — reducuntur etiam *corr. ex* Mandata autem superiorum intelligo, ut sunt ... *habet P1*; Ad mandata autem superiorum reduci possunt *P2* 9 *post* exhortationes ... *addit*: seu eas aspernando 13 examen generale. *Scriba male correxit* generale *in* particulare. *Suum errorem infra lin. 22 emendavit. Nos retinemus* generale *prout res postulat. Textus hic de examine particulari non agit*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Secunda, cum primum evigilavero, non dare locum extraneis 15
cogitationibus, sed statim [advertere] ad id quod contemplaturus sum, [74]
provocando me ad erubescentiam et confusionem ob tam multa pec-
cata mea, et ad id adducens exempla; veluti si nobilis quispiam esset
coram rege suo et universa eius curia, erubescens et confusus quod
regem nimium offenderit, a quo prius multa dona et gratias acceperat.

Hoc fiet cum surgis media nocte. Similiter mane, quando evigi-
las, ut excutias omnem pigritiam, cogita te pravum peccatorem, consi-
dera te quasi reum cathenis ligatum, et euntem ut compareas in
conspectu summi regis et iudicis, considerando quam *confusi sunt*
rei carceribus et cathenis detenti et morte digni, apparentes coram
iudice temporali. Haec et similia cogitabis, dum indueris [134].

Tertia est, uno vel duobus passibus ante locum, ubi contemplatu- 16
rus sum, stabo paulisper, et elevata sursum mente, considerabo quod [75]
Dominus noster me respicit, et faciam coram *eo* humiliationem quam-
dam et reverentiam, et accedam ad contemplationem.

Quarta, initium contemplationis *potest* fieri, nunc prosternendo 17
se, nunc supinus, nunc sedens, nunc stans, modo his mutatio- [76]
nibus semper queratur devotio. Ubi duo nota: primo, quod si
devotionem habuero genibus flexis, illo modo manebo; idem, si pro-
stratus; secundo, quod in eo puncto contemplationis quiescam in quo
devotionem invenero, et non habebo anxietatem vel curam ultra pro-
cedendi in exercitio, quousque in illo puncto satier, et reliqua puncta
discurram alias.

Quinta, post finitum exercitium, sedens vel deambulans, respi- 18
ciam qualiter me habuerim in contemplatione, et si male, respiciam [77]
causam unde procedit, et dolens proponam deinceps emendationem;
si vero bene me habuerim in exercitio facto, agam Deo gratias, et
deinceps faciam eodem modo contemplationem.

Non cogitare, *quando contemplatio fit de peccatis*, de rebus laetis; 19
quia ad sentiendum dolorem vel lachrimas de peccatis impedit quae- [78]
vis consideratio solatii; quare utilius est proponere me velle dolere
et poenam sentire de peccatis meis, reducendo ad memoriam iudicium,
infernum, mortem, vel aliquid simile.

Fugere claritatem, claudendo fenestras ad eundem finem, scilicet, 20
ut ipsa obscuritas iuvet et provocet me ad tristitiam et dolorem de [79]
peccatis meis, excepto tempore recitandi officium, legendi et pran-
dendi, etc. [135]

---

33 advertere *ex P* || 41 confusi sunt *add sup. lin.* || 46 eo *sup. lin.* || 48 potest *corr. ex* debet || 49 *supra primum* nunc *del.* vel; *coniunctio* vel *non deleta additur supra* nunc sedens, nunc stans, *adverbio* nunc *non oblitterato* || 54 quousque in illo puncto satier] quousque in illo satier *P1 ante correctionem*; quousque animae meae satisfiat *P1 post corr. Salmeronis* || 61 quando — peccatis *add. sup. lin.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

21 Cohibere risum et *non* proferre verba ad risum provocantia.
[80] Cohibere visum, nec respicere faciem alterius, *nisi* cum primum
22 eum salutas, vel ultimo ei dicis vale.
[81] Penitentia dividitur in externam et internam. Interna est dolor
23 de peccatis cum firma deliberatione ea iterum vel alia non admittendi.
[82] Externa, quae fructus est internae penitentiae, est punitio peccatorum commissorum, quae praecipue circa tria attenditur.
24 Primum, circa cibum et potum. Qua in re, si auferas superflua,
[83] non est penitentia sed temperantia. Penitentia tunc est, quando de convenienti et necessario cibo aliquid nobis subtrahimus, et quo plus subtrahimus eo melius, dummodo non corrumpatur subiectum, vel [in] notabilem infirmitatem homo incidat.
25 Secundum, circa somnum, in quo etiam non est poenitentia sub-
[84] trahere superflua lecti delicati et mollis ; sed poenitentia est quando etiam subtrahitur de convenienti somno, et quo plus eo melius, modo non corrumpatur [subiectum, vel incidat in notabilem infirmitatem, vel subtrahatur] somnus conveniens et necessarius ; nisi quispiam nimium somnolentus habitu vitioso premeretur ; nam tunc ad alterum contrarium extremum deberet declinare, ut tandem perveniret ad medium.
26 Tertium est circa mortificationem et castigationem carnis, affli-
[85] gendo illam dolore sensibili, qui infertur quando portamus cilicia, funes vel vectes ferreos, vel carnem flagellamus, vel aliis modis illam affligimus. Inter haec commodius videtur penitentem ita affligere carnem suam dolore sensibili, ut tamen non penetret nec subintret ossa, sed causet dolorem et non infirmitatem. Cui rei nihil videtur convenientius, quam funiculis minutis flagellare carnem, quia inferunt dolorem exterius et non causant infirmitatem notabilem interius. [136]

27 MEDITATIO PECCATORUM CONTINET, POST TRIA PRAEPARATIVA,
[55] QUINQUE PUNCTA EXERCITII INTERIORIS ET UNUM COLLOQUIUM

Tria debent fieri ad praeparandum animum ante contemplationem.

28 Primum est oratio praeparatoria, in qua petenda est gratia a Domino nostro ad hoc, ut omnes meae intentiones et actiones pure ordinentur in obsequium et laudem suae divinae maiestatis.

29 Secundum est videre locum ubi es. Hic autem erit videre oculo imaginationis animam corpori corruptibili tanquam carceri inclusam,

---

70 non *sup. lin.* | 71 nisi *sup. lin.* || 79 *In margine* : hec sane intelligantur || 81 in *ex P* | 85-86 subiectum — subtrahatur *ex P* | 3 ad hoc ut *ut P1* ; ut *simpliciter P2*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

et totum compositum ex anima et corpore in hac valle miseriae inter bruta animalia exulare.

Tertium est petere quod opto. Petitio autem debet congruere subiecte materie. Hic ergo petenda est contritio, verecundia et confusio meiipsius, considerans quam multi damnati sint ob unicum peccatum mortale, et quoties ego merui in aeternum damnari ob tot mea peccata. **30**

Quinque puncta exercitii ad contritionem assequandam.

Primum est reducere ad memoriam omnia peccata vite mee, discurrendo de anno in annum, vel de tempore in tempus. Ad quod tria potissimum iuvant: primo, respicere locum vel domum in qua habitavi; 2º, respicere conversationem et familiaritatem quam cum aliis habui; 3º, respicere officium vel artem vivendi quam exercui. **31** [56]

Secundum est ponderare peccata, respiciendo deformitatem et malitiam quam quodlibet peccatum mortale in se continet, esto quod non fuisset prohibitum specialiter lege divina. **32** [57]

Tertium est cogitare quisnam ego sum qui peccavi, adducendo exempla ad hoc ut diminuam meipsum: [137] primo, cogitando quam parum sim ego in comparatione omnium hominum; 2º quam parum sint omnes homines huius mundi respectu omnium angelorum et sanctorum coeli; 3º cogitando quam parum sit omnis creatura respectu Dei; quid ergo erit de me solo?; 4º cogitando omnem corruptionem et deformitatem meam corpoream; deinde, quantum ad animam, respicere meipsum quasi vulnus et apostema, unde tot pullularunt peccata et tot iniquitates. **33** [58]

Quartum punctum est considerare quis sit Deus, contra quem peccavi, considerando ipsum secundum sua divina attributa, et comparando illa suis oppositis in me, scilicet, suam omnipotentiam meae impotentiae, suam sapientiam meae ignorantiae, suam bonitatem meae malitiae, et sic consequenter de sua liberalitate et aliis. **34** [59]

Quintum punctum est facere exclamationem quamdam admirativam, quae ex magno affectu procedat, discurrendo per omnes creaturas, et admirando quomodo me permiserint vivere et in vita conservaverint; admirando item quomodo angeli, qui sunt gladius divine iustitie, me sustinuerint; sancti etiam quomodo mei fuerint intercessores apud Deum; coeli, sol, luna, stelle, elementa, fructus, aves, pisces, animalia, quomodo me conservaverint; terra quomodo non est aperta ut me absorberet et puniret offensam Creatoris sui. **35** [60]

Colloquium demum fiet agendo gratias Domino, quod concesserit mihi hactenus vitam, ut eam possim deinceps corrigere mediante sua gratia; et ita firmiter proponam emendationem. **36** [61]

In fine dicatur Pater noster, Ave Maria.

Secundum ad dolendum de peccatis exercitium utile fuerit.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

37 [45] MEDITATIO CIRCA PECCATUM LUCIFERI, ADAE ET CUIUSVIS DAMNATI, continens post praeparationes (ut supra in primo exercitio contritionis dictum est) tria praecipua puncta et unum colloquium. [138]

38 [50] Primum est exercere tres potentias animae super peccatum Luciferi et sociorum eius, *volendo* memorari eius et intelligere ad maiorem meam confusionem, comparando unico peccato angelorum mea tam multa scelera, considerando quoties ego ob illa in infernum descendere meruerim, cum illi ob unicum corruerunt; consequenter discurrendum cum intellectu, et movendi sunt magis affectus voluntatis.

39 [51] Secundum est exercere easdem potentias circa peccatum Adae et Evae, reducendo ad memoriam qualiter *ob* tale peccatum per tantum tempus penituerint, et quanta corruptio sequuta est exinde in omne genus humanum; demum reflectendo ad meipsum, visis et consideratis innumeris defectibus et peccatis meis.

40 [52] Tertium punctum est exercere easdem potentias animae circa peccatum cuiusvis, qui ob unicum mortale est damnatus, et aliorum sine numero, qui iam sunt damnati ob pauciora peccata quam mea. Discurrendum est hic cum intellectu et finiendum cum actibus voluntatis, reflectendo omnia ad meipsum, et comparando mea multa peccata ad unumquodque istorum praedictorum.

41 [53] Sequitur colloquium pro secundo exercitio.

Colloquium in fine fiat imaginando Christum Dominum coram me crucifixum, qualiter Creator exinanivit se ut homo fieret, et vita aeterna voluit temporaliter mori pro peccatis. Idem faciam considerando e contra meipsum, quid fecerim pro Christo, quid iam faciam, et quid debeam facere pro Iesu Christo, pro me crucifixo et mortuo, et ita videns illum pendentem in cruce, discurrere per ea quae sese obtulerint meae devotioni.

In fine Pater noster, Ave Maria. [139]

42 [62] TERTIUM EXERCITIUM EST REPETITIO PRIMI ET SECUNDI in dimidio horae, faciendo tria colloquia sequentia in altero dimidio horae. In primo dimidio horae faciam repetitionem primi et secundi exercitii, notando et moram faciendo in punctis illis in quibus maiorem consolationem, vel desolationem, vel maiorem gustum spiritualem sensi. Postea faciam tria colloquia, modo sequenti:

43 [63] Primum colloquium *fiet* ad Dominam meam, ut obtineat mihi gratiam a Filio suo ad tria: primo, ut habeam internum dolorem peccatorum meorum et integrum eorum odium; 2º ut sentiam deordinationem mearum operationum, quatenus, meipsum habens odio,

---

54 volendo *sup. lin.* || 60 ob *sup. lin.* || 85 fiet *corr. ex* fit

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

corrigar, *et secundum Deum ordiner*; *3º ut perspecta et damnata pravitate mundi*, illum horrens, vana et mundana repellam. In fine Ave Maria.

Secundum colloquium fiet eodem modo ad Filium Dei, Christum Iesum, ut ipse obtineat mihi a Patre suo eterno illa eadem tria predicta. In fine dicam Anima Christi, etc.

Tertium colloquium fiet ad Patrem eodem modo, ad hoc ut ipsemet aeternus Dominus illa eadem tria mihi concedat. In fine dicam Pater noster.

Repetitio haec praedicta in primo dimidio horae fiat, ut intellectus *discurrere possit* assidue, absque divagatione, reminiscendo contemplata in aliis duobus praeteritis exercitiis. **44** [64]

QUARTUM EXERCITIUM EST MEDITATIO INFERNI **45**

Tria ad praeparandum se: primo, oratio sit eadem quae solita est dici praemittenda. [65]

Secundum, videre locum, hoc est, imaginari longitudinem, latitudinem et profunditatem inferni, locum supra modum horribilem.

Tertium, petere quod volo, quod hic erit petere internam cognitionem penae quam ibi patiuntur damnati, quatenus, si ob peccata mea oblitus fuero amoris aeterni Domini, saltem timor poenarum me *coërceat*, ne amplius in peccatum incurram. [140]

Quinque puncta huius exercitii, et colloquium unum. **46**

Primum est considerare et interne sentire penas oculorum, quas ibi patiuntur damnati, et oculo imaginationis videre ingentem ignem et animas quae ibi patiuntur. [66]

Secundum, considerare penas aurium, et interne sentire et audire planctus, eiulatus et blasphemias damnatorum contra Christum Dominum et sanctos eius. [67]

Tertio, contemplari poenas olfactus, imaginando sulphur, fumum et alia fetida et putrida. [68]

Quarto, contemplari gustus, et interne gustare amara que ibi gustant damnati, veluti tristitiam, lachrimas, vermem conscientiae et alia. [69]

Quinto, considerare poenas tactus, et perspicere qualiter ignis tangit et comburit animas, et post iudicium etiam corpora simul. [70]

---

89 et secundum Deum ordiner *sup. lin.* | ut perspecta — mundi *corr. sup. lin ex* et ad hoc deinde contemptum mundi, ad hoc quod || 99 discurrere possit *sup. lin corr. ex* discurrat || 9 coërceat *corr. sup. lin ex* adiuvet, *hoc verbo non oblitterato. P habet* adiuvet, *A* ayuda, *V* coërceat. *Unde lectio haec posita fuisse videtur in M ex influxu Vulgatae, vel textus huic similis*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

47 Colloquium demum fiet ad Christum, confitendo illi cum dolore
[71] qualiter homo *contemplans* sit dignus istis poenis ob sua peccata, magis quam multi qui iam cruciantur in illis ; et petam ab ipso veniam et tempus faciendi penitentiam et emendandi vitam. Tandem gratias agam Deo, quod non permiserit me mori in statu damnationis, sicut multi alii mortui sunt et quotidie moriuntur, et hactenus erga me tam pius et benignus exstiterit.

In fine Pater noster.

Quintum exercitium de meditatione mortis

48 Tria ad praeparandum se : primo, oratio solita ; 2º videre ubi es, nimirum in valle lachrimarum et miserie, ut supra ; 3º petere quod vis ; hoc erit ut supra, in exercitio potentiarum animae.

49 Quinque puncta huius exercitii. [141]

Primo, imaginari te esse in articulo mortis, et considerare te oportet quomodo relicturus vitam istam, divitias, honores et omnes vanitates et voluptates eius.

Secundo, considerare iudicium et rationem villicationis tue [1], quam redditurus es Domino Deo tuo.

Tertio, considerare accusatorem nostrum, scilicet, ipsum demonem accusantem nos.

Quarto, considerare sententiam quam daturus est iudex iustus, Iesus Christus Dominus noster, purus et rectus, qui reddet unicuique iuxta opera sua [2].

50 Quinto, facere tria colloquia. Primum ad Virginem Mariam, rogando ipsam ut obtineat mihi gratiam a Filio suo, ad hoc ut possim nunc ea operari, quae in articulo mortis vellem me fecisse, et ut caveam nunc ab illis, quibus immunis desiderabo tunc inveniri. In fine Ave Maria.

Secundum colloquium fiet ad Christum, ut eadem mihi obtineat a Patre suo aeterno. In fine dicendo Anima Christi vel Credo.

Tertium erit ad Patrem, humiliter orans ut ipse, pius et misericors Dominus, mihi eadem concedat. In fine Pater noster.

Et sic finit exercitium purgativum, et sequitur ornativum per virtutes seu ornativa quaedam.

---

25 contemplans *sup. lin.*

---

[1] Lc. 16, 2.
[2] Mt. 16, 27.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

MEDITATIO DE VOCATIONE REGIS TEMPORALIS, QUAE IUVAT AD CONTEMPLANDAM VITAM REGIS AETERNI 51 [91]

Tria ad praeparandum se: 1º oratio sit eadem quae solita est; 2º videre locum, qui hic erit videre oculo imaginationis templa, villas, castella in quibus Christus Dominus noster praedicabat; 3º petere *quod* optabo: erit petere gratias a Domino nostro, ut non obsurdescam suae vocationi, sed evadam promptus ac diligens ad implendum suam sanctissimam voluntatem. [142]

Tria puncta exercitii meditationis praedictae. 52

Primum est considerare ante me regem quendam electum a Domino Deo nostro, cui obediunt et subiiciuntur universi principes et homines christiani. [92]

Secundum est considerare hunc regem alloquentem omnes suos subditos ad hunc modum: Voluntas mea est expugnare omnes terras infidelium. Propterea, si quis vult comitari me, debet eodem cibo, potu et vestimento, quo ego utor, esse contentus. Item debet laborare interdiu et vigilare nocte sicut ego, et ita particeps fiet victoriae sicut fuit et laborum. 53 [93]

Tertium est considerare responsum quod debet reddi a bonis subditis regi tam liberali et humano principi, et ex consequenti, si aliquis non acceptaret petitionem talis regis, quanto vituperio dignus esset in toto universo, et quam degener a vero et fideli servo appareret. 54 [94]

Secunda pars huius exercitii. 55

Predictum exemplum regis tempor[al]is applicandum erit ad Christum Dominum nostrum, regem aeternum, in tribus illis punctis praedictis. [95]

Primo, dignum est consideratione contemplari Christum Dominum nostrum, regem aeternum, ante quem est totus hic mundus, quem totum mundum et unumquemque hominem ipse sigillatim vocat et alloquitur, dicens: Voluntatis meae est expugnare totum universum et omnes hostes, et ita intrare in gloriam Patris mei. Propterea « quicumque vult venire post me, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me »[1]. Qui enim cupit me imitari debet et mecum laborare, ut qui sequitur me in labore, et sequatur me in requie.

Secundo, considerare quod omnes subditi, rationis et iudicii capaces, libenter et sponte offerent se totos huic labori. 56 [96]

Tertio, considerare quod hii qui magis desiderabunt insigniri et illustrari in omni servitio sui regis aeterni et Domini universitatis, 57 [97]

63 quod *sup. lin.* || 91 imitari] comitari *H C P1 P2*

[1] Mt. 16, 24: Lc. 9, 23.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

non solum offerent seipsos labori, [143] verum et certando contra propriam sensualitatem (si quam habuerint), et contra omnem amorem carnis et mundi, facient oblationes preciosiores et maioris momenti, dicendo :

58 [98] Eterne Deus, Domine omnium rerum, ego facio ***oblationem*** mei ipsius et omnium rerum mearum, cum vestro favore et auxilio, in conspectu vestre divine maiestatis et in conspectu vestrae gloriose Matris, et omnium sanctorum et sanctarum curiae coelestis, quia opto, volo ac firma determinatione delibero (dummodo sit in hoc maior tuae maiestatis laus et servitium) imitari te in tolerantia iniuriarum, vituperiorum et totius paupertatis, tam actualis quam spiritualis, si tua sanctissima maiestas velit me eligere ac recipere in talem vitam ac in talem statum ; imo, quod perfectius esset, iuramento imitari, et voto religionis se ad id restringere. Pater noster.

59 [101] De incarnatione Iesu Christi et de tota vita et morte eiusdem Iesu, etc.

[102] Quatuor ad preparandum se : 1º. Oratio sit eadem que solita est.

2º. Historiam eorum que debes contemplari adducere in medium, quod ad praesens erit considerare quomodo tres Personae divinae contemplantur totum orbem et planitiem universi, plenam hominibus, et considerantes quod omnes descendant in infernum, deliberant inter se, ut secunda Persona assumat humanam naturam in salutem humani generis ; quapropter mittitur archangelus Gabriel ad Mariam virginem.

60 [103] 3º. Videre locum, quod hic erit attendere magnam capacitatem ac planitiem mundi, habitatam a tot et tam diversis gentibus ; similiter attendere domum et cubiculum Domine nostre virginis Marie, civitatis Nazaret in provincia Galilaee.

61 [104] 4º. Petere quod volo ; ad praesens erit petere a Domino interiorem cogitationem [!] huius misterii, scilicet, quod pro me eternus Deus sit factus homo mortalis, ad hoc ut illum ardentius diligam et sequar ***vicinius***.

62 [105] Haec quatuor praeambula debent semper fieri in omnibus contemplationibus vitae et mortis Christi, mutando formam iuxta subiectam materiam. [144]

Tria puncta exercitii.

63 [106] Primum est videre personas omnes, et primo illas quae inhabitant faciem terre, in tanta varietate ac diversitate, tam in moribus quam

---

1 Aeterne Deus — rerum *sine ulla virgula in ms.* | oblationem *sup. lin.* || 25 cogitationem *sic in ms., sine dubio pro* cognitionem || 27 vicinius *add. sup. lin. Reliqui textus hoc adverbium non habent.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

in gestibus, considerando hos in pace, illos in bello, hos plorantes, illos ridentes, etc. Secundo, considerare tres Personas divinas in solio regali seu throno suae divinitatis sedentes, et inde circumspectantes totum orbem et omnes gentes in tanta cecitate, morientes et descendentes ad infernum. 3º. Considerare Mariam Dominam nostram et angelum illam salutantem, etc. 4º. Reflectere haec omnia in me, ut haurire possim aliquem fructum ex tali consideratione.

64 [107] Secundum est auditu cordis percipere illa quae loquuntur homines inhabitantes faciem terrae, scilicet, modo iurando, modo blasphemando, etc. Item 2º audire quid loquantur divinae Personae, scilicet: Operemur salutem ac redemptionem humani generis, etc. Item quid loquantur inter se angelus et Maria virgo. Deinde reflectere omnia ad meipsum, ut hauriam aliquem fructum ex eorum verbis et factis.

65 [108] Tertium est considerare illa quae faciunt homines inhabitantes faciem terre, verbi gratia, percutere, occidere, descendere ad infernum. Item considerare quid faciant Persone divine, scilicet, opus sanctissimum incarnationis, etc. Item attendere quid faciant angelus et Maria virgo, virgo beata; scilicet, angelus officium legationis ac nuntii; Beata humiliatur, agendo gratias divine maiestati. Post haec reflectam omnia ad meipsum, ut aliquem fructum hauriam ex his rebus.

Colloquium.

66 [109] Colloquium demum fiet, cogitando mecum id quod loqui volo tribus Personis divinis, vel Verbo eterno incarnato vel Matri et Dominae nostrae, petendo illa que iuvant ad maiorem imitationem et sequelam Domini nostri Iesu Christi, ita noviter pro me incarnati.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

TEXTUS VALLISOLETANUS (= *L*)

Introductio

TEXTUS: Valladolid, Colegio de Ingleses, ms. *898*, ff. 19*r*-34*r*, Ineditus.

Est textus apographus, in altera saeculi XVI parte, ut videtur, exaratus. Invenitur in codice miscellaneo, ubi sunt complura de Societate Iesu, ut plurimum, documenta, quem descriptum vide supra: *Cod. descriptiones*, p. XLVII. Est incompletus, incipiens ab inchoata annotatione 14ª. Sequentia elementa continet: annotationes 14ª-20ª; titulum Exercitiorum; principium praesupponendum; principium et fundamentum; examen particulare incompletum, omittens notam de lineolis [30]; examen generale quod praecedit doctrinam de peccatis cogitatione, verbo et opere commissis; quattuor priora exercitia primae hebdomadae, quibus (omisso exercitio de inferno) adduntur tamquam quintum et sextum exercitium, meditationes de morte et de iudicio. Nihil amplius habet. Ad calcem ultimi folii adest verbum: « Medita », quod indicare videtur in foliis nunc deperditis adesse meditationem de inferno, atque etiam alias fortasse meditationes.

Etiamsi saepe exprimit fere ad verbum textum archetypun hispanum, habet hic et illic omissiones et amplificationes, quae faciunt ut tamquam textus accommodatus habendus sit. Mutationes maioris momenti habentur in examine generali, de peccatis ore commissis. Incipit enumerando peccata quae ore fieri solent: mendacium, murmurationem, iuramentum, verba otiosa. Peccatum diffamationis late explicat. Addit peccatum mendacii, quod in textu archetypo non consideratur. In primo exercitio ponit, tamquam quartum punctum, colloquium huius exercitii. In altero exercitio amplificat secundum punctum de malitia et foeditate peccati; addit tertium punctum, quo fit ut deinceps punctorum enumeratio mutetur. Punctum sextum est colloquium, quod quidem ope orationis cuiusdam exprimit. Meditationes de morte et iudicio explanantur, quod, ut notum est in textu archetypo minime fit.

RATIO EDITIONIS: Edimus integrum textum, prout nunc servatur. Paragraphos numeramus, appositis etiam numeris textus archetypi.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Textus

[ANNOTATIONES]

[f. 19*r*]

[...] promesa ni voto alguno inconsiderado y precipitado, y quanto más le conosciere de ligera condición, tanto más le deve prevenir; porque dado que justamente puede mover uno a otro a religión, en la qual se entiende hazer voto de obedientia, pobreza y castidad, y dado que la buena obra que se haze con voto es más meritoria que la que se haze sin él, mucho se deve mirar la propria condición y sujeto, y quánta ayuda o estorvo podrá hallar en cumplir la cosa que quisiese prometer. 1 [14]

El que da los exercicios no deve mover al que los recibe más a pobreça ni a promesa, que a sus contrarios, ni a un estado o modo de vivir que a otro. Porque, dado que fuera de los exercicios lícitamente y meritoria podamos mober a todas personas que probabiliter tengan sujeto, para eligir continentia, virginidad, religión y toda manera de perfectión evangélica; tamen en los tales exercicios spirituales más conviniente y mucho mejor es, buscando la divina voluntad, que el mismo Criador y Señor se comunique a su ánima devota, abraçándola en su amor y alabança y dispuniéndola por la vía que mejor podrá servirle adelante. De manera que el que los da no se decante ni incline a una parte ni a otra, mas estando en medio como un peso, dexe immediate obrar al Criador con la criatura y a la criatura con su Criador y Señor. 2 [15]

Para lo qual, es a saber, para que el Criador y Señor obre más ciertamente en su criatura, si por ventura la tal ánima está affectada e inclinada a una cosa desordenadamente, muy conviniente es moberse, puniendo todas [19*v*] sus fuerças, para venir al contrario de lo que está mal afectada, [así como si está affectada] para buscar y haber un officio o beneficio, no por el honor y gloria de Dios nuestro Señor ni por la salud spiritual de las ánimas, mas por sus proprios provechos y intereses temporales, deve affectarse al contrario, instando en orationes y otros exercicios spirituales, y pidiendo a Dios nuestro Señor el contrario, es a saber, que ni quiere el tal officio o beneficio ni otra cosa alguna, si su divina magestad, ordenando sus deseos, no le mudare su affectión primera. De manera que la causa de desear o tener una cosa o otra sea solo servicio, gloria y honra de la divina magestad. 3 [16]

4 probeza *ms.* || 16 comunique] comunica *ms.* || 26 así — affectada *ex A*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

4 Mucho conviene que el que da los exercicios, no queriendo pedir
[17] ni saber los proprios pensamientos ni peccados del que los recibe, ser informado fielmente de las varias agitationes y pensamientos que los varios spíritus le traen. Porque, según el mayor o menor provecho, le pueda dar algunos spirituales exercicios, convinientes y conformes a la necessidad de la tal ánima assí agitada.

5 Según la dispositión de las personas que quieren tomar exercicios
[18] spirituales, es a saber, según que tiene[n] edad, letras, o ingenio, se an de aplicar los tales exercicios ; porque no se den a quien es rudo o de poca complexión cosas que no pueda descansadamente llevar y aprovecharse con ellas. Ansimismo, según se quisiere disponer, se deve dar a cada uno, porque más se pueda ayudar y aprovechar.

Por tanto al que se quisiere ayudar para se instruir y para llegar hasta cierto grado de contento a su ánima, se puede dar el examen particular, y después del examen gene-[20*r*]ral, juntamente por media hora a la mañana el modo de orar sobre los mandamientos, peccados mortales, encomendándole también la confesión de los peccados cada ocho días, y si puede, recebir el santísimo sacramento de quince en quince días, y si se affecta mejor, de ocho a ocho días. Esta manera es propria para personas rudas o sin letras, declarándoles cada mandamiento, y assí de los peccados mortales, preceptos de la Iglesia, cinco sentidos y obras de misericordia.

Assímismo, si el que da los exercicios viere al que los recibe ser de poco sujeto o de poca capacidad natural, de quien no se spera mucho fructo, más conviniente es darle algunos destos exercicios leves hasta que se confiese de sus peccados, y después dándole algunos exámenes de conciencia y orden de confesar más a menudo que solía, para se conservar en lo ganado, no proceder adelante en materias de electión, ni en otros algunos exercicios, que están fuera de la primera semana, mayormente quando en otros se puede hazer más provecho, faltando tiempo para todo.

6 El que estubiere embaraçado en cosas públicas o negocios con-
[19] venientes, ora sea letrado o ingenioso, tomando una hora y media para se exercitar, platicándole para lo que es el hombre criado, se le puede dar asimismo por espatio de media hora examen particular y después, el examen general y modo de confesar y de recebir el santísimo sacramento ; haziendo tres días cada mañana por espatio de una hora la meditatión del primero, segundo y tercero peccado, después otros tres días a la misma hora la meditatión del processo de los peccados, después [20*v*] otros tres días, a la misma hora, de las penas correspondientes a los peccados, dándole en todas tres me-

---

61 dándoles *ms.* || 67 embaracado *ms.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ditationes las diez addiciones, llevando el mismo discurso por los misterios de Christo nuestro Señor, que adelante y a la larga en los mismos exercicios se declarará.

Al que es más desembaraçado, y que en todo lo possible desea aprovechar, dénsele todos los exercicios spirituales por la misma orden que proceden, en los quales, por vía ordenada, tanto más se aprovechará quanto más se apartare de los amigos y conocidos y de toda sollicitud terrena, ansí como mudándose de la casa donde morava, y tomando otra casa o cámara, para habitar en ella quanto más secretamente pudiere, de manera que en su mano sea ir cada día a missa y a vísperas, sin temor que sus conocidos le hagan impedimento; del qual apartamiento se siguen tres provechos principales, entre otros muchos. **7** [20]

El primero es que, en apartándose el hombre de muchos amigos y conocidos, y assimismo de muchos negotios no bien ordenados, por servir y alabar a Dios nuestro Señor, no poco merece delante su divina magestad.

El 2º, estando ansí apartado, no teniendo el entendimiento partido en muchas partes y cosas, mas puniendo todo el cuidado en sola una, es a saber, en servir a su Criador y aprovechar a su propria ánima, usa de sus potentias naturales más liberalmente, para buscar con diligentia lo que tanto desea.

El 3º, quanto más nuestra ánima se halla sola y apartada, se haze más apta para se acercar y llegar a su Criador y Señor y, quanto más se allega, más se dispone para recebir gratias y dones de su divina y suma bondad.

Exercicios spirituales para vencer a sí mismo y ordenar su vida sin determinarse por afición alguna que desordenada sea **8** [21]

Presupuesto

Todo buen christiano ha de ser más prompto a salvar la proposición del próximo que a condenalla, y si no la pudiere salvar, demande cómo la entiende, y si mal la entiende, corríjale con amor, y si no basta, busque todos los medios conbenientes, para que, bien entendiéndola, se salve. **9** [22]

Principio y fundamento

El principio y fundamento de todo spiritual edificio que el hombre ha de fabricar en su ánima es que conozca que el hombre es criado para alabar y hazer reverencia y servir a Dios nuestro Señor, y me- **10** [23]

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN
Generated on 2016-08-05 13:58 GMT / http://hdl.handle.net/2027/mdp.39015024561238
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

diante esto salvar su ánima ; y todas las otras cosas que están sobre la haz de la tierra son criadas para que sirvan y ayuden al hombre a la prosecutión deste fin para que es criado. De donde se sigue que [21*v*] tanto ha de usar dellas quanto viere que le ayudan a este fin, y tanto debe apartarse dellas quanto viere que le estorban e impiden el tal fin. Por lo qual conviene que nos hagamos indiferentes a todas las cosas criadas, en quanto es concedido a la libertad de nuestro libre albedrío y no le está prohibido, en tal manera que no queramos más, de nuestra parte, sanidad que enfermedad, y riqueza que pobreza, honra que baldones y oprobrios, vida larga que corta ; ni hagamos de los medios fines, como muchos hazen, tomando la vida y estado según más agrada a sus proprias voluntades. Después quieren que allí venga Dios donde ellos quieren, ni se disponen a tomar el camino y estado de que Nuestro Señor sería más servido. Por lo qual conviene que solo deseemos y elijamos lo que más ayude a nuestras almas para alcançar el tal fin para que son criados.

Examen particular

11 [24] Primeramente, cada mañana debe proponer el hombre de guardarse con mucha diligentia de aquel peccado o defecto particular que se quiere corregir y emendar, invocando el auxilio divino para ello.

12 [25] Lo 2º, luego después de comer, recogerse ha en su cámara, y pidirá gratia a Nuestro Señor para acordarse [22*r*] quántas vezes ha caído en aquel peccado o defecto particular que a la mañana propuso de se enmendar ; y demande cuenta a su ánima cómo se ha guardado de caer en aquel peccado o defecto o cosa propuesta, desde que lo propuso hasta aquella hora del examen, muy distinctamente examinando y notando las faltas y vezes que se hallare haber caído en el tal peccado o defecto, y esto hecho, pidido perdón a Nuestro Señor de sus culpas, torne a proponer la enmienda, que no tornará a caer en aquel tal peccado o defecto hasta la noche que torne al mismo examen.

